

# **Registres du Conseil de Genève**

Publiés par la Société d'histoire et  
d'archéologie de Genève  
Genève, 1900-1940

**T. 5: Du 7 février 1492 au 4 février 1499**

Numérisé par les  
Archives d'Etat de Genève  
en 2015

Registres  
du  
Conseil de G

PUBLIÉS PAR LA  
SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE  
DE GENÈVE

TOME V

Du 7 février 1492 au 4 février 1499 (Volumes 13 et 14).



GENÈVE  
LIBRAIRIE KÜNDIG  
1914



Registres  
du  
Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA  
SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE  
DE GENÈVE

---

TOME V

Du 7 février 1492 au 4 février 1499 (Volumes 13 et 14).



GENÈVE  
LIBRAIRIE KÜNDIG  
1914

---

REGISTRES

DU

CONSEIL

DE

GENÈVE

---

---

V

1492-1499

---

---

GENÈVE

1914

---

---



REGISTRES  
DU  
CONSEIL DE GENÈVE  
—  
TOME CINQUIÈME

Registres  
du  
Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE  
DE GENÈVE

TOME V

Du 7 février 1492 au 4 février 1499 (Volumes 13 et 14)



GENÈVE  
LIBRAIRIE KÜNDIG

1914

Publié par les soins  
de  
Emile RIVOIRE, Victor VAN BERCHEM  
et  
D<sup>r</sup> Léon GAUTIER

GENÈVE  
IMPRIMERIE ALBERT KÜNDIG

## PRÉFACE

Le tome V des *Registres du Conseil de Genève* contient les procès-verbaux des conseils de la cité du 7 février 1492 au 4 février 1499, sans interruption, soit les volumes 13 et 14 de cette série décrits à la page VIII ci-après.

Nous ne pouvons analyser les mille faits qui remplissent ces pages; un index alphabétique, encore plus détaillé que les précédents, permettra aux chercheurs de s'orienter; ceux qui prendront la peine de parcourir ce nouveau volume y feront des découvertes intéressantes et verront déjà paraître quelques-uns des personnages, tel Philibert Berthelier, appelés à jouer au XVI<sup>e</sup> siècle un rôle dans notre histoire.

Le volume 13, jusqu'au folio 118, est de la main de Jean Janin, nommé secrétaire de la communauté le 6 février 1492; Antoine Richard, qui lui succéda en 1494, paraît avoir eu fréquemment recours à lui pour la rédaction du registre de cette année. Ils sont remplacés dès le 13 février 1495 par Guillaume de la Crose (de Crosa), nommé secrétaire le 8 du même mois; ce dernier, qui avait déjà fonctionné en 1491 (voir t. IV, p. v), a rédigé la fin du volume 13 à partir du folio 174 v<sup>o</sup> et le volume 14 en entier. Jean Janin, notaire, remplit des fonctions publiques dès 1491, d'abord comme auditeur des comptes, puis, le 7 octobre de la même année, comme membre du Conseil des Cinquante; à partir du 13 du même mois il figure au Petit Conseil, où nous le trouvons encore en 1496, pendant l'année qui suivit la résignation de ses fonctions de secrétaire; en 1502 il recevra le bâton syndical.



Le volume 13 a été transcrit par Emile Rivoire et Victor van Berchem et le 14 par le Dr Léon Gautier; les deux premiers ont collationné le tout avec le texte original, dressé l'index alphabétique et soigné l'impression. Au cours de ce travail nous avons eu souvent recours aux conseils éclairés de MM. Théophile Dufour, directeur honoraire des Archives de Genève, et Paul-E. Martin, archiviste d'Etat. Nous ne voulons pas laisser paraître ce tome cinquième sans témoigner notre reconnaissance à M. Albert Kündig qui, depuis tantôt quinze ans, voue tous ses soins à la bonne exécution typographique de notre publication.

Le volume 14 est resté égaré pendant de longues années; Bonivard a pu l'utiliser pour ses *Chroniques* mais Jean-Antoine Gautier ne l'a pas eu sous les yeux (voir *Histoire de Genève*, t. II, p. 4). Pour la période de février 1499 à décembre 1501, le registre, rédigé par de la Crose et formant probablement un seul volume, manquait déjà du temps de Bonivard (*Chroniques de Genève*, éd. Revilliod, t. I, p. 283) et semble perdu à tout jamais, ce qui fait qu'en achevant ce tome V nous arrivons à la fin de la première étape que nous nous étions assignée, soit la publication des *Registres* du XV<sup>e</sup> siècle. Nous pourrions nous arrêter là, estimant que la lourdeur de la tâche accomplie nous permettrait de nous reposer et de laisser à d'autres le soin de continuer notre entreprise. Mais l'intérêt croissant que nous inspire notre travail, les facilités et l'agrément que nous trouvons dans une collaboration étroite de chaque jour et la perspective, bien lointaine il est vrai, du but à atteindre, nous encouragent à aller de l'avant, de sorte que nous pouvons dès maintenant annoncer le tome VI, dont l'impression est commencée; il inaugure la série des *Registres* latins du XVI<sup>e</sup> siècle (1501-1536) et nous entrons avec lui dans la période héroïque de l'histoire de Genève.

La Société d'Histoire et d'Archéologie de Genève a bien voulu prendre cette œuvre sous son patronage, mais ses ressources, à peine suffi-

santes pour ses autres publications, ne peuvent être employées à celle des *Registres*; comme, d'autre part, le produit de la vente de ceux-ci est bien loin de couvrir les frais d'impression, ce n'est que grâce à de généreuses contributions, particulières et autres, que les cinq premiers volumes ont pu paraître. Nous devons une reconnaissance toute spéciale à la *Société auxiliaire des Sciences et des Arts*, qui nous a donné plusieurs fois des preuves de sa sollicitude pour les œuvres intellectuelles d'intérêt national, et au Conseil d'Etat, qui a bien voulu, par un subside de cinq cents francs, nous aider à publier les actes de ceux qui occupaient sa salle au XV<sup>e</sup> siècle. Il nous reste à souhaiter que tous les amis de notre histoire continuent à témoigner de l'intérêt à cette publication et nous permettent de la poursuivre jusqu'à l'année 1536, but suprême de nos efforts.

Genève, 31 décembre 1913.

Dr L. G. V. v. B. E. R.

## MANUSCRITS

*Registres du Conseil.* VOLUME 13. — Il comprend le registre du 7 février 1492 au 7 février 1496, en 217 feuillets mesurant environ 303 millimètres sur 215; les folios 143 à 150 sont écrits sur un papier plus petit. Dans la numérotation le chiffre 131 a été omis. Écrit, sauf indication contraire, par les secrétaires Jean Janin, Antoine Richard et Guillaume de la Crose, il est suivi d'un feuillet de notes datant du XVI<sup>e</sup> siècle et portant comme titre : « Extrait d'aucuns mémoires plus notables du livre du Conseil ». Une table alphabétique y a été ajoutée au XVII<sup>e</sup> siècle.

VOLUME 14. — Il comprend les séances du 9 février 1496 au 4 février 1499, en 154 feuillets dont le dernier est numéroté 153 *bis* et qui mesurent 295 à 308 millimètres sur 203. Nous y retrouvons la mauvaise écriture du secrétaire Guillaume de la Crose, déjà signalée à propos du volume 12. Il se termine par un folio de notes contemporaines et un folio d'extraits en français qui est du XVII<sup>e</sup> siècle, ainsi que le répertoire alphabétique.

Ces registres sont écrits sur papier et ont reçu au XIX<sup>e</sup> siècle une reliure en parchemin.

## ABRÉVIATIONS

- R. C. = *Registres du Conseil de Genève.*  
M. D. G. = *Mémoires et documents publiés par la Société d'histoire et d'archéologie de Genève.*  
E. A. = *Amtliche Sammlung der ältern Eidgenössischen Abschiede.*  
P. H. = (Archives d'Etat de Genève), *série des Pièces historiques.*

## VOL. XIII.

### JHESUS

(1) Anno Domini M<sup>o</sup> iiiij<sup>c</sup> nonagesimo secundo et diebus inferius seriatim exaratis fuerunt facta appunctuamenta tam in consilio generali quam ordinario insignis civitatis Gebennarum subscripta, existentibus sindicis nobilibus et honorabilibus viris Lyonardo Acquineaz, Girardo de Vaudo, Johanne Malliardi et Petro Porrallis, in consilio generali die Dominica quinta mensis februarii creatis.

*Et primo die Martis septima mensis februarii*, in consilio ordinario : Lyonardus Acquineaz, G. de Vaudo, Jo. Malliardi, Pe. Porrallis, syndici; — G. Gavid, Pe. Braseti, Jo. de Planis, Pe. Orsieres, Pe. Versonnay, Jo. de Lunes, Ja. Paqueti, Bonifacius de Sancto Michaeli, Hugoninus de Ponte, Bezansonus Dorieres, Glaudius Cavucini, Jo. Grossi, Petrus Cortagier.

Omnes superius nominati fuerunt per d. syndicos constituti consilarii dicte civitatis, qui prestiterunt juramentum prestari solitum. Et cum eis constituti fuerunt consilarii, videlicet : n. Henricus Emerici, Amedeus Gule, Gabriel de Borjali, Anthonius Lyonardi, Petrus de Nanto et Guigo Prepositi, qui solitum teneantur prestare juramentum.

(*Constitutio.*) — Fuit facta constitutio in dicto consilio, que abinde perpetuis temporibus observetur, quod, quocienscunque contingerit teneri consilium ordinarium, quod postquam d. syndici seu alter ipsorum proposuerit materias occurrentes, quod primus consillarius sedens a latere dextro d. sindicorum loquatur et dicat votum suum de propositis, et, postquam finierit loqui ipse primus consillarius, locatur primus consillarius sedens a laterè sinistro d. sindicorum, deinde secundus sedens a latere dextro, postmodum a latere sinistro, et sic successive hinc et inde usque ad ultimum consilliariorum.



Pariter fuit dictum quod d. syndici et omnes consillarii predicti debeant venire et interesse in dicto consilio ordinario hora septima aut septima cum dimidia a festo Pasche usque ad festum sancti Michaelis, et a festo sancti Michaelis usque ad festum Pasche hora octava seu octava cum dimidia. Et si quis tardius venerit et jam fuerit loquutum per sedentem post eum in ordine, tarde veniens perdat distributionem suam nec scribatur in registro consilii illo die.

De ambassata mictenda reverendo principi nostro fuit conclusum quod mictatur unus doctor seu jurisperitus, videlicet d. Anselmus Velluti.

Occasione patisseriorum, tabernariorum, extraneorum et pauperum medicantium, renoventur cride ultimo facte per hanc civitatem.

Pariter dictum fuit quod thesaurarius signare aliquo signo sive marca torchias per eum distribuendas d. sindicis debeat, ut possit cognosci quando fuerint combuste prope finem si sint ille que fuerunt per eundem eis tradicte, antequam alias novas eis afferat.

(2) *Die Mercuri octava februarii.*

Quatuor syndici; — n. Henricus Emerici, Pe. Versonnex, G. Gavid, P. Braseti, Jo. de Planis, Cavucini, Paqueti, Jo. Grossi, B. de Sancto Michaeli, H. de Ponte, Bezansonus Dorieres, A. Gule, Gabriel de Borjali, Lyonardi.

Super ambassata mictenda reverendo principi nostro, fuit conclusum quod mictatur d. Anselmus Velluti cum uno servitore, expensis communibus civitatis et capituli, cum lictera credencie, instructionibus et appellatione quam intimabit si opus fuerit.

Ibidem prestiterunt juramentum prestari solitum, videlicet n. Henricus Emerici, Lyonardi, Gabriel de Borjali et Amedeus Gule.

Quia monetarii exposuerunt se velle decridari facere monetas per hanc civitatem vigore quarumdam licterarum dominicalium, fuit conclusum quod non decridentur sed remaneant in statu quo nunc sunt nec permictatur.

*Die Veneris decima februarii*, in consilio ordinario interfuerunt: quatuor syndici; — G. Gavid, Pe. Versonnex, Jo. de Lunes, Cavucini, Paqueti, Lyonardi, Jo. Grossi, Jo. de Planis, H. de Ponte, B. Dorieres,

Pe. Balli, de Muro, Marquetus Toneaux, Jo. de Fernex, Perrinus de Mara, Andreas de Douris.

Ibidem Chivanderii restituit quoddam mandatum sibi factum de quatuor florenis, eidem conventis occasione remissionis cujusdam obligationis lxvij ff. per Andream de Douris deberi confessatorum alteri ex liberis de Fogia.

Ut apponatur ordo in vendicione vini fuit conclusum quod proclametur quod nemo sit ausus vendere vinum de Soumons et Choutagnia ultra xxi d. quarteronum, de Semina vero xvij d., et de patria xvj d. Et ita, nemine discrepante, arrestatum.

Super facto monetariorum occasione decridacionis monetarum, fuit conclusum quod non diminuatur mysia sed tamen quod ponderetur aurum. Et super hiis commiserunt dominis sindicis quod, vocatis sex expertis in talibus, lune proxima, accedant ad consilium episcopale et servetur quid fuerit ibidem conclusum.

(3) *Die Martis xiiija mensis februarii*, existentibus in consilio ordinario: quatuor syndici[s]; — G. Gavid, Pe. Braseti, H. Emerici, Pe. Versonnex, Jo. de Lunes, Cavucini, Paquet, Lyonardi, Jo. Grossi, Jo. de Planis, H. de Ponte, B. Dorieres, Pe. Balli, Ja. de Muro, B. de Sancto Michaeli, Pe. Cortagier, A. Gule.

(*Mandatum.*) — De mandato Bartholomei Chivanderii externa die in consilio restituto, supplicavit sibi fieri mandatum novum super eo. Mandatur fieri videlicet moderno receptori quod solvat iij<sup>or</sup> ff. in eodem mandato etc. — (*Levatum est.*)

Conquestus fuit Johannes Clementis, notarius, contra Petrum Falqueti, apothecarium, et porrexit supplicacionem occasione ruyne sue possessionis propter extractionem arene in Cresto Sancti Laurentii. Fuit conclusum quod visitetur locus et fiat relacio Veneris.

Pariter visitetur communis Pallacii tam occasione Pe. Francisci, notarii, quam aliorum appropriantium sibi commune ante suas domos et qui faciunt fossalia ad tenendum fymum.

Super rotulo Jacobi Bidelmand externa die porrecto, commictitur appunctuamentum Jacobo Paqueti et Petrimando de Malodumo, tam super eodem rotulo quam super arreragiis magne leve Alamagnorum per dictum Bidelmand debitis.

Occasione ambassiate mictende ad rev. principem nostrum, eo quia aliqui domini de capitulo recusant mandare et solvere eorum parte conventa, fuit conclusum quod crastina die accedant d. syndici ad capitulum eorum et faciant protestacionem quod per eos non stat quominus mictatur d. Velluti, deputatus prout fuit ordinatum in consilio generali.

(*Bonbarderii.*) — Super facto bonbarderii fuit conclusum quod, si velit remanere, quod dentur ei viginti floreni pro uno anno et fiat burgensis gratis una cum antipodiis.

(*Operarius civitatis.*) — Johannes Jaques, carpentator, admittitur in operarium communitatis, ita quod teneatur prestare juramentum fidelitatis necessarium, cum et sub stipendiis solitis, ita quod ipse Johannes Jaques, quamdiu fuerit operarius, teneatur sine stipendiis claudere portam doye seu carriere tendentis contra lacum per ante conventum Fratrum Minorum singulis noctibus, horis debitis et ordinatis.

Quoad macellarios, vocentur omnes ad diem Jovis super policia vendicionis carniarum.

De cridis fuit ordinatum quod renoventur et publice proclamantur illico, prout ultimate facte fuerunt cum addicione aliquorum super vino etc.

Super differentiis inter Benedictum Malliet et Berthodum Gaux, occasione deffensionis aque Areris, committitur Braseti, Paqueti et Bezansono Dorieres, et facta visitacione refferant Veneris.

Pariter conclusum fuit quod fiat instancia parte d. sindicorum, adjuncto d. procuratore fiscali, contra Glaudium de Gerdili et quendam nautam dictum Gueydon, percussos morbo lepre, quod ipsi accedant ad malladerias.

(4) *Veneris xvija februarii*, in consilio ordinario fuerunt presentes: quatuor syndici; — G. Gavid, Pe. Braseti, Jo. de Lunes, Cavucini, Paqueti, Jo. Grossi, Jo. Planis, Bezansonus Dorieres, de Muro, Pe. Balli.

Et primo proposuit n. Anthonius de Monitier, gener de Bosco, quod ab eo petuntur erreragia firme allorii domus Ripparie ac certa alia vetera arreragia. Fuit conclusum quod solvat retentas et locet de novo aliorum, alioquin vacuet aut vacuabit civitas; de veteribus arreragiis veniat ad deputatos, et solvat si non doceat de quictanciis aut mandatis.

Occasione certorum lapidum muri derupti prope Burdellum, committitur visitacio Porrallis et Vaudo, sindicis.

Johannes Rambosson supplicavit d. sindicis et consilio quod sibi expediatur una vestis prout alias fuit deliberatum in consilio ordinario. Concluditur quod, quando fient vestes vigillum, fiat et detur eidem illa vestis.

Super visitacione et gubernio hospitalis Pontis Rodagni committitur Malliardi et Acquineaz, ad eo quod conquesta fuit hospitaleria contra d. Ludovicum Ciclacti.

(*Operarius prestat juramentum.*) — Johannes Jaques, carpentator et burgensis Gebenn., in precedente consilio admissus operarius civitatis, prestitit juramentum oportunum bene et fideliter servire, et portam doye ante conventum Minorum claudere de nocte sine constu.

De Plano Pallacii per novos albergatarios derupti concluditur quod de novo terminetur et apponantur boni limites magni; deinde postquam d. iudex excessuum herina die remisit cognicionem et compositionem d. sindicis occasione fisci, qui dictos albergatarios impetebat, cognoscant d. syndici et consilium de dampno et compellant eos qui delinquerunt.

Super exactione veterum arreragiorum per dominos deputatos facta et fienda, etiam si syndici moderni vacent et vacaverint, preteriti omnes deputati qui ad hoc vacaverunt et vacabunt habeant et percipiant quintum denarium exactorum et exigendorum acque compositorum de quibus constabit per instrumenta obligacionum.

Fiat instancia ut habeatur liber repertorii jurium civitatis per quondam Amedeum Faverii incohati premanibus Roberti Pribelli existentis, et fiat compensacio cum arreragiis per Faverii debitis.

Et quia pro exactione veterum arreragiorum heri fuit sigillata domus Glaudii Morelli, de mandato d. vicarii ac d. sindicorum et consilii ordinarii, ipse Glaudius tanquam inobediens ausu temerario amovit sigillum sine licencia, ut accepit consilium, fuit conclusum quod fiat instancia erga d. vicarium quod incarceretur et pugnietur.

Petrus de Nanto, civis Gebenn., admissus consilliarius in principio hujus registri, prestitit juramentum prestari solitum.

(5) *Die Martis xxja februarii.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, H. Emerici, P. Versonnex, Jo. Lunes, Paqueti, Lyonardi, Braseti, Cavucini, Jo. Grossi, B. de Sancto Michaelae,



H. de Ponte, Bezan. Dorieres, Ja. de Muro, Jo. de Planis, G. de Borjali, P. Balli, Pe. Cortagier, Amedeus Gule.

Domini syndici prohibuerunt Michaeli Goctrosii de amplius sit nec esse presumat vigil, neque se intromictat.

Occasione relicte Johannis Cristini, viso et audito registro Anthonii Lyonardi, committitur deputatis, et si bonum videatur, nichil ab eadem petatur.

Super reparatione communis Pallacii ordinatur quod terminetur de novo et committitur Pe. Arlo, Benedicto Malliet, Fran. Petri, Perreto Chenuti et Bezansono Dorieres.

Quoad beberiam de Douris, visitetur et tollatur si in prejudicium civitatis et albergatariorum Arenariarum.

Fiant cride ut in aliis precedentibus consiliis fuit ordinatum, et si vicedompnus nolit consentire, fiant ex parte principis et civitatis.

(*Borgesia.*) — Ibidem fuit creatus burgensis Nicolaus Soleystac, Alamanus, bombarderius, gratis, qui juravit in forma. — (*Letum est.*)

(*Mandatum bombarderii.*) — Et mediante borgesia promisit non absentare civitatem sed si opus fuerit illi servire mediantibus stipendijs condecensibus et, mediante convencione, dantur eidem xxi ff. pro uno anno hodie incohando et simili die finiendo, ad eo quod non absentet, et juravit in eternum non contravenire civitati; et mandatur thesaurario quod in solutum dictorum xxi ff. faciat expediri dimidium quintale cupri ut possit operari ad ejus vitam lucrandum et se intertinendum.

Stephanus Peccolat supervenit exponens quod d. deputati ad exigendum vetera arreragia eum compellunt ad solvendum ducentum ff. et quod tradidit rotulum super quo nulla facta extitit responsio; petit fieri compensacionem; committitur exactoribus erreragiorum.

Respectu belluardi fiendi in loco ubi erat scola, committitur collecta graciosi Paqueti, Fornerat et Guillelmo dyamanterio, et facta collecta, si videatur expedire, dentur burgenses ordinationi consilii, ita quod, si videatur utile, facto belluardo estruatur seu edificetur ibidem una scola ad scolares docendos.

Ibidem superveniunt certi numero quatuor ambassiatores pro patria Vaudi destinati ad illustrissimam dominam duchissam Sabaudie et consilium Chamberiaci, prout exposuerunt, occasione certarum minarum per d. Suycheros illatarum de invadendo patriam Sabaudie et Breysse,

sumpta occasione quia asserunt ipsi Suycheri legitima causa cepisse certos mercatores florentinos cum eorum pecuniis interveniente consensu illu. d. Breysse, qui eisdem assensum dedit eosdem Florentinos capiendi, et quibus captis et amotis eis pecuniis dicti parte Suycherorum fuerunt capti et amote eis pecunie Florentinorum cum certis aliis eorum baguys, et aliqui ex eis dampnati. Quare imminente maximo periculo premissa notificando dixerunt quod advideretur et si quid vellet civitas rescribere domine duchisse et domino nostro cancellario, libenter defferrent licteras. Tandem conclusum extitit quod nichil rescribat civitas, sed illico premissa bene notificaverunt rev. p. d. vicario, qui super premissis rescripsit rev. d. nostro episcopo et principi.

Mandatur thesaurario quatenus predictis ambassiatoribus det et expediat illico nomine civitatis duas cymeysias sive amphoras, unam malvatici, aliam ypocrati; quod et fecit illico.

(6) *Veneris xxiii<sup>a</sup> februarii.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, Pe. Versonnex, Ja. Paquet, Jo. Planis, B. Dorieres, Ja. de Muo.

Ibidem Glaudius Cadodi restituit in Domo ville unam duodenam tractuum seu sagictarum baliste.

Super facto d. Ludovici Ciclat, rectoris hospitalis Pontis Rodagni, fuit conclusum quod non habeat nec habere debeat duas cameras inferiores per eum petitas, sed reducantur pristino statui; et ibidem honeste vivant hospitaleria et pauperes.

Fuit ordinatum quod omnes pecunie exacte de veteribus arreragijs reducantur in manibus Pe. de Malodumo, moderni receptoris, et quod super illis solvat quintum denarium d. auditoribus et deputatis.

Ad aures dominorum pervenit quod illi de Cursillia molestant burgenses ad solvendum ledam et pedagia; fuit conclusum quod fiat informacio et rescribatur rev. principi nostro quod oportunum fuerit, et si nolint burgenses hujus civitatis et cives tenere franchos, quod non sint dicti de Cursillia franchi in hac civitate.

Super beberia de Douris remittitur ad Martis in consilio et, insequendo ordinationem consilii generalis, ducat et conducat aquam sue beverie per fossalia civitatis ultra Arerem.

(*Borgesia.*) — Fuit creatus burgensis Petrus Chapuysii, de Moyns,



habitor Gebenn., affanator, pro et mediantibus octo florenis pro omnibus. — (*Levatum est.*)

(*Vigil.*) — Ibidem fuit dictus Petrus Chapuysii admissus vigil cum ceteris vigilibus, qui prestitit juramentum fidelitatis prestari solitum.

*Die Martis xxviii<sup>a</sup> februarii.*

Aquineaz, Vaudo, Malliard, Porraris, quatuor syndici; — G. Gavid, Pe. Versonnex, G. Cavucini, Paqueti, Grossi, Lyonardi, Jo. Planis, B. de Sancto Michaele, H. de Ponte, B. Dorieres, P.-E. Cortagier, A. Gule.

Super reparatione pontis Carronerie committitur Vaudo et Malliardi, sindicis, ac thesaurario, et quod reparetur de bonis panis et ministrentur Johanni Jaques tegule ad cooperiendum turres discopertas.

Actenta villitate et modestia precii frumenti fuit conclusum quod fiant gatelleti seu liba et ponderentur sic quod rationabiliter fiant.

Reddant receptores veterum arreragiorum pecunias per eos receptas et concordatas in manibus thesaurarii, qui prius eis satisfacere teneatur de quinto denario exactionis per eos facte et fiende.

De hiis qui dampnum dederunt in communi Pallacii occasione suorum albergamentorum, fuit conclusum quod vocentur in consilio ad Veneris et mite cum eis agatur de dampno per eos communitati illato. — (*Veneris.*)

De facto Johannis Debit qui occupat commūne Pallacii econtra ejus possessionem, instetur ut feratur sententia per d. vicarium qui multo tempore custodivit processum.

Occasione beverage Andree de Douris, ipso presente, fuit eidem dictum et injunctum quod conduceret aquam sue beverage per fossalia civitatis si vellet, alioquin provideat sibi alium cursum citra prejudicium civitatis infra xv dies, cum condicione quod de facto tolletur insequendo conclusionem consilii generalis.

Fuit conclusum quod d. Ludovicus Ciclat, rector hospitalis Pontis Rodagni, non habeat aliquas cameras inferiores dicti hospitalis, alioquin si recalcitret a regimine hospitalis expellatur.

Ibidem ego Johannes Janini, civitatis secretarius, exhibui licteram borgesie quondam Roberti Janini, genitoris mei, per Petrum Roseti receptam de anno m<sup>o</sup> cccc liij. Ex quo non comperitur descriptus dictus

Robertus in libro burgensium, mandatur egregio Johanni de Planis quod describat sub eodem anno, quod et fecit incontinenti<sup>1</sup>.

(7) Quictacio egregii Guillelmi de Quarro.

Anno Domini m<sup>o</sup> cccc lxxxx secundo, indicione decima et die Mercuri ultima mensis februarii. Cum pridem peterentur ab egregio viro Guillelmo de Quarro, cive Gebenn., tam suo quam hereditario nomine Berteti, ejus patris, ac ejus matris et fratrum, videlicet Petri et Humberti de Quarro, per nobiles et honorabiles viros Girardum de Vaudo, Petrum Porraris, consindicos hujus civitatis, Gladium Gavid, Petrum Braseti, Gladium Cavucini et me notarium subsignatum, deputatos in consilio generali ad exigendum vetera arreragia, videlicet viginti floreni et octo grossi monete salvo pluri, tam per dictum Guillelmum quam ejus patrem, matrem et fratres debitos dicte communitati occasione dictorum veterum arreragiorum; dictusque Guillelmus de Quarro peteret sibi satisfieri per dictam communitatem de summa septuaginta florenorum et ultra sibi debitorum pro penis per eum habitis cum quondam Girardo de Fogia in exactione arreragiorum magne leve Alamanorum, constante conclusione computi dicti Girardi de Fogia de anno m<sup>o</sup> cccc octuagesimo per egregium Petrum Braseti confecta; hinc est quod tractatu dictorum nobilium et egregiorum Petri Braseti, Gladii Gavid et Gladii Cavucini ac mis notarii, prefati nobiles Girardus de Vaudo et Petrus Porraris, consindici, et nomine dicte communitatis, vigore potestatis in consilio generali super hoc tento attribute, quictant dictum Guillelmum de Quarro, presentem et stipulantem, de omnibus et singulis hiis in quibus ipse dictique pater, mater et fratres dicte communitati teneri possent ad causam levarum et omnium veterum arreragiorum tocus temporis preteriti usque in diem presentem. Et pariter dictus Guillelmus de Quarro, pro se et suis etc., quictat dictam communitatem, dictis sindicis et me notario stipulantibus, de omnibus et singulis in quibus dicta communitas eidem Guillelmo a toto tempore preterito usque in diem presentem teneri posset quavis de causa etc., secluso tamen quodam mandato dicto Guillelmo facto de viginti uno solidis monete que in hujusmodi quictancia non includuntur, et

<sup>1</sup> Voir Registre latin des bourgeois, Arch. de Genève, *Manuscrits historiques*, n<sup>o</sup> 122, p. 17. — Covelle, *Le Livre des Bourgeois*, p. 32.

ulterius mediantibus sex florenis parvi ponderis dicto Guillelmo per dictam communitatem persolvendis et pro quibus fiat sibi mandatum in primo futuro tenendo consilio. Promictentes hinc inde etc.; renunciantes etc. Actum Gebenn., in aula veteri Domus ville, presentibus ibidem honorabilibus viris magistro Ludovico Cruse, Johanne Ruffi alias Peccolat, Johanne Jaques carpentatore, et Michaele Lyonardi, burgensibus Gebenn., testibus, etc.

Johannes Janyni, notarius.

*Die Veneris secunda marcii.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, H. Emerici, G. Cavucini, Ja. Paquet, Jo. Grossi, B. de Sancto Michaele, A. Gule, Pe. Versonnex.

Petrus Francisci, notarius, et Petrus Bruneti alias Musecat, albergarii certarum peciarum Arenariarum, occasione dampni per eos illati in communi Pallacii, promiserunt in manibus mis, notarii et secretarii, stare et acquiescere summarie ordinacioni et cognicioni d. sindicorum et consilii.

(*Mandatum.*) — Narrata quictancia retro descripta per Guillelmum de Quarro facta, mandatur fieri sibi mandatum de sex florenis receptori. — (*Letum est.*)

Occasione cujusdam epicotorii seu camini Johannis Babelli alias Cullierier domus sue habitacionis, actenta querela facta per vicinos, fuit eidem Johanni injunctum quod levare faceret aut abinde nullum focum faciat, et sibi in ejus manibus sequestrantur sallaria domus donec elevare fecerit dictum camynum.

Datur licencia Petro Mantillion et Benedicto Malliet conficiendi quandam incudem in platea prope turrim scole, et eis expediatur clavis turris ad reponendum eorum utensilia, prius facto inventario de artillieria in dicta turri existente.

De aqua Areris vertenda, visitetur, et in tachium, si bonum videatur etc.

(8) *Die Martis sexta marcii.*

Quatuor syndici; — Pe. Braseti, Jo. de Lunes, G. Cavucini, Ja. Paquet, Lyonardi, Jo. Grossi, Jo. Planis, B. de Sancto Michaele, H. de Ponte, B. Dorieres, Ja. de Muro, Pe. Cortagier.

In hujusmodi consilio primo fuit expositum quod actentis imminen-

tibus periculis Suycherorum etiam tempore penitenciali Quadragesime proxime fuit conclusum quod deposcantur processiones dominis de capitulo pro tribus diebus.

Quoad Petrum Francisci et Petrum Bruneti alias Musicat, occasione dampni per eos illati in communi Palacii, fuit conclusum quod vocentur ad Veneris audiendum ordinacionem d. sindicorum et consilii occasione dicti dampni. — (*Veneris.*)

Et quoad albergatarios Arenariarum quibus fuit injunctum ut fieri facerent archas econtra aquam Areris, visitentur loca et vocentur ad Veneris.

Quia egregius Petrus Levrerii obtinuit quasdam licteras dominicales contra dominum judicem Bone Ville et heredes Petri Ruppis, requisit d. syndicos quod rescribere haberent dicto d. judici; fuit conclusum quod fieret lictera missiva d. judici etc.

Ut cride novissime in hac civitate publice facte vim et effectum sortiantur ratione ribaldarum et meretricum, conclusum extitit quod die Jovis proxima d. syndici accedant ad consilium episcopale, et cum omnimoda instancia expellantur lubricae mulieres a carreriis et locis honestis et ad loca ordinata accedant, nec incedant per civitatem sine aliquo sino in brachio apponendo.

Visitetur artillieria omnium turrium et Domus ville cum debito inventario per Jo. de Lunes, thesaurarium, et secretarium, et fiat provisio pulverum ad causam dicte artillierie.

*Die Veneris nona marcii.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, Cavucini, Paquet, Jo. Planis, B. Dorieres, de Muro, P. Cortagier.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Jo. Malliardi, consindico, duos florenos trajectenses per eum datos heyraldo Friburgi et Berne, et fiat mandatum.

Respectu gabelleriorum fuit conclusum quod retrudantur ad prestinos carceres.

Respectu liborum fiendorum seu prohibendorum remictitur ad Martis in consilio.

De domino Bastide, qui peccit fieri portam in domo sua de Civitate, fuit conclusum quod fiat sibi responsio quod perquirentur jura si anti-



quitus foret ibi porta. Et de artillieria, quod unquam nullam dedit d. Ranversi, sed quod ipsi habent de artillieria hujus civitatis que petatur restitui.

Dominus Margolliet, vicarius de Tonnex, et Pe. Navis, notarius, exhibuerunt bullam et transactionem leprosorum Quercus, requirentes fieri justiciam per d. syndicos, ut observetur respectu Glaudii de Gerdili, et de hiis licteras testimoniales.

(9) *Die Martis xii<sup>a</sup> marcii.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, P. Braseti, H. Emerici, Pe. Versonnex, Jo. Lunes, Cavucini, Jo. Grossi, Lyonardi, Jo. Planis, Pe. Orsieres, B. de Sancto Michaele, Be. Dorieres, Ja. de Muro, Pe. Cortagier, H. de Ponte, Ja. de Borjali, A. Gule.

(*Mandatum.*) — Fuit ordinatum fieri mandatum Johanni de Palude super rotulo de octo solidis et sex denariis. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Et quia vigilles pecierunt renovari eis mandatum ultimo factum occasione suarum vestium, mandatur thesaurario moderno ut expediat vestes eisdem ascendens usque ad summam lxx ff., et non ultra, ad rationem quinque florenorum pro qualibet veste. — (*Letum est.*)

Pariter fuit conclusum, actento quod bladum carius de die in diem venditur occasione liborum, quod non fiant liba seu gatelleti sed prohibeantur publice voce cride, habita deliberatione cum dominis de capitulo prius et antequam cridetur.

(*Injunctio.*) — Ex deliberatione consilii, presentibus Petro Francisci et Petro Musecat, alias Bruneti, volentibus et consencientibus, d. syndici eis injunxerunt ut ipsi infra totum hunc mensem compleant concavaciones et demoliciones per eos factas in Plano Palacii, econtra sua albergamenta et secundum limites de proximo apponendos, et facta hujusmodi reparatione super interesse civitatis quod justum fuerit ordinabunt d. syndici; et ulterius dent vigilibus, pro penis per eos habitis in visitacione dampni, duos florenos.

(*Mandatum.*) — Respectu processioneis generalis Quartum Temporum, fuit ordinatum et conclusum quod thesaurarius amodo in futurum qui nunc est et qui pro tempore fuerit solvat dominis de capitulo, singulis annis, decem florenos, videlicet in qualibet processione Quartum Temporum triginta solidos; et semper in sua librata ordinaria amodo computet.

De pagnis Johannis Bouluz, dummodo manuteneatur, solvat centum florenos parvi ponderis, et caveat ydonee de 1 florenis infra Pascha solvendis, restituantur sibi sui pagni, et non alias.

Committitur visitacio fori bladi Longemale Petro Cortagier et Petro Quillieti.

Pariter dicto Petro Cortagier et Johanni Bufflet custodia et visitacio piscium.

Et similiter custodia et visitacio bladi ante Domum ville committitur Francisco de Vaudo et Michaeli Lyonardi.

Ita quod nullus patisserius et bollongerie non debeant emere bladum ante decimam horam, et cossoni sive extranei non emant bladum ante meridiem, et ita preconizetur.

(*Borgesias.*) — Johannes Fontanelli, de Arlodo, cinturerius et habitator Gebenn., admittitur in burgensem hujus civitatis pro et medianibus octo florenis pro omnibus. — (*Levatum est.*)

(*Admodiatio cride.*) — Cuiquidem Johanni Fontanelli, novi burgensi, admodiant d. syndici cridam publicam per tempus trium annorum hodie incohandorum et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni duodecim florenorum, solvendorum semper medietatem in principio anni et aliam medietatem in fine; et promisit fideliter exercere officium ac pro civitate quocienscumque fuerit sibi preceptum cridare sine costu. Et cum hoc debet admitti vigil.

(10) *Die Veneris xv<sup>a</sup> marcii.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, Pe. Versonnex, Ja. Paqueti, Jo. Grossi, Jo. Planis, B. Sancto Michaele, B. Dorieres, H. de Ponte, Pe. Balli, Ja. de Muro, Pe. Cortagier.

De facto domini Terrallium, qui plures bossetos vini adduxi fecit ad hanc civitatem, asserendo se non teneri ad introgium quia honorabiles Jo. Malliardi et Petrus Cortagerii, admodiarii bossetorum, fuerunt contenti dare id quod eis competit, pro hac vice dumtaxat, mandantur res[ti]tui pecunie per Cortagier ab eo recepte.

De insultis que fiunt in hac civitate, concluditur quod corrigantur et ad correctionem fiendam fiat queremonia d. vicario et instancia per dominos syndicos.

Ibidem Benedictus Mallieti contra Gladium Jaquerii, presentem, ac

alios albergatarios Arenariarum protestatusfuit quod, propter indebitam deffensionem aque Areris per eos non factam, juxta eis injuncta, quod si dampnum eveniat in ejus possessione, de habendo recursum et regressum ad eos, et peciit licteras testimoniales.

Pariter dictus Glaudius Jaquerii protestatusfuit contra ejus superiores albergatarios, absentes, et peciit licteras testimoniales etc., quas concessi.

*Die Martis xx marcii.*

Quatuor sindici; — G. Gavid, H. Emerici, Jo. Lunes, G. Cavucini, Paqueti, Jo. Grossi, Jo. Planis, P. Orsieres, H. de Ponte, B. Dorieres, Ja. de Muro, Pe. Cortagier, A. Gule.

Super limitacione Petri Musicat, commictitur vigillibus, duobus sindicis adistentibus sive Cavucini loco alterius sindici, quod apponant limites.

Petrus Mantillion exposuit quod Pe. Gacheti, admodiarius platee Longemale, recolligit fimum per ante domum episcopatus, quare peciit visitari locum et secundum quod fuerit ordinatum faciet; concluditur quod mondet ante ejus domum ut ceteri faciunt.

Ludovicus Durandi, olim vigil, restituit in Domo ville veugium, salladam et plastronum, et de restitutione testimoniales.

De domo || Johannis || de Fogia ex quo magister Vuandelli reddit se morosum in empcione, cridetur iterum et expediatur plus offerenti.

Respectu Jacobi Bidelmand visitetur locus prope ejus domum in burgo Sancti Gervasii quia vicinus sibi infert injuriam, ut asserit.

Et quia procuratores fabrice Sancti Gervasii exhibuerunt quandam licteram missivam ab illustrissima domina duchissa Sabaudie emanatam occasione casalis prope ecclesiam juxta pontem, visa lictera fuit conclusum quod, habito consilio cum d. de Malvenda cui etiam rescripsit, dicti procuratores rescribant prefate d. duchisse et, si opus fuerit, principi nostro.

Prohibetur Bastiano, ferraterio, quod abinde non vendat extra nundenas et dies fori, sub pena franchisesie et perdictionis mercancie.

*(Borgesie.)* — Petrus Mercerii, de Jussiaco Episcopi, macellarius, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis, et prestitit juramentum solitum. — *(Levatum est.)*

Michael Lyonardi expedivit preconii novo mensuras vini, videlicet quarteronum et dimidium potum, ut retulit.

*(11) Die Veneris xxiiij<sup>a</sup> marcii.*

Aquineaz, Malliardi, Porrals, sindici; — G. Gavid, Pe. Versonnex, Ja. Paquet, B. de Sancto Michaeli, Ja. de Muro, Pe. Cortagier.

De facto domini Viriaci, qui asserit Davanodam esse ejus talliabilem et vult esse heres et habere bona, et cum istud cedat in prejudicium franchisesie concluditur non esse permictendum sed loquendum domino Viriaci, qui juravit franchisesias.

Et quia Rosetaz facit gatelletos seu liba ultra cridas, fuit conclusum quod loquatur domino hospicii domini nostri etc.

*(Borgesie.)* — Bastianus Belli, filius quondam Bartholomei Belli, de Avilliana, admittitur burgensis pro et mediantibus viginti florenis solvendis incontinenti in manibus thesaurarii, et prestitit juramentum solitum. — *(Levatum est.)*

*(Borgesie.)* — Perrinus, filius quondam Johannis de Fonte, de Norsier, mercator Gebenn., pariter admittitur burgensis pro et mediantibus undecim florenis pro omnibus, et prestitit juramentum solitum. — *(Levatum est.)*

*Die Lune xxvj marcii.*

Lyonardus Aquineaz, Petrus Porrals, consindici; — n. Pe. de Pesmes, G. Gavid, Braseti, P. Versonnex, Jo. de Lunes, Cavucini, Ja. Paqueti, Jo. Planis, B. de Sancto Michaeli, Ja. de Muro, B. Dorieres, Amedeus Gule.

Quia conqueritur dominus Viriaci contra Ludovicum Corneti, filium Davanode, que erat proba mulier ipsius domini Viriaci, ex eo quia asserit facto expulisse ejus servitores a possessione domus dicte mulieris per dictum Ludovicum et alios complices; fuit conclusum quod sumantur informaciones et exhibendum eidem cum humili excusacione ipsius Ludovici, et servetur franchisesia quam juravit. — *(Cras.)*

Et quia Bertrandus de Cholex et ejus fratres, mala malis cumulando, dixit quod si Alamani veniant quod erit de primis et aliunde occidet Levrierii aut occidi faciet, fuit conclusum quod sumantur informaciones et fiat major instancia que fieri poterit ut ministretur de eo justicia.



(12) *Die Martis xxvija marcii.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, P. Braseti, Pe. Versonnex, Jo. Lunes, Cavucini, Paquet, Lyonardi, Jo. Grossi, Jo. Planis, Pe. Orsieres, B. de Sancto Michaelae, H. de Ponte, B. Dorieres, Ja. de Muro, A. Gule.

Super facto domini Viriaci et Ludovici Corneti, armurerii, fuit conclusum quod, habitis informacionibus, duo de consilio, scilicet si possint Aquineaz et Planis, accedant ad eum et exhibitis informacionibus fiant excusationes neccessarie prout bene facient.

(*De magistro Johanne, medico.*) — Dictum et conclusum fuit quod magister Johannes, medicus, sit et esse debeat franchus hoc anno quoad concernit introgium vini dumtaxat, ex eo quia servit rei publice.

Et quia aliqui patisserii conqueruntur eo quia Rosetaz facit gattelatos seu liba, fuit conclusum quod d. syndici loquantur magistro hospicii domini nostri qui eum super hoc fovet, et quod serventur cride videlicet quod nemo faciat.

Nicodus Janini, alias Collogniez, peccit sibi dari terminum congruum ad solvendum lxxvij ff. quos debet ex resta gabelle pro ejus porcione; non fuit conclusum quod detur terminus sed solvat aut concordet cum Foyssiaz.

(*Mandatum.*) — Quia Johannes de Lunes expidivit Johanni de Passier xvj g. quando fuit missus parte civitatis Gracinopoli, mandatur thesaurario ut solvat eidem Johanni de Lunes dictos xvj g. — (*Letum est.*)

(*Borgesias.*) — Ludovicus Corneti, filius Benedicti Corneti, armurerius, parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus, qui juravit in formo. — (*Letum est.*)

(*Borgesias.*) — Petrus de Rippa, de Eloysia, condurerius, habitator Burgi Foris, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus, et juravit in forma. — (*Letum est.*)

N. Petrus de Pesmes admittitur consillarius, dummodo non sit de consilio episcopali.

Proclametur iterum domus de Fogia et expediatur plus offerenti quamcicius poterit, quia Vandelli se excusavit.

*Die Veneris perultima [penultima] marcii.*

G. Vaudo, Malliardi, Porrallis, syndici; — Jo. de Lunes, Jo. Grossi, Jo. Planis, B. Dorieres, Ja. Muro, A. Gule.

De quadam muliere Mercuri lapsa submersa in Ponte Areris et que in rippa Areris fuit capta mortua per castellanum Terniaci, ne istud cadat in prejudicium jurisdictionis domini, notificetur d. vicario.

Pariter de charrotono qui ducebat currum propter quem mulier fuit submersa, qui detinetur in Insula indebite, cum per informaciones constet eum esse immunem a delicto, instent d. syndici ut eis remictatur et, si immunis, liberetur.

Accesserunt ibidem in consilio patisserii Moginus, Pe. Lorent, Amedeus Madina, Jaquemet de Piro, magister Guillelmus et Michael, qui conqueruntur de Rosetaz et quodam alio qui ultra cridas facit liba; fuit conclusum quod narretur d. vicario et fiat justitia, alioquin se excusabunt d. syndici erga populares.

Super facto domini Viriaci et Ludovici Corneti, cum Aquineaz, Planis et Lunes accesserunt ad eum, dixit d. Viriaci, ut retulit Planis, quod super differentiis et injuria erat paratus stare summarie cognicioni consilii episcopalis, adjuncto uno pro parte sua. Quare premissa narrentur d. vicario; et instetur quod fiat justitia civitati et domino Viriaci ac dicto Ludovico Corneti.

(*Martis.*) — De fichia per Nicolaum Bellot fienda in aqua Areris, cum jam fuerit sententia lata et eidem inhibitum, remictitur ad Martis in consilio.

(*Borgesias.*) — Gladius Calamand, de Cholex, habitator Sancti Leodegarii, escofferius, admittitur in burgensem pro et mediantibus octo florenis p. p. pro omnibus, qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Gladius Jaquerii, suo et Benedicti Malliet [nomine], conqueritur contra Petrum Francisci et Ludovicum Bucterii qui non servaverunt eis injuncta occasione arche fiende in aqua Areris; concluditur quod compellantur ad observandum injunctionem.

(13) *Die Martis tercia aprilis.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, Pe. Versonnex, Jo. Lunes, Cavucini, Paquet, Jo. Grossi, Jo. Planis, H. de Ponte, Be. Dorieres, Ja. de Muro, Pe. Cortagier, A. Gule, B. de Sancto Michaelae.

Quia nonnulli macellarii Macelli Veteris exposuerunt quod cum ipsi et eorum predecessores ab antiquo servierint civitati, supplicarunt eis

secundum eorum privilegia favores impendi videlicet quod ipsi serviant justo precio moderando; fuit conclusum et commissum Vaudo et Porralis quod ipsi eis dicant quod dicti macellarii describant in una papiro modum et precium carniū, et, viso, si possit concludi in consilio ordinario, quod justum videbitur fiet, alioquin in consilio generali, cum non possit tolli libertas sine eo.

De venna que fieri instant Nicolaus Belloci et ejus frater, concluditur quod prout fuit obtenta sententia non fieri permittatur sed obvietur omnibus modis via justicie, et si vi nitantur per opera(ti) facti resistatur.

Occasione bullarum hospitalis Parisiensis conclusum fuit quod d. sindici advertant gardianos, priores et religiosos conventuum Predicatorum, Minorum, Augustinorum, qui multum helemosinis indigent, quod non permittant apponere plotum sive archam ad recipiendum pecunias, sed differant sicut domini de capitulo; pariter advertantur septem parrochialium ecclesiarum vicarii et reverendus predicator, qui populo dignetur demonstrare paupertates et necessitates civitatis, tam ecclesiasticorum quam secularium.

Quoad beberiam de Douris fuit conclusum et dictum quod illico mandentur aliqui ex vigilibus, et aliis si opus sit, et cum omni diligencia precludant cursum beverie per supra communia, nec permittant abinde aquam labi, sed fiat totalis restencia.

Fiat mandatum d. sindico Aquineaz de septem solidis per eum tradictis cuidam nuncio misso apud Chana ad habendum informaciones et indicia contra quendam Aymonem in Insula detentum pro crimine.

Si Johannes Boulin tradat centum ff. manualiter et caveat de residuo idonee, restituantur pagni, alioquin vendantur et plus offerenti expediantur.

Petrus Quilleti super custodia bladi Longemale prestitit juramentum fidelitatis, probitatis et diligencie.

Et super certo blado latenter vendito, vocentur Grassier et quidam Comitiss, grenaterius, qui emit a quodam magnam quantitatem frumenti.

*Dicta die Martis retro descripta.*

Quator sindici; — Paquet, Grossi, H. de Ponte, B. Dorieres, Roletus Nicolay, Pe. Balli, Pe. Malodumo, G. de Crosa, G. de Quarro.

Supra nominatis existentibus in castro Insule, et post examinacionem cujusdam Aymonis pro crimine detenti, proposuit dictus Petrus Balli, abas, quod hodie amovit certas bollias piscium cuidam cossono domine comitisse, qui, in spretum et villipendium cridarum et tocius justicie, hodie mane dictos pisces, latenter et oculte et non in aperto ac etiam ante pulsationem tercię, emit non pro provisione prefate domine comitisse sed ad vendendum extra hujusmodi civitatem, et supra equum ad deportandum jam oneratis, dictosque pisces reduxit in domo Ale. Cum hodie maxima borea vigerit nec fuerint tanti pisces in foro publico expositi venales, quinyimo vendebat oculte in domo Aymoneti Guiliard contra francesiam. Et habita conferencia cum supra nominatis quid fieri deberet de dictis piscibus, fuit per omnes nemine discrepante conclusum quod accipiantur dicti pisces et secundum tenorem franchisesie dominabus religiosis, pauperibus et hospitalibus erogentur.

Et super custodia, visitacione et policia dictorum piscium provideatur, cum Petrus Cortagerii non sit omnibus gratus sed a pluribus suspectus.

*Die Mercuri quarta aprilis.*

Congregatis in domo Ale inferioris nobilibus et honorabilibus viris Lyonardo Aquineaz, consindico, Glaudio Gavid, Jacobo Paquet, Petro Balli, Johanne Grossi, qui, insequendo conclusionem proxime descriptam, vocatoque ven. viro d. Theobaldo Fabri, operario fabrice ecclesie Sancti Petri, et sibi notificata detencione piscium, quia medietas penarum competit fabrice et alia civitati, que est trium solidorum, dictus d. sindicus Aquineaz expedivit eidem d. Theobaldo sex quartos; reliqui bastimentis applicentur, ut narrat francesia; de piscibus autem volendo mite agere, fuit tantum dimidia una bollia erogata pauperibus, religiosis et mendicantibus ac recluse; reliqui vero pisces parti delinquenti restituti. Et de hiis a me notario et secretario dictus d. consindicus ac ceteri prenominati pecierunt licteras testimoniales, quas concessi, presentibus d. Johanne Coctoneti, capellano, Nicodo Janini, Johanne Gringaux et pluribus aliis vigilibus, testibus rogatis.

Janyni.

*(14) Die Veneris vja aprilis.*

Quatuor sindici; — Gavid, Braseti, Versonnex, Paquet, Jo. Grossi, Planis, B. Dorieres et Muro.



Occasione macellariorum qui dederunt certum rotulum, fiat eis responsio quod promittant servire et caveant non obstantibus eorum franchisesis quas pluries fregerunt et illis innovarunt.

Et qui d. vicarius occasione eorundem macellariorum pro manutentione unionis fuit remissum ad Martis in consilio, et quod conclusum fuerit refferatur eidem d. vicario.

Fuit recepta una lictera missiva parte sindicorum Annessiaci et consillariorum ac burgensium ejusdem loci, occasione piscium externa die amotorum servitori Domengio Cochet, qui latenter in hac civitate vendebat, et pauperibus erogatorum secundum franchisesiam; mite et rigore agendo rescribatur. Et pariter de ferro Johannis Balli detento in loco Annessiaci.

Et quia quidam dictus Comitatus, grenaterius, apposuit caristiam in frumento, ut deposuerunt Petrus Grassier, Jo. Charavelli; et dicunt pariter quod Andreas Chabodi et quidam Franciscus sciunt veritatem; capiatur et ad Insulam ducatur, et cum instancia debita pugnatur.

De pagnis Johannis de Bolo, si manualiter expediat sex viginti florenos in solutum horum que debet pro jure suo gabelle, eidem restituantur, citra tamen derogacionem instrumenti obligacionis et fidejussorum.

*Martis decima aprilis.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, H. Emerici, Jo. Lunes, Cavucini, Paquet, Lyonardi, Grossi, Jo. Planis, B. de Sancto Michaeli, B. Dorieres, Pe. Cortagier, Ja. de Muro, A. Gule.

Quoad macellarios, exhibito rotulo per Porrals, qui si voluerint in eo descripta observare, cum consilio generali tollatur libertas, alias non; et qui rotulus sive capitula exhibeantur d. vicario per d. syndicos et mature super renovacione libertatis procedatur cum consilio generali.

(*Veneris.*) — Occasione debiti Petri Foyssiaz, ad Veneris evocetur et requiratur ab eo prorogari terminus solucionis per totas nundenas etc.

Pro Jacobo Paqueti rescribatur nobili capitaneo Chillioni et d. sindicis Villenove dulciter et graciose quod eidem restituant licteras etc.

De quibusdam archeris fiendis in domo que de novo edificatur juxta pontem Areris, juvet se civitas usque ad summam quinque florenorum et non ultra, prout facta visitacione videbitur d. sindicis.

(*Mandatum.*) — Renovetur mandatum Jenoni Vuaramberti de xiiij ff. prout jam fuerat per de Crosa confectum etc. — (*Levatum est.*)

(15) *Die Veneris xiiij aprilis.*

G. Vaudo, Jo. Malliar, Pe. Porrals, syndici; — G. Gavid, Pe. Versonnex, Jo. Lunes, Cavucini, Paquet, Lyonardi, Jo. Grossi, B. de Sancto Michaeli, B. Dorieres.

Fuit conclusum quod a modo fiant gattelleti usque ad Pascha generaliter, prius notificato d. vicario.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario ut solvat Johanni Grossi id in quo dicta civitas sibi tenetur ex resta sui ultimi computi anni m<sup>i</sup> iiii<sup>e</sup> lxxxvj. — (*Levatum est.*)

(*Mandatum.*) — Pariter fiat mandatum thesaurario ut solvat honorabili Girardo de Vaudo, pro penis per eum anno lapsis habitis et etiam aliis annis in expulsionem rusticorum et aliorum mendicantium, videlicet duos ff. p. p.; et etiam alii pauperes vallitudinarii expellantur. — (*Levatum est.*)

Reponantur pecunie et obligaciones veterum arreragiorum in manibus Petrimandi de Malodumo, thesaurarii, prius per eum satisfacto auditoribus et deputatis de quinto denario pene exactionis.

De macellariis remittitur in consilio generali et non concludant aliter d. syndici in consilio episcopali.

(*Admodiatio.*) — Admodiatur platea Molaris Glaudio Philippi, cinturario et burgensi Gebenn., ad colligendum fimum spacio unius anni hodie incohendi et simili die finiendi sub firma octo ff. cum dimidio, solvendorum medietatem in principio et medietatem in fine anni, promittentes manuteneri et solvere etc., submittentes, renunciantes etc. In aula nova, presentibus Ste. Plano, Chapuysii et aliis consillaribus.

(*Admodiatio.*) — Pariter admodiatur dicto Stephano Chapuysii, borserio, civi Gebenn., presenti, platea Fusterie, sub firma decem octo solidorum pro uno anno hodie incohando etc.; promittentes, submittentes etc., ut supra.

(*Admodiatio.*) — Equidem platea Longemale admodiatur Johanni Grossi spacio unius anni prima maii incohendi sub firma decem octo solidorum monete solvendorum ut supra, presentibus quibus supra.

*Die Martis xviii<sup>a</sup> aprilis.*

Quatuor sindicis; — G. Gavid, Emerici, Versonnex, Jo. Lunes, Cavucini, Paquet, Jo. Grossi, Jo. Planis, B. de Sancto Michaele, B. Dorieres, Ja. Muro, P. Cortagier et A. Gule.

De macellariis qui se obtulerunt servire et se obligare conclusum fuit quod tollatur libertas extraneorum, non tamen macellum Longemale sine consilio generali, et hec refferantur d. vicario, et si velit d. vicarius et ejus consilium, quod teneatur consilium generale, quod intersit et audiet etc.

(*Mandatum.*) — Mandatur auditoribus computorum quod intrent thesaurario, pro quinto denario exactionis veterum arreragiorum, xxxv ff. ix gr. expeditorum exactoribus, videlicet Gavid, Porrallis, Vaudo, Cavucini, Braseti, Paquet et Janini etc. — (*Letum est.*)

Quia admodiarius ponderis bladi obtinuit monitorium generale contra omnes non ponderantes, fiat instancia erga d. vicarium, quia concernit jus principis et civitatis, ut omnes existentes infra franchises ponderent etc.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut det et expediat fratri<sup>1</sup>, predicatori, pro uno habitu, summam quindecim ff. p. p., pro predicacione facta ista Quadragesima in conventu Minorum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario ut solvat Johanni de Lunes et Jacobo Paqueti, qui nomine communitatis solverunt domine Aymonete de Rotulo, pro introgio domus abacie octo ff., et pro uno capucio vj ff., videlicet quatuordecim florenos. — (*Letum est.*)

De bullis hospitalis Parisiensis exponatur d. vicario et visitentur per peritos si bone et decentes, alias etc.

Roletus de Gerdili, macellarius, obtulit se et tres alios absentes servire de bonis carnibus toto anno precio rationabili et cavere idonee etc. Dantur testimoniales.

(16) *Die Mercuri sancta xviii<sup>a</sup> aprilis*, fuit tentum consilium generale subscriptum, ibidem existentibus :

Quatuor sindicis; — r. d. Jo. Balistarii vicario, d. Anthonio de Villiaco, d. Amblardo Goyeti, n. de Expagniacio magistro hospicii, P. Levrier,

<sup>1</sup> Le nom manque.

G. Gavid, Pe. Versonnex, H. Emerici, Jo. Lunes, B. Dorieres, G. Roget, Lyonardi, Grossi, Pe. Arlo, Pe. Mermodi, A. Milanessii, Cergat, Marqueto Thoneaux, Pe. Francisci, Pe. de Malodumo, A. Gule, Jo. de Tulia, d. F. de Veyriaco, Ste. Folliosii, Nicolao Everbaudi, Pe. Cortagier, Pe. de Genesta, Jacobo Rubini, Ja. de Muro, B. de Sancto Michaele, Guillelmo Joly, Perrino de Mara, Ja. de Alamanis, Janinus de Bornando, P. Navis, Jo. Canalis, Ste. Bachodi, Pillizon, Pe. Mantillion, Jo. Jaques, Humberto Grueti, Jo. Charavelli, Pe. Grassier, Anthonio Peccolat, G. de Carro, Colinet, Geor. Porterii, Ludovico macellario, Pe. de Gerdili, Jo. Sapientis, Jo. Albi, Jo. Pollier, Henrico de Nanto, Pe. Quilleti, Benedicto Malliet, Henrico Folliosii, G. Cavucini, Andrea Viennesii, Hugonino Bolens, Hugonino de Rages, Pe. Falqueti, Glaudio Boulet, Francisco de Bard, Pe. Serrallion, Glaudio Banosii, Mauricio Vuy, Anthonio Ligonis, P. Chivilliardi, Belexers, Jo. Salleri, Arnolletto Vallient, Jo. Perrodi, Amblardo de Orseriis, Mermeto Betens, Francisco Roseti, Ste. Adort, Henrico Tinibrini, Jo. Ramyaux, Nicodo Pillet, Glaudio Bricollet, Ja. Savoex, (Hugonino de Rages,) Pe. Vanerii, Alberto Bellocti, Pe. Gabet, Bernardinus Vuarambert, Jo. Lombard, Jo. Velluz, Jo. Ducis, Roletto Bordaz, Pecho, Henrico Coquet, Pe. Berard, Hugon. Bocard, Pe. Teste, Mermeto Mugnerii, Glaudio Terrallion, Matheo Barberii, Pe. Rolini, Girar du Bouluz, Perretus Chenuz, Nicolao Gentilis, Glaudio Tacon, Michaele de Cabulo, Cugniet, Lamberto Cusini, Theobal. Albi, G. Pensabini, Petriquino Ciclat, Pe. Biolesii, Francisco Medici, Bar. Chivanderii, Francisco Violant, Roberto Pribelli, Petro Floquet pluribusque aliis civibus et burgensibus.

(*Macellariorum.*) — Qui omnes retro nominati et plures alii, cives et burgenses, congregati ad sonum grosse campane et voce cride, more solito, in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn. Super reformatione macellariorum Macelli Veteris, et prius per me lectis certis capitulis ex deliberatione consiliorum episcopalis et civitatis ad que se astringere voluerunt macellarii Sancti Germani et pontis Rodagni, pro majori et amplissima opinione fuit conclusum quod serventur capitula et tollatur libertas quoad concernit extraneos, servatis franchises; quoad vero macellum Longemale non revocetur, quin ibidem remaneant quatuor banchi seu quatuor macellarii qui servare debeant capitula predicta.



(*Lictere testimoniales.*) — Ibidem Stephanus Folliosii, macellarius, suo et aliorum macellariorum secum adhere[re] volencium [nomine], protestatus fuit quod, casu non revocetur macellum Longemale, quod non observabunt conventa per eos neque capitula predicta. Quinymo requisit, casu predicto adveniente, franchisesias macellariis concessas observari; et de hiis peciit licteras testimoniales quas concessi.

(17) *Die Martis xxiii<sup>a</sup> aprilis.*

Quatuor syndici; — Pe. Versonnex, Paquet, Cavucini, Grossi, Planis, B. de Sancto Michaele, de Ponte, Dorieres, Cortagier, de Muro, A. Gule.

Requiratur processio dominis de capitulo pro tribus diebus cras incipiendis pro conservacione pacis, corporum, fructuum et civitatis.

(*Admodiatio.*) — D. syndici admodiant ac titulo locacionis tradunt ven. et egregio d. Petro Guillocti et n. Anthonio Monitier allorium juxta eorum domum Ripparie inferioris civitati pertinens et jam multo tempore per Guillelmum de Bosco a civitate titulo admodiacionis sive locacionis tentum; et hoc spacio novem annorum continuorum die festi Sancti Michaelis proxime preteriti incipiendorum et revolutis ix annis finiendorum, sub firma et salario duorum florenorum pro quolibet anno solvendorum semper in fine anni die festi sancti Michaelis; et promiserunt solvere, et d. syndici manutenere nomine tamen communitatis, cum promissionibus et renunciationibus oportunis. — Janyni.

Super appositione precii carniū cum dominis de consilio episcopali et de capitulo, fuit per consilium commissum d. sindicis secum assistentibus n. Glaudio Gavid, Paquet, B. Dorieres et A. Gule, qui fuerunt per consilium ordinarium electi, et data potestas concludendi cum predictis dominis de consilio episcopali et capituli et habere ratum etc.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut expediat d. Ludovico de Ponte Indi unam facem bonam pro luminario misse ordinarie civitatis celebrande diebus Martis.

*Die Veneris xxvii<sup>a</sup> aprilis.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, Jo. Grossi, Be. Dorieres.

(*Admodiatio.*) — D. syndici, videlicet Aquineaz, Malliard et Porrallis admodiant plateas Sancti Gervasii et Domine Nostre pontis Rodagni

n. Girardo de Vaudo, consindico, presenti etc., spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, sub firma et salario triginta quatuor solidorum monete; promictentes solvere secundum bonos usus, videlicet in festo Sancti Michaelis, et d. syndici manutere, et hoc ad legendum finum duntaxat.

Recepte fuerunt due lictere missive a rev. d. principe nostro, concernentes excessus et verbera que fiunt in hac civitate, super quibus habeatur conferencia cum d. vicario et d. vicedompno.

(18) *Die Martis prima maii.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, H. Emerici, P. Versonnex, Lunes, Cavucini, Paquet, Jo. Grossi, Lyonardi, Planis, B. Dorieres, Muro, B. de Sancto Michaele, P. Cortagier, A. Gule.

Quibus d. sindicis et consillariis prescriptis in consilio ordinario in Domo ville supervenerunt omnes subnominati, videlicet: Cergat, Pe. Mermodi, G. Ballet, Ja. Nepotis, Pe. Ansermeti, P. Mantillion, Gaute-rius Brigodi, Pe. Biolesii, Coline, A. Cortagier, Palluz, Pe. Quilleti, Pe. Grassier, Jo. Jaques, Pillizon, Anthonius Peccolat, Ja. Rubini, Thomas Regis, Pe. Arlo, A. Malanesii, Nicolaus Gentilis, H. de Rages, Hugon. de Joes, Grueti, Pe. Coppet, Ludovicus Corneti, Guillelmus de Bolo, Pe. Vanerii, Roletus Bordaz, Nicolaus Everbaudi, Lyonardus Boytet, Jo. Veygier, Jo. Ponceti, Franciscus Gallesuz, Georgius Patri, Franciscus de Bard, Ja. Hugonesii, G. Morenchiz, Pillet, Jo. Mermodi, Ay. Probi, Petriquinus Ciclat, Hector de Rages, Franciscus Pariset, Pe. de Genesta, Arnolletus Vallient, Nantua, Matheus Chaudoruz, Gladius Violeti, Bernardus Vernaz, Cugniet, Jo. Charlet, Andreas Chobo, Ja. Pouget, Petrus Coctruchuz, Henricus Famelluz, Ja. de Cresto, Jo. Albi, Pe. Lamberti, Dominicus Lamberti, Gladius Brecolens, Anthonius Bidelli, Jo. Gautier, H. Tinibrini, Jo. Jacodi.

Qui, cum pluribus aliis, requisierunt d. syndicos et consilium quatenus, secundum tenorem et conclusionem ultimi consilii generalis, manuteneant macellum Longemale via justicie, et de hiis dictus Cergat, omnium nomine, peciit licteras testimoniales.

Dictique d. syndici et consilium se obtulerunt facere et insequi tenorem et voluntatem ultimi consilii generalis.

Quibus recessis consilium conclusit quod perquirantur lictere ulti-

mate apportate per Planis et Vuaramberti a d. nostro, que narrant quod nichil novi fieret usque ad ejus adventum; que licere exhibeantur d. vicario et Farodi et requirantur per d. syndicos supersedi in causa cepta occasione macellariorum; quod si noluerint prosequatur viriliter via juris.

G. Vaudo et Porrallis ratificando approbant heri gesta per Aquineaz et Malliardi in causa macellariorum coram d. vicario hora vesperorum etc.

*Die Jovis tercia maii, hora nona de nocte.*

Occasione cujusdam insulti et debati initi inter nobiles Michaellem de Crans et Ludovicum de Viriaco, filium n. Jacobi de Viriez, detentos et reductos in Domo communi ville, cum multitudine civium, quatuor sindicorum et consillariorum fuit deliberatum et conclusum quod relaxentur mediante caucione et promissione de cras se representando coram d. vicario.

(*Caucio.*) — Et qui n. Michael de Crans promittit se crastina die de mane, hora septima, ad mandatum dominorum sindicorum comparere coram d. vicario et ministris justicie se representare et juri stare, nec exire ejus domum in qua hospitatus est, nec insultum ultra promovere per se vel alium ejus nomine, sub pena centum marcharum argenti. Et pro majori securitate cavet per n. Guillelmum Rogeti quem servare promisit indemnum, et qui fidejussor promisit eum representare et premissa actendere sub consimili pena centum marcharum argenti, omnibus propterea privilegiis, juribus, franchisesis et juribus premissis contrariantibus dicti principalis et fidejussor renunciando, maxime fidejussor principalem prius fore conveniendum et aliis etc. In aula veteri, presentibus subnominatis.

Pariter dictus n. Ludovicus de Viriaco promisit ut supra et sub pena predicta se representare, et cavet per nobiles Nantermetum Tissot, Amblardum Veygier et Amedeum Oboli, qui fidejussores quilibet ipsorum promiserunt eum representare nec insultum promovere etc., sub pena centum marcharum argenti, omnibus propterea juribus renunciando, maxime juri principalem prius fore etc., cedendarum etc. In Domo ville et aula nova, presentibus n. G. Gavid, Pe. Cortagier, Pe. Versonnex, Lyonardi, Cavucini et Michaelle Lyonardi, testibus, etc.

(19) *Die Veneris quarta maii.*

Quatuor sindicis; — Jo. Lunes, Lyonardi, Cavucini, Ja. de Muro, Jo. Planis, B. Dorieres, H. de Ponte, A. Gule, Pe. Cortagier.

Fuit conclusum quod prohibeantur voce cride menchie, sub pena trium solidorum, quod amplius non fiant.

Dicta die circa meridiem iterum in Domo ville congregatis: quatuor sindicis; — G. Gavid, Jo. Lunes, Paquet, Jo. Grossi, Jo. Planis, H. de Ponte, B. Dorieres, Pe. Cortagier, de Muro, A. Gule; — necnon G. Roget, A. Peccolat, Ja. Nepotis, Jo. Charavex, Ja. Rubini, G. Ballet, Jo. de Suex, locumtenens abatis, Jo. de Lyon, Jo. de Poste, Roletto Nicolay, Ludovico Corneti, qui admittitur in abassia et juravit, Bernardo Meynaz.

Fuit loquutum et conclusum quod nullus de abassia teneat nec tenere debeat partitum cujusquam nobilium Pe. de Pesmes et Pe. Versonnex; et si quis suspectus sit expellatur ab abassia ipso facto.

Pariter fuit conclusum quod d. syndici cum consilio eorum accedant ad consilium episcopale et ibidem requirant quod justicia ministretur de n. Michaelle de Crans, Ludovico de Viriez, qui herina die fuerunt promotores debati et insulti, — hodie hora septima dominis vicedompno et procuratori fiscali remissis<sup>1</sup>, — necnon quoruncunque aliorum concionum et complicum.

Illico et incontinenti post deliberationem consilii retro proxime descripti, d. syndici accesserunt ad consilium episcopale, quod fuit tentum in stupha dominorum de capitulo, ibidem existentibus et congregatis: spectabili domino Viriaci vicedompno hujus civitatis Gebenn., qui, ad supplicationem d. sindicorum et consilii, pepersit Ludovico de Corneto et Johanni de Poste, qui, ut asserebat idem dominus Viriaci, expulerant ejus servitores a domo matris dicti Ludovici et respectu principalis negotii fuerunt contenti stare summarie ordinacioni venerabilis consilii episcopalis.

Necnon rev. et venerabiles d. A. de Malvenda, Pe. de Lornex, Jo. de Lornex, Mermetus Penneti, Pe. Farodi, Dominicus de Viriaco, Amblardus Gueti, Andreas de Croseto, A. de Gingino, Aymo de Lornex; — G. Gavid, Jo. Planis, Jo. Lunes, Paquet, Jo. Grossi, Pe. de Malo-

<sup>1</sup> Cette phrase est ajoutée après coup à la fin de l'alinéa avec un signe de renvoi.



dumo, Anzone Hugonis, Jo. Charavelli, Pe. Grueti officiali, Philibertus de Bona, Pe. Chivallerii, spectabilis d. Jo. de Sergier, Mermetus Mandollaz locumtenens vicedompni, Girardus de Gento, de Expagniac magister hospicii, Pe. Levrier, G. Quarro, G. Roget, B. Dorieres, Pe. Cortagier, Roletto Nicolay, Jo. de Suex, Ja. de Muro, Ja. Nepotis, A. Gule, Ste. Sothonaci, Pelardi, Michaele Lyonardi.

(*Lictere testimoniales.*) — Quibus in unum congregatis, d. sindici, organo Lyonardi Aquineaz, insequendo tenorem consilii proxime descripti, proposuit insultum et debatum heri factum per n. Michaelem de Crans et Ludovicum de Viriaco, necnon detencionem, caucionem et consignacionem per eos prestitam nocte preterita, dicens dictos nobiles jurgii promotores hodie hora septima venerabili d. Dominico de Viriaco procuratori et n. Mermeto Mandollaz, juxta ritum et consuetudinem in hac civitate observatam remisisse, prout confessuerunt prefati domini procurator et locumtenens d. vicedompni. De quibus d. sindici et G. Roget, fidejussor, pecierunt licteras testimoniales, presentibus quibus supra.

(20) (*Lictere testimoniales.*) — Et iterum dictus Aquineaz nomine communitatis ceterique d. sindici et consilium requisierunt dictos ven. d. Pe. Farodi, vicarium, Dominicum de Viriaco procuratorem, spectabilem dominum Viriaci vicedompnum, necnon ejus locumtenentem ac ceteros justicie ministros ibidem assistentes, tam conjunctim quam divisim, ut justiciam ministrari de dictis jurgii promotoribus et complicibus ac sequacibus vellent, taliter quod amodo in futurum sit tranquillitas et pax ac unio in hac civitate, ceterisque cedat in exemplum; protestantes quod in casum in quem dicti promotores debati de cetero promoveant insultum et cives ac burgenses hujus civitatis ad facti opera per resistenciam procedant, quod eis non imputetur, cum totus populus jam sit laboribus et vigillis actediatus occasione talium debatorum. Et de hiis pecierunt licteras testimoniales, se paratos offerendo fortes facere pro posse ministros justicie.

(*Lictere testimoniales.*) — Prefati vero dominus Viriaci vicedompnus, ejus locumtenens, dominus vicarius et procurator fiscalis et quilibet ipsorum se obtulerunt pro posse bonam, brevem et condecensem justiciam ministrare, et de hiis licteras testimoniales.

Et generaliter conclusum extitit quod, visis informacionibus per Crosa

sumptis, si casus sit adeo tam gravis secundum deliberacionem consilii episcopalis, assignentur in domo episcopali responsuri aut caveant secundum exigenciam casus.

Fiant cride publice quod nullus extraneus defferat per hanc civitatem aliquas lanceas, allibardas, ballistas sive veugia de die sive de nocte, sub pena trium solidorum et perditionis gladii.

Et quod nullus hospes aut alius de civitate recipere in ejus domo teneatur aliquos extraneos, ultra quatuor numero, sine notificacione per eum fienda incontinenti dominis justicie et sindicis, sub pena lx gr., nec eos hospitari ultra unam noctem etiam si non fuerint nisi duo.

Nulleque fiant menchie abinde, ut jam conclusum fuit.

*Die Martis octava maii.*

Quatuor sindicis; — Gavid, Braseti, Emerici, Lunes, Cavucini, Paquet, Lyonardi, Grossi, Planis, B. de Sancto Michaele, H. de Ponte, B. Dorieres, de Muro, P. Cortagier, A. Gule.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario super rotulo, qui prestitit juramentum solitum de summa quinquaginta florenorum, decem solidorum et novem denariorum monete. — (*Levatum est.*)

Impartitur licencia bonbarderio eundi ad dominum Breysie causa exigendi pecunias et operandi ubi bonum videbitur, dummodo infra duos aut tres menses revertatur, et si mandetur pro necessitate civitatis, reveniat cicius; quod convenit facere.

Fiat instancia per d. sindicos erga dominos de consilio episcopali ut apponatur precium rationabile in vendicione carniuum.

Ad satisfaciendum n. Pe. Foyssiaz vendatur domus de Fogia et expediatur pro xij<sup>e</sup> ff., si plus haberi non possit.

Respectu macellariorum et cause cepte ad Jovis in consilio episcopali, accedant d. sindici et instent quod serventur instructiones per dominum nostrum misse et apportate per Planis et Malliard; et supersedeatur in dicta causa usque ad ejus adventum; alioquin prosequatur causa et substituant d. sindici procuratorem ad comparendum in ea.

(*Substitutio.*) — Et qui d. sindici, tanquam procuratores, vigore potestatis substituunt procuratores Janini, Bachodi no<sup>li</sup> (?) et alios, quos relevare promictunt in manibus Cavucini etc. quoad dictam causam ad comparendum.

(21) *Die Veneris xj maii*, nichil.

*Die Jovis* hora nona de nocte, in Domo ville, cum ad instanciam honorabilis Lyonardi Aquineaz fuerit inductus in Domo ville Anthonius de Fontana, de Bellicio, qui pridem asserendo se nuncium missum parte domine magistre de Marcossey et defferendo quandam licteram missivam falso fabricatam a dicta domina, ut asserebat, peciit sibi expediri per dictum Aquineaz decem ulnas pagni albi et grisi, dicens illas de mandato prefate domine dare velle dominabus religiosis sancte Clare, quas decem ulnas pagni dictus Aquineaz expedivit eidem precio xj ff.; et videns quod illas non tradiderat prefatis religiosis sed in pignore tradidit<sup>1</sup>

Artaudi pro summa v ff. vij gr. expensarum oris, fecit eum capi et dictum pagnum peciit sequestrari per Porrallis, consindicum, qui dictum pagnum in ma(g)nibus dicti Artaudi sequestravit nemini expediendum sub pena solucionis illius, dicto Artaudi presente et consenciente. Et de hiis licteras testioniales pecierunt, presentibus Bachodi, Michaele Lyonardi, Petro Balli abate, Girardo Bajoles.

(*Caucio.*) — Ibidem dictus Aquineaz promisit juri stare super detencione dicti Anthonii, et cavet per Bezansonum Dorieres cum promissionibus et clausulis oportunis, presentibus quibus supra.

*Die Martis xv maii.*

Quatuor sindici; — Lunes, Cavucini, Paquet, Lyonardi, Jo. Grossi, Planis, B. Michaele, H. Ponte, B. Dorieres, P. Balli, P. Cortagier, A. Gule.

Et quia dominus Viriaci fieri fecit certas fenestras in domo Sancti Apri, visitentur et cum eo alloquantur d. sindici benigniter et graciose; et si sint prejudiciabiles reparentur aut fiat belluardum cum turribus per eundem dominum Viriaci.

Preceptum fuit magistro Humberto Tissocti quathenus faciat parietes subtus aulam ad reponendum in cammera fienda jura civitatis et quamcicius.

Johannes Trocterelli et Bonifacius de Sancto Michaele super quadam differencia inter eos occasione cujusdam nucis cisse promiserunt stare

<sup>1</sup> Prénom en blanc.

summarie ordinacioni consilii et visitetur locus, et interim nichil novi donec cognito.

Occasione convivii die Dominica proxima fiendi super creatione aut confirmacione abatis committuntur computa G. Vaudo, Lunes, Paquet et Lyonardi.

De domino Terrallium qui intendit edificari facere turrim in ejus domo de Sancta Catherina visitent d. sindici cum eorum consilio locum, et cum magna et matura deliberacione quod fuerit utile civitati permittant et quod nocivum repellant et tollant.

*Veneris xvij maii.*

Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — G. Gavid, Jo. Lunes, Cavucini, B. Dorieres.

Quidam dictus Joly Valet et alius dictus Bon Blanc, macellarii Longemale, inter se questionem et debatum habentes occasione cujusdam scagni bocherie per dictum Valet amoti dicto Bon Blanc, et quia dictus Bon Blanc est burgensis, prohibeatur dicto Joly Valet ne impediatur scagnum, cum non sit burgensis, neque ulterius vendat.

Occasione domini Terrallium super edificacione turris sue domus de Sancta Catherina, nichil fuit conclusum.

(22) *Die Martis xxija maii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Versonnex, Braseti, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Planis, B. Michaele, H. Ponte, B. Dorieres, de Muro, Cortagier, A. Gule.

Super edificacione turris domini Terrallium et pariter de monicione exequuta per n. Petrum Foyssiaz occasione ix<sup>e</sup> lx ff., remittitur in consilio generali Dominica proxime futura tenendo.

De macellariis Longemale, tantummodo remaneant quatuor scagni; ceteri repellantur; qui cavere ydonee debeant de bene toto anno serviendo secundum precium ordinandum; et causa contra alios prosequatur viriliter.

Accipiat abas possessionem domus Girardi de Fogia et illam teneat quibuscunque obstantibus.

Occasione limitacionis Bonifacii de Sancto Michaele et Trocterelli, committatur limitacio probis cum juramento et refferendum quampri-



mum voluerint et tunc audiendum ordinacionem consilii, cui stare voluerunt partes.

*Veneris xxv maii.*

Vaudo, Porrallis; — G. Gavid, Cavucini, B. Dorieres.

Andreas Gervasii, Peter miruserius, Jo. Regis, Oliverius Chapuysii et Colleti requisierunt dominos syndicos ut visitent pavimentum et carrerias publicas burgi Sancti Gervasii, et que fuerint reparanda reparari faciant, quibus annuerunt; et facta visitacione, quod fuerit reparandum reparari faciant.

*Die Dominica xxvija maii* fuit celebratum consilium generale voce cride et ad sonum campane ibidem existentibus subnominatis :

Quatuor syndici; — Pe. Balli, G. Roget, Lyonardi, Pensabin, P. Biollesii, Pillisson, Artaux, Hector de Rages, F. de Fogia, Pe. Falqueti, Humbertus Grossi, abas Sancti Gervasii, Cavucini, Ja. de Bornando, P. Quillet, Glaudius Violeti, Jo. Jaques, Jo. fornerius Chassie, Colinet, Anser. Joly, Grassier, Roletus Pribelli, Ludovicus Reynaudi, Arnolletus Vallient, Fontaneis, Gal<sup>us</sup> Regis, Jo. Cachivalliz, B. Dorieres, Ja. de Muro, Pe. Mabosson, Anthonius Peccolat, Jo. Sapiensis, Jo. Migardi, Jo. Regis alias Floquet, Glaudius Clerici, Andreas Puthodi, Jo. Fontanelli, Dominicus Lamberti, Hugon. Ruffi, Pe. Exertonis, Pe. Navis, Pe. Cortagier, Jo. Balli, Rolandus Boysserii, Anthonius Millanesii, G. de Quarro, Hugoninus Boulardi, Jo. Frochet, Glaudius Pilliodi, Glaudius Arnaudi, Be. Malliet, Bellexert, Ludovicus Durandi, Jo. Rosseti, Petrimandus Tornerii, Jo. Velluti, Andreas Nigri, Mermetus Rilliet, Franciscus de Bard, Jo. Gallatini, Henricus Tinibrini, Jaquemetus Pillieti, Jo. Jacodi, Jo. Luppi, Glaudius Fontane, Polleti, Girardus Vuchardi, Roletus Marchiandi, Leodegarius de Nanto, H. de Ponte, Anthonius Furjodi, Jo. de Putheo, Perrinus de Mara, Ste. de Putheo, Glaudius de Castronovo, Jo. Pilliodi, Jo. Grossi, Jo. Ficcaudi, Glaudius Bellet, Ste. Burneti, Guillelmus Gota, Mermetus Betens, Pe. de Arlo, Anthonius Bullifruz, Pe. Vanerii, Glaudius Cadodi, Glaudius Chardon, Guillelmus de Putis, Pe. Gabet, Philibertus Davenex, Pe. Mantillion, Pe. Tarditi, Amblardus Comitit, Amedeus Danellet, Hugoninus de Rages, Jo. Peytralis, Jo. Ruffi, Michaudus Cornuti, Glaudius Boulet,

Mermetus Coppeti, Jo. Charavex, Glaudius de Ense, Michael de Cabulo, Glaudius de Monte, Jo. Bufflet, Roletus Nicolay, Ja. Paqueti, B. Chivanderii, Jo. Papellerii, Mermeto Rosetaz, Berthodus Gaux, Ludovicus Cruse, Guillelmus Bessonet, Glaudius Grassier, Jo. de Buffeto, Jo. Novelli, Amedeus de Strata, Pe. Fabri, Mermetus Abergatoris, Pe. Grangerii, Amedeus Ranaverii, Amedeus Gule, Ja. de Alamanis, Franciscus de Vineaz, Jo. de Lyon, Nicolaus Everbaudi, Jo. Ponceti, Pe. Chivilliardi, Ste. Bachodi, Jacobus Roie, Jo. de Bit, Ja. Nepotis, et plures alii cives, burgenses et habitatores hujus civitatis.

(23) Quibus omnibus prenomminatis existentibus et congregatis in claustro ecclesie cathedralis, ut moris est, proposuerunt n. syndici, organo Aquineaz, quod a paucis diebus citra fuit exequutum quoddam monitorium apostolicum ad instanciam n. Petri Foyssiaz, contra egregios Guillelmum de Quarro, Lyonardi, Paquet et Jo. Balli, tunc syndicos, necnon totam communitatem, pro summa novem centum et sexaginta septem florenorum monete; quare pecierunt modum meliorem et minus dampnosum civitati ad habendum pecunias pro satisfaciendo dicto Foyssiaz de dicta summa antequam cadant syndici et communitas in sentenciam excommunicacionis; et fuit lecta copia monicionis. Super quo fuit conclusum quod d. syndici in consilio ordinario debeant vocare omnes priores confratriarum cum uno consilliaro cujuslibet prioris, et masticare hujusmodi materiam in consilio ordinario, et deinde quicquid fuerit conclusum in consilio ordinario debeant refferre in consilio generali in quo fiat conclusio que fuerit utilior ad habendum pecunias.

Et ulterius proposuerunt d. syndici quod dominus Terrallium eos et totam civitatem requisivit quatenus sibi conferre vellent licenciam et facultatem edificandi super communi juxta ejus domum, quam nunc de novo edificat in burgo Sancti Gervasii, prope portam Sancte Catherine juxta viam publicam, de latitudine trium aut quatuor pedum, ad conficiendum quandam turrin pro deffensione et preservacione civitatis et burgi Sancti Gervasii, et non alias, conficiendo archerias ab extra et non contra civitatem.

Super quo fuit data potestas d. sindicis et eorum consilio ordinario permictendi dictum edificium fieri pro utilitate civitatis et non alias. Ita et taliter quod in casu neccessitatis, scilicet guerre, dicta civitas



possit se juvare de dicta turri pro tuhicione et deffensione civitatis et burgi, et secundum quod videbitur utile.

Pariter narraverunt d. sindici causam pendentem inter eosdem, nomine communitatis, contra macellarios Sancti Germani et pontis Rodagni, petentes bonum velle populi si velint quod prosequatur causa pro preservacione macellariorum Longemale, maxime quatuor banchorum, prout fuit conclusum in ultimo consilio generali. Et unanimiter omnes dixerunt et concluderunt dictam causam fore prosequendam viriliter pro manutencione macellariorum Longemale, nec permittant d. sindici quod revocetur dictum macellum, saltem quim ibi semper remaneant quatuor banchi.

*Die Lune xxvii<sup>a</sup> maii.*

Insequendo tenorem et voluntatem consilii generalis retro descripti, nobiles sindici, videlicet Aquineaz, Vaudo, Malliardi et Porrals, vocatis ex consilliaris consilii ordinarii, videlicet Jacobo Paqueti, Bezansono Dorieres et Jacobo de Muro, occasione turris edificande per n. et generosum Gladium de Viriaco, dominum Terrallium, accesserunt ad burgum Sancti Gervasii et super loco edificande turris. Quo visitato, et deliberato animo, consilio prehabito, scientesque ad hoc bonum velle et placitum r. p. d. Johannis Ballistarii, vicarii generalis sedis episcopalis Gebenn., intervenisse, considerantes utilitatem et comodum civitatis et burgi Sancti Gervasii proque tuhicione predictorum civitatis et burgi dictam turrim edificandam fore necessariam et perutilem, unanimiter libere dederunt et concesserunt libertatem et facultatem prefato n. Gladio de Viriaco, presenti et stipulanti pro se et suis etc., edificandi dictam turrim etiam super platea communi a parte carriere de latitudine quatuor pedum ad rotonditatem turris et usque ad terminum hodie de mandato n. sindicorum et consilliariorum appositum per probos viros Johannem Chavane, Johannem Magnini, Nicodum Monitier et Ludovicum Brand, ad hoc per prefatos n. syndicos deputatos, et non ultra. Sub pactis et condicionibus subscriptis, videlicet quod in edificio dicte turris nulle fiant archerie contra civitatem neque burgum Sancti Gervasii sed ab extra contra pascua communia; item quod quocienscunque fuerit neccesse superveniente aliqua guerra, quod dicta civitas possit et valeat se juvare de dicta turri et illam tenere

ac custodire ad deffendendum civitatem et burgum. Ad que premissa se astrinxit prefatus nobilis Gladius et suos etc. Promictentes hincinde unanimiter et bono velle in verbo nobilitatis premissa habere rata etc.; renunciantes etc. Actum in dicto burgo Sancti Gervasii, ante domum habitacionis Gladii Tallianderii alias Nantua, presentibus ibidem nobili Guillelmo de Quarro, n. Girardo de Gento, Oliverio Chapuisii, Michaele Lyonardi et Humberto Monachi, testibus etc.

Johannes Janyni, notarius.

*(24) Die Martis xxviii<sup>a</sup> maii.*

G. Vaudo, Jo. Malliardi, sindici; — Cavucini, Lyonardi, Jo. Grossi, H. de Ponte, B. Dorieres, P. Cortagier.

Super vocacione priorum confratriarum fuit conclusum quod d. sindici vocare debeant particulariter omnes priores et omnes eos assignare ut veniant una die proxima in Domo ville cum duobus consilliaris cujuslibet prioris.

*Veneris prima junii, nichil.*

*Die Dominica tercia junii*, fuit tentum consilium in Domo ville, vocatis prioribus confratriarum hujus civitatis cum duobus consilliaris cujuslibet, insequendo voluntatem ultimi consilii generalis, ad comperiendum pecunias pro satisfaciendo n. Pe. Foyssiaz de ix<sup>c</sup> lxvij ff., et pro quibus exequutus fuit monicionem apostolicam contra communitatem, et fuerunt presentes: quatuor sindici; — H. Emerici, Jo. Lunes, Paquet, magister monete, G. de Crosa, Martinus Belloci, Jo. Luppi, G. de Borjali, Pe. Gardet, Andreas Gervasii, Jo. Regis marescallus, Franciscus Villaris, Guillelmus Chapuysii, Ja. Quibleti, Andreas Coppeti, Petrus Ches, Anthonius Cristini, Guillelmus Boverii, Monetis Missier, Petrus Mermodi, Ludovicus Reynaudi, Jacobus Nepotis, Benedictus Malliet, Nicodus Mistralis, Pe. de Joes, Pe. Villieti, Anthonius de Fago, Johannes Ponceti, Gladius Faguey, Jacobus Pillieti, Johannes de Piro, Nicolaus Everbaudi, Pe. Rambosson, Jo. Papellier, Jo. Charavelli, Teveninus Lamberti, Jo. de Planis, B. de Sancto Michaele, B. Dorieres, Ja. de Muro, Amedeus Gule, Bartholomeus Savarini, Gusemand, Jo. Challex, Hugoninus Boconis, Jo. de Ponte, Jo. de Bolo, Hudriodus Ferrati, Ste. Perreti, Ste. Vollandi, Peronetus Boqueral,

Humbertus Rossier, Ste. Chapuysii, Nicolaus Madard, Glaudius Boulet, Pe. de Biolesio, Jo. Chassie fornerius, Pe. Quillet, Jo. Coquet, Jo. Mercier, Lambertus Cusini, Pe. Pontrelli, Ludovicus Cruse, Pe. Navis, Laurencius Neyrodi, Jo. Mynardi, Pe. Ligardi, Jo. de Lyon, Glaudius Arnaudi, Andreas Jordani, Petrus Masue, Jo. Mugnerii, Pe. Gabet, Pe. Exerton, Anzo Hugonis, Furtinus de Forcadaz, Pe. de Malodumo, Colinus Chicandi, Pe. de Genesta.

Et emissis votis per omnes superius nominatos, pro majori opignione fuit dictum quod anno futuro, videlicet a vindemiis proximis usque ad alias sequentes, solvantur tres solidi toto anno pro introgio cujuslibet bosseti vini, eciam ante festum Sancti Martini, licet plures fuerunt opiniones de denario gabelle; et hec premissa refferantur in proximo futuro consilio generali, ubi fiat conclusio.

(25) *Die Martis quinta junii.*

Quatuor syndici; — Gavid, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Jo. Planis, B. de Sancto Michaeli, B. Dorieres, Pe. Cortagier, Gabriel de Borjali.

(*De venna.*) — Occasione venne quam nictuntur Romani et d. vicarius fieri facere non permittatur quovismodo, sed si fiat tollatur ipso facto per cives et communitatem, insequendo privilegia et libertatem per dominos concessa.

De quadam porta condam Johannis Mourier et relicte de albergamento econtra conventum Mi(g)norum, claudatur propter pericula et immundities que ibidem apponuntur.

Et quia certe domus carriere Civitatis (que) ruynam minantur, refferatur in consilio episcopali, et visitentur, et propter pericula si videatur bonum destruantur.

(*Cras.*) — De monetis vocetur cras bonus numerus mercatorum et audiantur vota, et supplicetur domino ut fuerit conclusum.

De arreragiis vacent auditores ut prius et exigant etc.

*Die Mercurii vja junii.*

Aquineaz, Vaudo, Malliard, syndici; — Jo. Donzelli, Guyot Forneyrat, Jacobus Cornaz, A. Gule, Ste. Chapuysii, Jo. de Molario, Lyonardi,

Bezan. Dorieres, Ja. de Muro, Sy. de Rippa, Jo. Balli, Martinus Bellot, Glaudius Philippi, Pe. Jo. Bruni.

Super deacidacione monetarum, emissis votis, pro majori opignione fuit conclusum quod permittatur fieri deacidacio monetarum in hac civitate modo quo metuendissima domina Sabaudie deacidari fecit in ejus patria, supplicando domino vicario quod detur terminus usque ad primam augusti implicandi monetas modo quo sunt, ne populus hujus civitatis decipiatur; et ita pro majori opignione fuit dictum et conclusum.

*Die Veneris vijja junii.*

Vaudo, Malliard, Porrallis, syndici; — G. Gavid, Paquet, B. Dorieres, H. de Ponte, Ja. de Muro, P. Malodumo.

(*Martis.*) — Magister Johannes, medicus, conquestus est quod nonnulli prohibeant terras contra curtile suum subtus portam Baudet, in ejus prejudicium, quare petit visitari et terminari locum ac prohiberi etc. ne abinde prohibeant, et si velint illud emere paratus est vendere. Remittitur ad Martis.

(*Martis.*) — N. Mermetus Mandallaz et egregius Andreas de Douris super transitu aque eorum beverage exhibuerunt et presentaverunt licentiam missivam destinam parte domine duchisse d. sindicis, requirentem dictum transitum aque eis dari minori dampno cum emenda ad quam se offerunt. Remittuntur ad Martis.

(26) *Die Martis xija junii.*

Quatuor syndici; — Jo. de Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paqueti, Jo. Grossi, Jo. Planis, B. de Sancto Michaeli, H. de Ponte, B. Dorieres, Ja. de Muro, Pe. Cortagier.

De magistro Johanne medico occasione sui curtilis visitetur, quod et fecerunt d. syndici et consillarii, et cum sit burgensis inhibeat et prohibeatur quibuscumque ne conducant sive prohibeant terras econtra dictum curtile.

Relecta iterum licentia missiva per dominam duchissam Sabaudie destinata in favorem de Douris et d. vicedompni, videlicet Mermeto Mandellaz, occasione beverage eorum molendini, fuit conclusum quod servetur voluntas consilii generalis, videlicet quod conducant aquam



per fossalia civitatis, prout jam de gracia speciali fuit sibi concessa facultas et non per supra communia alibi, et fiat sibi responsio quod ultra non molestet civitatem nec procuret, alioquin etc.

Et quia Sabati proxime lapsa, ad instanciam mis Janini, in causa nobilium sindicorum contra macellarios, se constituit fidejussorem Petrimandus de Malodumo de reffondendo expensas in casu subcomencie, d. sindici et consilliarii ratificaverunt dictam cautionem et gratam habuerunt.

(*Injunctio.*) — Visitato per operarios antitecto Longemale et quia per relationem dictorum operariorum minatur ruynam, fuit injunctum Jacobo Paqueti, presenti, etiam in presencia Petri Mantillion, inquillini domus domini Camere, quatenus reparari faciat illico et incontinenti propter periculum imminens.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo Machart, pavisserio, super rotulo, de xvij g. — (*Levatum est.*)

Ultra diem Dominicam proxime futuram non fiant corizaciones publice cum timpanis sive mimis, sed prohibeantur voce preconia.

(*Borgesie.*) — Johannes filius quondam Nicolay du Amel, habitator civitatis, Parisiensis, ex matura deliberatione consilii fuit creatus burgensis pro et mediantibus quadraginta octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

Occasione macellariorum fuit conclusum quod a festo Ascentionis Domini usque ad festum Sancti Andree vendantur carnes mutonales vj d. libra, et bovinales iij d. cum obolo; et vadant d. sindici ad d. vicarium et consilium episcopale supplicando quod ita observari faciant pro bono rei publice<sup>1</sup>; et a festo Sancti Andree usque ad Carnisprivium vij d. mutonales, et iij d. bovinales; et ita fuit.

Et quia patisserii sunt incorrigibiles commictitur d. sindicis et duobus ex eis quod, vocatis patisseriis singulariter in Domo ville, (et) apportari faciant quatuor aut sex panes cujuslibet patisserii et micas vj, vocato d. procuratore; et si panes non sint rationabiles secundum precium bladi, qui tales fecerit privetur: primo per xv dies a coctione panis, et si secundo reprehensus fuerit, privetur per mensem; si vero tercio, tanquam incorrigibilis privetur perpetue.

<sup>1</sup> La fin de l'alinéa est d'une autre encre.

Preceptum fuit michi quod levem duplum quictancie facte heredibus quondam Jacobi Dorieres super registro quondam egregii Amedei Faveri, et in signum quictancie expediam provido Petro Prepositi de summa l ff.<sup>1</sup>

Fuit expositum quod quidam se obtulit procurare cum effectu erga r. d. principem nostrum quod fiet macellum subtus domum Trium Regum et in Longamala, et quod civitas habeat medietatem emolumentorum et obventionum, videlicet scagnorum et lingarum; et, quia considerato quod est utilitas civitatis, ymo de centum florenis annuis, datur onus d. sindicis prosequendi et instandi erga eum qui talem oblationem fecit ut res suum sorciatur effectum.

Veneris proxime futura teneatur consilium generale ad comparendum pecunias pro satisfaciendo n. Pe. Foyssiaz.

*Veneris xv junii.*

Quatuor sindici; — Cavucini, Paquet, de Malodumo.

(*Mandatum.*) — Cum pridem die Martis proxime preterita Johannes filius quondam Nicolay du Amel, famulus et servitor honesti viri Andree Ale, habitatoris civitatis Parisiensis, fuerit admissus et receptus in burgensem hujus civitatis cum condicione tamen quod, quocienscunque et quamprimum venerit et pecierit dictus ejus magister, admictatur loco ipsius famuli restituendo licteram borgesie cum renunciacione dicti Johannis famuli et fuerit gratus civitati ac ydoneus; ob quod requisit dictus famulus sibi fieri licteras testimoniales sive mandatum, quas fieri preceperunt d. sindici et consules proxime nominati. — (*Letum est.*)

(27) *Die Martis xix junii.*

G. Vaudo, Jo. Malliardi, P. Porrallis, consindici; — Jo. Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Jo. Planis, B. Dorieres, Gabriel de Borjali, Ja. de Muro, H. de Ponte, Pe. Balli.

Conquestus est Benedictus Malliet de quadam venna de novo inco-hata edificari et supplicavit d. sindicis debrigari cursum aque econtra

<sup>1</sup> Voir t. IV, p. 263.



ejus possessionem; alioquin protestatur quod si aliquod eveniat dampnum, quod per eum non stat, et de hiis licteras testimoniales.

Super quaquidem venna fuit conclusum quod d. sindici et eorum consilium accedant ad d. vicarium supplicando quod tollantur valli jam appositi ad conficiendum vennem et supersedeatur in constructione illius usque ad adventum r. domini nostri; quod si renuerit tollantur de facto nec permittatur fieri.

Procurator Fratrum Predicatorum requisit fieri licteram in eorum favorem ad patrem provincialem occasione conventus Coppeti<sup>1</sup>. Et, quia jam fuit rescriptum parte civitatis, non ulterius rescribatur, cum sanctissimus d. noster papa necnon domina duchissa et dominus Breyssie pro contrario rescripserint.

N. Ludovicus de Arlo exhibuit licteram missivam parte domine duchisse in favorem domini Bastardi, prothonotarii, occasione quorundam bonorum immobilium que fuerunt Hugon. Balme, ut prestentur favores. Fuit ita conclusum quod prestentur favores et requiratur d. vicarius ut justiciam ministret.

(*Injunctio.*) — Iterum fuit injunctum Jacobo Paqueti quod reffici faciat antitectum Longemale, quia ruynam minatur, tanquam onus habenti a domino Camere.

Ad cras consilium generale super pecuniis n. Petri Foyssiaz et super venna, habita responsione d. vicarii.

(*Borgesia.*) — Glaudius filius Petri Balmaz, de Victra, macellarius, parrochie Marie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus octo florenis. — (*Levatum est.*)

(*Borgesia.*) — Glaudius filius quondam Francisci Chambet, de Sancto Germano Ruppis, parrochie Sancti Victoris, macellarius, admittitur in burgensem, mediantibus octo florenis pro omnibus. — (*Levatum est.*)

In exitu consilii eadem die prefati d. sindici necnon Paquet, Jo. Grossi, Pe. de Malodumo, Pe. Veygiez, Jo. Planis, G. de Borjali, Ja. de Muro, Pe. Balli, H. de Ponte.

Accesserunt ad r. dominum Johannem Balistarii, vicarium generalem,

<sup>1</sup> Sur le couvent de Coppet, voir t. IV, p. 274, 299, 312, 370, 401, 402 et 438.

eo existente in prandio cum subnominatis testibus, et, post salutationem, ratione lictere d. duchisse pro reverendo domino prothonotario Bastardo, recommandaciones oportunas super justicia ministranda occasione bonorum que fuerunt de Balma fecerunt.

(*Lictere testimoniales de venna.*) — Et rursus super venna construere incohata in aqua Areris de directo possessionem Benedicti Malliet supplicaverunt d. vicario organo Jo. Planis quod supersedeatur in constructione dicte venne usque ad adventum domini nostri et quod amoveri faceret vallos jam appositos, cum dominus noster non habeat nisi merum imperium, nos vero usum et commodum et ut constat per sententiam et jura antiquissima, cum dicta venna cedat in prejudicium civitatis, alioquin quod expediret cras in consilio generali premissa narrare. Qui dominus vicarius post plurima verba dixit quod hora meridiana convocaret consilium episcopale et super hiis d[ic]eret responsum d. sindicis, et de hiis a me pecierunt d. sindici licteras testimoniales. In camera ejusdem d. vicarii, presentibus nobilibus Mermeto Mandallaz et Amedeo Hospitis, testibus, cum pluribus aliis.

(28) *Die Mercuri xx junii.*

Quatuor sindici; — d. Anselmus Velluti, Gavid, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Jo. Planis, H. de Ponte, B. Dorieres, P. Balli, Ja. de Muro, Benedictus Malliet.

(*Lictere testimoniales de venna.*) — Occasione venne cujus constructio consumatur in aqua Areris de directo possessionem Benedicti Malliet, qui Benedictus semper conqueritur et petit manuteneri semper debrigatum cursum aque, vocato n. Mermeto Mandollaz, d. sindici eum requisierunt quatenus tollat et tolli faciat vennem et pallos jam ibi affixos, secundum tenorem franchesiarum sibi lectarum, maxime capitulo 3<sup>o</sup>, et de hiis requisierunt licteras testimoniales, presente G. de Crosa cum supranominatis.

Qui n. Mermetus Mandollaz dixit se habere superiorem videlicet d. vicarium quem alloqueretur, et faceret quod deberet.

Et fuit conclusum quod d. sindici iterum accederent ad d. vicarium et eum uti Lune lapsa requirerent et eidem supplicarent quatenus tolli faciat vennem et pallos; quod si recusaverit vadant d. sindici ad operarios qui construunt, et per jactum trium lapidum prohibeant novum



opus; qui operarii si recusaverint cessare, procedatur contra eos ut melius fuerit oportunum per [egem?] vim vi etc.

*Veneris xxija junii.*

G. Vaudo, Malliard, Porrallis, consindici; — Braseti, Lyonardi, Planis, de Malodumo.

(*Borgesias.*) — Guillelmus Heraudi, de Podio, mercator, fuit creatus burgensis pro et mediantibus quindecim florenis p. p. — (*Letum est.*)

*Die Martis xxvj junii.*

G. Vaudo, Malliard, Porrallis, consindici; — Jo. Lunes, Gavid, Cavucini, Paquet, Jo. Grossi, Jo. Planis, B. Dorieres, Ja. de Muro.

Guillelmus de Quarro, Paquet, Jo. Balli requisierunt d. syndicos et consilium quod teneatur consilium generale ad habendum pecunias pro satisfaciendo n. Pe. Foyssiaz, alioquin protestatur quod si mandent ad Urbem de habendo recursum contra civitatem, et de hiis licteras testimoniales. Super quo fuit conclusum quod teneatur consilium generale ad Jovis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus de sex solidis pro foliis et pulsacione campane die Heucaristie Christi.

Conquestus est dominus de Brandis quod familiares curie episcopalis externa die accesserunt ad domum Petri Darnaz ad instanciam Andree Viennesii, levando bona sine vocacione partis, in prejudicium franchesiarum; super quo loquatur domino vicario.

Rescribatur in favorem Fratrum Predicatorum r. p. generali.

(*Borgesias.*) — Johannes filius quondam Johannis Marqueti, de Rigniez, escofferius, habitator Gebenn., admittitur burgensis pro viij ff. — (*Letum est.*)

Benedictus Malliet instetit et requisit evelli pallos venne, cum fuerit cognitum quod est in prejudicium civitatis.

De monetis non ponderentur pecie auri; tollatur pena et floreni trajectenses, xxv gr. vj d.

(29) *Die Jovis xxvija junii*, fuit tentum consilium generale subnominatis presentibus, pro satisfaciendo n. Petro Foyssiaz de summa ixv lxxvij ff.

Quatuor syndici; — Jo. de Lunes, G. de Quarro, Jo. Grossi, H. de Ponte, Fran. Viollant, Jo. Donzelli, Jo. Blancheti, Jo. Canalis, Pe. de Gerdili senior, Pe. de Canali, Jo. Charavex, Pe. Grassier, Oliverius Chapuysii, Jo. Cursilliat, Jo. Blanchardi, Pe. Vallerii, Jo. Mollet, Jo. Planis, Paquet, Mermetus Chenevalis, Ste. Borgesii, Ste. Mutilliet, Franciscus Collogniez, Jacobus Perrilliat, Reymondus Bonet, Ste. Marliouz, Johannes Merluz, Anthonius Furjodi, Girardus Velluti, Andreas Chebodi, Johannes Bracoz, Jacobus de Fontana, Jo. Nicodi, Ny. de Monte, Henricus Brune, Andreas Jordani, Nicodus Gauterii, Mermetus Borgesii, Jo. Regis alias Floquet, A. Lyonardi, B. Dorieres, Pe. Rolini, Pe. Conreouz, Pecho, Gusemant, Artaux, Jo. Mugnerii, Ste. de Villa, Andreas Coppeti, Pe. de Flandres, Pe. Levrerii, B. Chivanderii, Mermetus Betens, Peter Le Grissinex, Jacobus Basterii, Franciscus de Fogia, Franciscus Clerici, Hugo Boulardi, Nantua, Andreas de Ouris, Jo. Folli, Pe. Jo. Bruni, Aymo Ruffi, Glaudius Levet, Amedeus Galliard, Hugo Mallerii, Pe. Gabet, Ja. de Muro, Henricus Tinibrini, Jo. de Lyon, Hugoninus Fuserii, Franciscus de Bard, Jo. Guygnet, Andreas Mantilliez, Perretus Chenuti, Jo. Clementis, Jo. de Palude, Jo. Bufflet, Michael de Cabulo, Ja. Quarterii, Ja. Bondini, Pe. de Cimisterio, Gl. Grassiez, Jo. de Gerdili, Patry, Pe. Rosaz, Pe. Burgondus, Pernodus Vulliemoz, Ludovicus Bastardi, Pe. Malodumo, Pe. Balli, Jo. Luppi, Pe. Versonnex, Jo. Albi, Jo. de Suex, Hudriodus Ferrati, Pe. de Arlo, Benedictus Malliet, Martinus Bellot, G. Vuchardi, Glaudius Boulet, Pe. Neyrodi, G. Gavid, Perronetus Boqueral, Baldisardus Set, Matheus Scarron, G. Bochet, Silly Sermandi, Anthonius Bullifruz, Guillelmus Ballet, Pe. Quillet, Pe. Francisci, Jo. de Molario, N. Cugniet, G. Violet, Jacobus Grysiney, Cado, Hen. Fontaneis, Glaudius Taconis, Rolandus Boysserii, Pe. Flory, Hector de Rages, (Pe. Balli,) Jaqueminus Belli, Robertus Pribelli, Nicolaus Rosetaz, Pe. Braseti, cum pluribus aliis.

Emissis votis per omnes, pro majori opignione fuit conclusum quod apponatur introitus bossetorum vini toto anno in proximis vindemiis incipiendo, tam super vino excreto in vineis burgensium et civium quam extraneorum; et pariter super quolibet lanerio salis marini id quod fuerit per consilium ordinarium cognitum; et si bonum videatur ad vj. d. pro lanerio salis.

Et cum n. Glaudius Gavid primo emiserit votum suum, videlicet quod apponatur gabella vini denarii, Johannes de Lyon dixit interrumpendo quod non loqueretur de denario gabelle vini, sed desuper apponeret pedem; ob quod Anthonius Lyonardi peciit licteras testimoniales quas concessi.

*Veneris xxviii junii, nichil.*

(30) *Martis tercia jullii.*

Quatuor syndici; — H. Emerici, Lunes, Cavucini, Paquet, Jo. Grossi, B. Dorieres, G. de Borjali, Planis, de Muro, Pe. Balli.

Quia aliqui nituntur astas seu jostas facere cum armis in hac civitate, propter pericula vitanda loquantur d. syndici d. vicario et domino de Brandis, et secundum eorum consilium fiat ordinacioni d. vicarii.

De introgio vini proclamando secundum deliberationem ultimi consilii generalis, d. syndici loquantur dominis de capitulo, et deinde proclamantur pro satisfaciendo n. Pe. Foyssiaz.

De auditoribus computorum et exactoribus veterum arreariorum vacent et percipiant quartum denarium abinde.

Occasione venne et fichie vocentur Romani et tollantur palli actentis requisitionibus et recusationibus per dominos vicarium et officarios factis.

Baldisaldus Ballard, G. de Cresto, Jo. Vuchardi, Jo. Cullierieris, Ludovicus Pertens, Pe. Exerton, Cado cum pluribus aliis numero xxx requisierunt sibi satisfieri de scuto mutuo civitati dato; quibus responsum fuit quod satisfacto Foyssiaz eis fiet satisfactio.

*Dicta die, hora secunda post meridiem.*

(*De fichia.*) — Quatuor syndici in Domo communi congregati vocato Romano Bellocti eundem requisierunt quatenus ipse et ejus frater tollant et amoveant seu tolli et amovi faciant fichias et pallos venne noviter affixos et plantatos in aqua Areris econtra possessionem Benedicti Malliet, qui respondit quod, si debeant hoc facere, quod ipsi facient; et de hiis requisierunt d. syndici licteras testimoniales, presentibus Pe. Arbalesterii, Pe. Chapuysii et Jo. Collunges, vigillibus, testibus.

*Die Jovis quinta jullii*, in conventu Fratrum Minorum, presentibus: Aquineaz, Malliardi, Porrallis; — n. Pe. de Pesmes, H. Emerici, G. Gavid, Braseti, Jo. Lunes, Lyonardi, Paquet, H. Ponte, Pe. Balli, Amblardus Veygier.

Super hastis, astalliciis seu jotis, emissis votis, prout in ultimo consilio fuit conclusum.

Et quia de premissis non contentus dominus de Brandis, adeo quia d. syndici institerunt erga consilium episcopale et d. vicarium ut tales haste seu astalicie prohiberentur, appellavit et appellat propter prohibitionem libertatis; et de hiis licteras testimoniales.

*Veneris sexta jullii, nichil.*

*Martis x jullii.*

Quatuor syndici; — Cavucini, Jo. Grossi, Planis, H. de Ponte, G. de Borjali.

Nichil fuit determinatum neque conclusum.

(31) *Die Martis xvija jullii.*

Quatuor syndici; — Gavid, Lunes, Cavucini, Jo. Grossi, Planis, H. Ponte, de Borjali.

Fuit porrecta supplicacio parte nonnullorum occasione meretricum et mulierum lubricarum; super qua fuit conclusum quod fiat instancia ut expellantur a carreriis publicis aut defferant signum eminens in brachia ad fines quod cognosci possint.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum novum novo thesaurario ut solvat d. sindico Aquineaz contenta in tribus mandatis et rotulis de summa lij ff. ix d. — (*Levatum est.*)

Occasione officialis foranei Annessiaci et super introgio bossetorum mictatur unus r. domino nostro et loquantur d. syndici dominis de capitulo quod mictant alium nuncium aut solvant medias expensas, prout alias se hoc facturos obtulerunt.

(*De medico.*) — Quia magister Ludovicus de Grassier, medicus, dixit se velle moram continuam in hac civitate facere et uxorem adducere, fuit conclusum quod adducta uxore detur sibi locagium unius



domus per unum annum usque ad summam xij aut xiiij ff. duntaxat.

Aliquis fuit conquestus quod crida pro mensuratione parvi bosseti vult accipere vj d., sicut de magnis; fuit conclusum quod recipere debeat ut consuevit et quod debeat graciosè se habere erga cives et burgenses.

Rescribatur in favorem gardiani conventus Minorum ad r. patrem ministrum eorum.

Tradatur seu comodetur corda seu funis torni ville domino Terrallium et si dampnificet quod emendet.

Preceptum fuit Johanni Jaques quod tollat trabem appositum econtra domum Guillelmi Rogeti prius significato Braseti et, si tollere velit, tollat.

*Die Veneris xx jullii.*

Quatuor syndici; — Jo. Planis.

Fuit admissus vigil Johannes Gallatini, serrallionus et burgensis Gebenn., loco Johannis de Passier, qui prestitit juramentum prestatum solitum.

*Martis xxiiij jullii.*

Aquyneaz, de Vaudo, Maliard, Porrals; — G. Gavit, Jo. de Planis, P. de Orseriis, B. de Sancto Michaeli, A. Lyonardi, de Ponte, de Muro, G. Cavucini, Ja. Paquet, Jo. Grossi, G. de Borjali, Jo. de Lunes.

Removeatur terra apposita in plathea Molaris per astatores qui illam ibidem reponi fecerunt.

Mandatur auditoribus computorum intrent receptori facem traditam Petro Balli, abbati sociorum civitatis.

(32) *Martis ultima jullii.*

Quatuor syndici; — G. Gavit, Jo. de Planis, Jo. de Orseriis, G. Cavucini, Jo. Grossi, G. de Borjali, B. Dorerii, A. Lyonardi, H. Emerici, Jo. de Lompnis, A. Gule.

Cridentur bossete et consulatur si illi de Aquiano, Thononio, Albona et Crusillia ac Rупpi teneantur ad solutionem introgii.

Quia nonnulli latrones intrant domos per fenestras advideant vigilles et fiat crida ne quis post novem horas sine candela.

Fiat donum gratuitum d. vicario episcopatus Gebenn. arbitrio d. syndicorum.

Mandatur Hugonino Consilii tradat commissario a Chamberiaco destinato duplum processus inquisicionalis de quo commissio sua tangit.

*Martis vija augusti.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, H. Emerici, Paquet, Jo. Grossi, Cavucini, Lyonardi, Braseti, Jo. Lunes, Jo. Planis, Pe. Orsieres, H. de Ponte, G. de Borjali, Ja. de Muro, B. Dorieres, A. Gule, Pe. Balli.

Proclamentur iterum bossete bis aut ter et ad Martis concludetur quando debebunt expediri.

(*Martis.*) — Committitur Planis, Paquet, Ponte et michi visitacio et taxa libri albergamentorum scripti per Robertum Pribelli et ad referendum Martis.

Occasione mandati vigillum non augeatur eorum sallarium nec fiat mandatum usque post festum Exaltacionis sancte Crucis.

Ibidem tradidi licteram credencie r. p. et principis nostri cum relatione per me facta occasione officialis foranei; remisit ad ejus adventum.

Et occasione macellariorum mandavit magistro hospicii quod requireret macellarios ejus parte ut in causa supersedere debeant usque ad ejus adventum.

(33) *Veneris x augusti.*

Quatuor syndici; — Gavid, Paquet, Planis.

Nicodus Barberii, de Sancto Gervasio, fuit deputatus custos vinearum de Secheyron, qui promisit in forma bene et diligenter custodire et revellare in Domo communi eos quos comperiet in dampno.

De portu Lacus fiat crida quod vacuetur infra tres dies sub pena perdicionis nemorum.

Preceptum fuit thesaurario quod reparari et reffici faciat barrerias ante portas civitatis illico.

De platea Longemale non mactentur animalia ibidem neque scoriantur, nec sanguis coram populo effudatur; neque in eadem platea apponantur bosseti vacui, neque aliud impedimentum illicitum apponatur,

neque equi stapientur subtus antitectum; et apponatur scripto in columna.

Non occupentur apotheca domini Camere per macellarios Longemale nisi mediante locacione graciosas, alioquin fiant banchi ab alia parte.

*Martis xiv<sup>a</sup> augusti.*

Quatuor syndici; — Braseti, Lunes, Paquet, Cavucini, Jo. Grossi, Gavid, Planis, P. Orsieres, B. de Sancto Michaeli, H. Ponte, B. Dorieres, Ja. Muro, Pe. Balli.

De introgio bossetorum proclamantur precise ad Lune et tunc plus offerenti expeditantur.

Occasione perturbacionis gencium armorum regum Romanorum et Francie augeatur vigil et accipiatur unus de qualibet desinaria qui vigilare debeant tota nocte usque ad appercionem portarum, et tendantur cathene ante portas.

Si quis adduxerit aut adduci fecerit frumentum et bladum die mercati, nisi excreverit super se, reponatur in foro publico venale.

De medico sodomita detento et, ut asseritur, confesso in domo episcopali, si remictatur capiatur et fiat justitia; non tamen fiat instancia ut remictatur.

*(Mandatum.)* — Mandatur thesaurario ut solvat Roberto Pribelli, pro scriptura albergamentorum, recognicionum et inventarii in duobus libris descriptorum, videlicet xxiii<sup>or</sup> florenos ad tantum per consilium moderatos. — *(Levatum est.)*

*(34) Veneris xvij augusti.*

Quatuor syndici; — G. Gavid, Lunes, Jo. Grossi, Planis, B. Dorieres.

Domini syndici requisierunt egregium Guillelmum de Quarro, locumtenentem d. vicedompni, quatenus observari faceret cridas novissime factas occasione vacuacionis portus Lacus et platearum ibidem adjacentium, alioquin protestantur contra eum, et licteras testimoniales. Qui de Quarro se obtulit hoc facturum.

Continuetur vigil ut Martis proxime preterita fuit conclusum et vencentur post prandium desinarii.

Johannes de Lunes exposuit debatum et insultum Mercuri lapsa die festi Assumptionis beate Marie in hac civitate factum inter monachum

de Verbouze et servitorem ipsius de Lunes, dicens partes fuisse per d. vicarium remissas ad hodie post prandium coram eo; quare supplicavit d. sindicis quatenus interesse velint; et fuit conclusum quod intersint.

*Die Lune xx augusti*, in claustro ecclesie Sancti Petri Gebenn., presentibus :

Quatuor sindicis; — Henrico Emerici, Jo. Lunes, Pe. Arlo, H. Bononis, Jo. Crosa, Artaux, Pe. Conreouz, G. Ballet, Lyonardi, Bachodi, Jo. Clerici, H. de Ponte, Ja. de Muro, Jo. Grossi, Pe. Gachet, Ste. Bonijohannis, Ma<sup>us</sup> Chamossy, Jo. Peccollat, Ludovico Turchet, Jo. Canalis, Ny. Janini, G. Roget, Jo. Luppi, Pe. Versonnex, Roletto Nicolay, Francisco Patry, Pe. Caton, Nycodo Hermandi, Anthonio Millanesii, Pe. Pillet, Jo. Donzelli, Jo. Magnini.

|| Insequendo tenorem et deliberationem ultimi consilii generalis super introgio bossetorum vini, ad satisfaciendum n. Pe. Foyssiaz de mille florenis per communitatem sibi debitis necnon pluribus aliis qui mutuo dicte communitati scuta tradiderunt, nobiles et honorabiles syndici proclamari et preconizari fecerunt pluribus diebus et vicibus per carraphos hujus civitatis Gebenn. si quis plus daturum se vellet de dicto introgio bossetorum vini hujus anni excreti et in proximis vindemiis incipiendi de primo musto et finiendi in festo Sancti Martini yemalis anno proxime futuro, non includendo mustum anni futuri, et data assignacione in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri cum candela, more solito, ibidem incensa; et, factis ibidem pluribus proclamatis et multiplicatis vicibus per preconem publicum, nemo comparuit nec se obtulit qui de eodem introgio plus dare voluisset quam honesti viri Thomas Regis, civis, chausacterius, et Glaudius Pensabini, pelliparius, quem dictus Thomas secum associavit et in socium in admodiacione retinuit, burgenses Gebenn., qui de eodem introgio daturos se obtulerunt mille quingentos et quaterviginti florenos parvi ponderis. Et, extinta ac omnino combusta dicta candela, prefati d. syndici, nomine totius communitatis, dictam oblacionem acceptaverunt et predictum introgium bossetorum vini predictis (35) Thoma et Glaudio, tanquam plus offerentibus, presentibus, stipulantibus et recipientibus, admodiaverunt et accensaverunt, pro et mediantibus ac sub firma dictorum mille quingentorum et quaterviginti florenorum, solvendorum per dictos Thomam et



Glaudium et suos, terminis subscriptis, videlicet terciam partem in proximis nundenis festi Epiphanie Domini, aliam vero terciam partem in sequentibus nundenis festi Pasche, et reliquam terciam partem in sequentibus nundenis mensis augusti, cum dampnis etc. Et hoc cum onere et honore, perdis, lucris et ovalliis assuetis et non assuetis. Ita quod omnes hujus civitatis cives, burgenses et habitatores solvere debeant dictum introgium dictis admodiariis, exceptis ecclesiasticis et aliis personis de jure exemptis. Ita quod, si ecclesiastici vinum venderent, quod ipsi solvere debeant. Etiam super vino excreto in vineis dictorum civium et burgensium, quod vinum solvere debeat introgium. Promicentes d. sindici et admodiarii primo manutenere durante anno, et admodiarii solvere terminis predictis ac die crastina in consilio ordinario cavere ydonee per bonos et sufficientes fidejussores. Submicentes se omnibus curiis domini nostri per quas volunt capi etc., necnon suos et bona sua etc. Renunciantes omnibus juribus, privilegiis, libertatibus, franchisesis et aliis quibuscunque etc. Actum in dicto claustro, presentibus quibus supra ac Petro Oliverii, Petro Arbalesterii, Romaneto Carpini et Johanne Gallatini, vigilibus, testibus etc. ||

*Die Martis xxj augusti.*

Quatuor sindici; — Gavid, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Planis, de Sancto Michaelé, H. Ponte, B. Dorieres, Ja. de Muro, A. Gule, P. Orsieres.

De caucione prestanda per admodiarios bossetorum vini, remicetur ad Martis, ex quo Pensabini non habet cautores.

Perretus de Salla, admissus in servientem curie vicedompnatus, juravit franchisesias in forma.

De borgesia n. Anthonii de Bona solvat xxv ff. pro quibus fuit admissus, ut constitit per librum visitatum secretarii Favier<sup>1</sup>.

De mulieribus lubricis et publicis dentur cride exequucioni et instent d. sindici erga d. procuratorem et officarios.

De scutis mutuo receptis reddat computum Cavucini et restituantur per Malliardi super introgio bossetorum.

Visitetur murus scorie macelli qui cadit in ruynam.

<sup>1</sup> Voir tome IV, p. 145.

Levetur duplum capituli franchisesie de impedimentis cum duplo sentencie venne et tradatur d. vicario ad defferendum r. d. principi nostro.

*Veneris xxiii<sup>a</sup> augusti.*

Quatuor sindici; — Lunes, Lyonardi, Paquet, Cavucini, Planis, B. Dorieres.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Jacobo Quibleti super rotulo et hoc de tercia parte que est iij ff. ix g. ij d. — (*Levatum est.*)

Robertus Savigniez, tonsor, creatur designarius a domo n. Jacobi Evrardi usque ad domum Jacobi Paqueti inclusive.

(*Martis.*) — De secretario Friburgi occasione disploidis velluti ad Martis.

(*Martis.*) — De domo de Fogia ad Martis.

(36) *Die Dominica xxvj augusti.*

Quatuor sindici; — Gavid, Braseti, Lunes, Jo. Grossi, Planis, Orsieres, B. Dorieres, Ja. de Muro, A. Gule.

Domini sindici faciant partem et instanciam contra G. de Quarro, vicedompnum, qui composuit filias lubricas ultra formam cridarum.

Conclusum fuit quod rescribatur r. domino nostro in favorem d. vicarii per modum descriptum in minuta lecta in consilio.

Vacuetur portus Lacus secundum formam cridarum.

Advideant d. sindici quia nonnulli, sicut Cheysirier, Montagnier et secularii, ante Sanctum Petrum emant omnes circulos, sic quod cives non possunt habere nisi per manum terciam.

*Die Martis xxviii augusti 1492.*

(*Quictacio.*) — In conventu et claustro ecclesie Fratrum Minorum, fratres Stephanus Regis, gardianus dicti conventus Minorum, et frater Guillelmus Girardi, dicti ordinis Minorum religiosus Grandisonis, confitentur habuisse et realiter recepisse a communitate Gebenn. per manus Pe. de Malodumo, receptoris dicte civitatis, videlicet duas ulnas velluti nigri, boni, fini, ad rationem ulnam x ff., quas convenerunt dare et defferre n. Guillelmo Gruerie, olim secretario Friburgi, castellano nunc Grandisonis, sibi prius conventas per egregium Pe. Levrierii, ambassiatorem civitatis in negotio Jo. de Platea cum Anze Bacquemant, et de

quibus duabus ulnis velluti promiserunt dicti religiosi civitatem quietam tenere erga dictum n. castellanum, etc., cum promissionibus, renunciacionibus oportunis; presentibus honorabilibus Ja. Paquet, Johanne Clerici, Hectore Bonifacii, testibus etc. — Janyni.

*Die Martis xxviiij augusti.*

Vaudo, Malliard, Porrallis; — Gavid, Braseti, Lunes, Cavucini, Paquet, Grossi, Lyonardi, Planis, Orsieres, B. Sancto Michaele, B. Dorieres.

(*Renunciatio amodiacionis bossetorum.*) — Occasione admodiatariorum bossetorum vini qui debent cavere ydonee, fuit expositum quod nonnulli qui non fuerunt presentes in expedicione se daturos obtulerunt xvij<sup>c</sup> ff., videlicet Jo. Chavane, quo tunc dominus syndicus Malliardi dixit quod se offerebat procurare cum effectu quod prefati admodiatarii renunciarent eorum admodiacioni mediantibus lx ff., ut inde commodum civitatis fieret. Qua oblacione facta d. syndici et consilium pecierunt dictum Chavane qui, continuando ejus oblacionem, dixit se daturum velle dictos xvij<sup>c</sup> ff. de dicto introgio, quam oblacionem domini acceptaverunt et promiserunt sibi eodem precio admodiare, casu quo, facta adhuc una proclamacione, non comperitur plus offerens. Et si non comperitur plus offerens, ipse Chavane promisit eosdem xvij<sup>c</sup> ff. civitati solvere, terminis assuetis, ac n. Petro Foyssiaz respondere id quod civitas debet in solutis dicte summe et ydonee cavere cum renunciacionibus oportunis; proclamentur hodie, et ad cras hora quarta in Claustro expediantur.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quatenus solvat secretario Friburgi et eidem expediat unam disploidem velluti usque ad summam xij ff. sibi conventam per P. Levrier, ambassiatorem civitatis, tractando negocium Johannis de Platea.

De domo de Fogia si possint comperiri xv<sup>c</sup> ff., quod accipiantur.

De revenditoribus et occupatoribus mercatorum publicorum, observentur cride super hoc facte.

De mulieribus lubricis, instant d. syndici quod cride habeant locum.

(37) || *Die Mercuri xxix augusti*, in claustro ecclesie Sancti Petri Gebenn., presentibus Aquineaz, Vaudo, Porrallis, consyndici; — Gavid,

Braseti, Lunes, Canalis, Amedeus Magnaz, Fontaneis, Jo. Chambet, G. Pensabini, Thomas Regis, G. Joly, Michael Lingot, Paquet, Lyonardi, Nicodus Hermandi, Pe. Conreouz, Nicodus de Villario, Jo. Pimelli, Ludovicus Jo. Petri, Symondus Millini, Henricus Famelluz, B. Dorieres, H. Boconis, Jo. Balli, Ny. Gentilis, Ny. Janini, Ja. Quibleti, Jo. de Platea alias Calabri, Jo. Barrachin, Ludovicus Brand, Nicodus Monitier, Bartholomeus Savarini, Roletus Marchiandi, Ste. Pitasii, B. de Sancto Michaele, A. Gule, Franciscus Peccolat, Roletus Gentilis, n. Pe. Foyssiaz, G. Vandelli, Ste. Jacobi.

(*Admodiatio bossetorum introgii vini.*) — Actenta oblacione facta herina die per Jo. Malliard, d. syndici iterum cridari fecerunt introgium bossetorum vini, more solito, ad xvij<sup>c</sup> ff., et, ibidem incensa candela et pluribus factis proclamacionibus, non fuit aliquis qui plus daturum se obtulisset, et, extinta dicta candela, remanserunt honestis viris Johanni Chavane, Anthonio Cochonis, notario, Johanni Fabri alias Marlii et Francisco Patri, burgensibus Gebenn., quos prefati d. syndici acceptaverunt, et dictum introgium bossetorum admodiaverunt sub firma xvij<sup>c</sup> ff. per prefatos et quemlibet insolidum persolvendorum, videlicet Chavane, Patri, Fabri et Cochonis, terminis assuetis, videlicet in festo Epiphanie terciam partem, in festo Pasche aliam terciam partem, et prima mensis augusti proxime futuri aliam terciam partem etc., et hoc a die hodierna usque ad festum Sancti Martini yemalis anni proxime futuri, super vino hoc anno excreto dumtaxat, et super vino excreto in vineis civium et burgensium, exceptis tamen de jure exemptis, promictentes hinc inde manutenere et solvere terminis predictis, ac die Veneris proxime futura ydonee cavere in consilio etc. Submictentes se et bona etc... et capcionibus personarum, cum tamen honore et honore, perdis, lucris et ovalliis, assuetis et non assuetis. Renunciantes omnibus juribus, etc., maxime cedendarum et dividendarum actionum etc. et aliis etc. Presentibus Romaneto Carpini, Pe. Pillizon, Jo. Gallatini, Pe. Chapuysii, Pe. Arbalesterii, vigillibus, testibus etc. — Janyni. || — (*Registratum est alibi ad plenum.* — Janyni.)

Ibidem G. Pensabini presentat suum fidejussorem, G. Joly, et protestatur de tercia parte admodiacionis jam sibi et Thome Regis facte externa die introgii dictorum bossetorum, et peccit licteras testimoniales dari.



Pariter Thomas Regis protestatur de suis dampnis et se opposuit prefate expeditioni bossetorum, cui respondit Aquineaz quod eidem dabunt bonum fidejussorem super interesse, et quod nichillominus manutenebunt prefatis admodiariis novis hujusmodi admodiacionem, et de hiis licteras testimoniales.

*Veneris ultima augusti.*

Vaudo, Malliard, Porrallis; — Gavid, Paquet, Cavucini, Lyonardi, Lunes, Planis, P. Orsieres, B. Dorieres, B. de Sancto Michaeli, P. Balli.

(*Borgesia.*) — Petrus de Comba, escofferius, habitator Gebenn. ante ecclesiam Sancti Petri, admittitur burgensis Gebenn., pro et mediantibus viij ff. pro omnibus. — (*Letum est.*)

Proclametur publice quod non vendatur vinum novum seu mustum nisi quatuor denariis quarteronum.

De admodiariis introgii bossetorum vini, caveant ydonee aut procurent erga Foyssiaz quod quietet civitatem de ix<sup>c</sup> lxxvij ff., alioquin ad Martis cavendum.

De Petro de Nanto, fidejussore Jo. Boulin, reddat civitatem quietam erga Foyssiaz de c xiiij ff., alioquin incarceretur iterum in Episcopatu.

(38) *Die Sabati prima septembris*, in Domo communi, hora octava noctis.

(*Caucio.*) — Cum egregius Georgius Mistralis capi et detineri fecerit in Domo ville providum virum Theobaldum Gaveni, notarium, de Ballone, pro debito civili, seniore, hinc est quod dictus Georgius Mistralis promittit, occasione dicte detencionis, coram domino officiali et vicario juri stare et judicatum solvere cum dependenciis emergentibus et connexis. Et cavet per honestos viros Gladium de Castronovo, aurifabrum, burgensem, et Humbertum Grossi, civem Gebenn., et quemlibet insolidum, qui promiserunt equidem in forma, juribus premissis contrariantibus renunciando, maxime principalem prius fore conveniendum etc., epistole divi Adriani ac cedendarum actionum etc. Et quos fidejussores dictus principalis promisit servare indemnes etc., cum promissionibus et renunciacionibus oportunis. Actum in platea inferiori dicte Domus, presentibus Henrico de Nanto, notario, Johanne Col-

lunges alias Serraceni, vigille, et Reynerio Lyre. Et hec coram n. Girardo de Vaudo, consindico, fuere gesta etc.

Et dictus Gaveni protestatur de dampnis, injuria et interesse, et dantur testimoniales, presentibus quibus supra.

*Die Martis quarta septembris.*

Vaudo, Malliard, Porrallis; — H. Emerici, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Grossi, Planis, B. Sancto Michaeli, B. Dorieres.

(*Caucio admodiacionis introgii bossetorum vini.*) — || Cum pridem Johannes Chavane, Johannes Fabri alias Marlii, Franciscus Patri et Anthonius Cochonis notarius, admodiarii introgii bossetorum vini, promiserunt in admodiacione eis facta xxix augusti proxime preteriti ydonee cavere de satisfaciendo civitati de summa decem septem centum florenorum terminis in admodiacione comprehensis, hinc est quod ipsi quatuor admodiarii et quilibet in admodiacione insolidum, volentes satisfacere eorum conventum, et maxime dictus Johannes Chavane, qui cavet per providum virum Hugoninum Fuserii, notarium, civem Gebenn., qui quoad summam quatercentum et viginti quinque flor., ad ratam quarte partis concernentis dictum Johannem Chavane; et dictus Franciscus Patri cavet per Johannem Migardi, condurerium, burgensem Gebenn., pro iiiij<sup>c</sup> xxv ff., concernentibus ratam dicti Patri; et Johannes Fabri alias Marlii cavet per Stephanum Feysani, condurerium, burgensem Gebenn., quoad ratam dicti Marlii, iiiij<sup>c</sup> xxv ff.; et dictus Cochonis equidem promittit infra diem Veneris proximam pariter cavere. Dictique principales, citra derogacionem dicte admodiacionis eis facte, et dicti fidejussores, pro modo et ratis prescriptis, et quilibet ipsorum insolidum singula singulis refferendo, promiserunt ad sancta Dei Evvangelia etc. solvere terminis in admodiacione descriptis in manibus receptoris, se et bona sua ac heredes propterea submittendo omnibus curiis tam domini nostri quam domini ducis per quas volunt capi personaliter, detineri, incarcerari, moneri, arrestari, eciam per bonorum etc.; renunciando omnibus juribus, privilegiis, franchisesiis, libertatibus, quinquinellis, induciis, premissis contrariantibus, maxime fidejussores juribus principalem prius fore conveniendum, cedendarum et dividendarum actionum ac epistole divi Adriani et ceteris juribus premissis contrariantibus etc. Actum in aula nova Domus communis, presentibus providis



viris Johanne Novelli, Johanne Roberti, notariis publicis, et omnibus consiliariis, testibus etc. — Janyni. || — (*Registratur alibi. — Janyni.*)

(*Protestacio.*) — Ibidem Johannes Roberti et Johannes Novelli, notarii, nomine omnium juratorum curie domini officialis, requisierunt dominos syndicos et consilium quatenus adviderent et providerent quoad officialem foraneum, et protestantur contra eos si non faciant diligenciam, cum hoc concernat totam rem publicam. Et de hiis licteras testimoniales pecierunt, quas concessi.

Et d. syndici dixerunt se jam fecisse maximam diligenciam, tam per ambassiatores quam alias, revocari faciendi dictum officialem foraneum, et paratos se semper offerendo pro revocacione dicti officialis foranei quod in eis est, citra irritacionem r. p. domini principis nostri.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Jacobo Guillocti xj g. xj d. pro reparatione muri civitatis prope scoriatoriam macellariorum.

De vino novo seu musto quod venditur ultra cridas ad unum grossum habeant d. syndici recursum ad d. vicarium et d. procuratorem fiscalem ut cride observentur, ex quo vicedompnus non curatur punire contravenientes cridis.

Et quia Petrus de Nanto inhiberi hodie et in consilio dominis sindicis ne molestetur occasione fidejussionis pro Jo. de Bolo de summa cxiiij ff., vadant d. syndici ad d. vicarium et eum informet de submissione, et petant revocari licteras, cum sint subrecticie in data et dicta.

De mulieribus lubricis pariter fiat instancia ut cride observentur.

(39) *Die Sabati octava septembris.*

(*Alia caucio introgii bossetorum admodiacionis.*) — || Cum pridem providus vir Anthonius Cochonis, notarius, conadmodiarius introgii bossetorum vini, promiserit cavere ydonee, hinc est quod ad ejus preces et requisitionem se constituit pro eo fidejussorem quoad concernit summam quatercentum et viginti quinque florenorum, videlicet honestus vir Ansermetus Mistralis, burgensis Gebenn., et ipsorum quilibet principaliter et insolidum, qui promiserunt terminis in admodiacione comprehensis solvere civitati in manibus receptoris etc., citra tamen derogacionem admodiacionis se et bona sua omnibus curiis ecclesiasticis et secularibus submictendo, per quas volunt capi, detineri, incarcerari,

moneri etc., ac per bonorum levacionem etc., omnibus propterea juribus, privilegiis, libertatibus, franchisesis premissis contrariantibus renunciando, maxime fidejussor principalem prius fore conveniendum, cedendarum et dividendarum actionum ac epistole divi Adriani etc. Actum in Ripparia superiori hujus civitatis, ante domum honesti viri Anthonii Milanesei, apothecarii, presentibus ipso Anthonio Milanesei et Jacobo Rubini, brodeatore, cive Gebenn., testibus rogatis. — Janyni. — (*Registratur alibi. — Janyni.*)

*Die Martis xj mensis septembris.*

Aquineaz, Porrals, G. Vaudo; — Cavucini, Paquet, Grossi, Lyonardi, P. Orsieres, B. de Sancto Michaeli, B. Dorieres, G. de Borjali, A. Gule.

Instent d. syndici contra Petrum de Nanto quod cogatur forciori modo ad solucionem cxiiij ff.

Conclusum fuit quod d. syndici procedant secundum franchisesias, hora juridicionis sue, contra vendentes vinum ultra sex denarios quarteronum.

Fiant cride quod non intrent bosseti neque reponantur in domibus nisi prius fuerint marchati marcha admodiatariorum.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat P. Oliverii, ultra iiiij<sup>or</sup> ff. quos recepit, videlicet unum florenum pro pena eo quod fuit destinatus ad r. p. dominum nostrum.

*Die Jovis xiiij septembris.*

(*Quoad Petrum de Nanto.*) — Instantibus n. sindicis assignatus fuit Petrus de Nanto coram dominis de consilio episcopali visurus revocacionem certarum licterarum et inhibicionum; in quo consilio comparuerunt n. Aquineaz, Malliard et Porrals, requirentes dictas licteras revocari; et ipse Nanto dixit non esse, alioquin protestatur de appellando; tandem domini de consilio, organo r. d. Andree de Malvenda, pronunciaverunt quod infra quindecim dies deberet evocare auctorem suum Johannem Bouluz, et, lapsis xv diebus, solvere civitati centum xiiij ff.; et revocantur ex nunc inhibiciones et lictere.

*Die Veneris xiiij septembris.*

Quatuor syndici; — Gavid, H. Emerici, Paquet, Planis, B. Dorieres, de Muro.

Fuit conclusum quod admodiarius bossetorum anni lapsi nichil exigere debeat a domina commictissa Gebenn. de vino quod intrabit pro se ipsa et ejus familia, ad premissa consenciens n. Malliardi admodiarius.

(40) *Die Martis xviii septembris.*

Vaudo, Malliard, Porra[lis]; — Gavid, H. Emerici, Lunes, Grossi, Lyonardi, B. Dorieres, G. de Borjali, de Muro.

Instent d. sindici ut vacuetur portus Lacus maxime quoad magnas quercus propter vinum novum de proximo adducendum.

De Petro de Nanto, occasione centum xiiij ff., ex quo est contentus solvere, ut retulit Franciscus de Leamond, ejus servitor, dummodo dentur termini congrui, concluditur quod erga Foyssiaz procuret ut det terminos congruos, et quod quietet dictus Foyssiaz civitatem de dicta summa, et d. sindici ad hoc procurent.

Domini Jo. Loys, Anselmus Velluti et Cognodi, doctores, accesserunt ad consilium, dicentes se de jure non teneri ad solutionem novi introgii vini, sed fore exemptos. Concluditur quod fiat eis responsio in consilio generali proxime tenendo, et tunc equidem loquantur de monetariis qui dicunt se exemptos.

(*Mandatum.*) — Concluditur quod quietetur Andreas Guacti de xl ff. per eum occasione veterum areragiorum debitis pro xvij ff., et quia civitas sibi tenetur in xxvij ff., fiat unum mandatum de x ff. pro resta et mediantibus quietet civitatem et civitas eum.

*Die Veneris xxj septembris.*

Quatuor sindici; — Lunes, Paquet, Lyonardi, Grossi, Planis, Dorieres, de Muro.

De centum et xiiij ff. per Petrum de Nanto debitis, fuit conclusum quod, dummodo caveat per G. Roget aut G. de Crosa seu alterum ipsorum, que dentur sibi termini congrui videlicet in qualibet nundena xxv ff.

Et quia monetarii, vigore eorum privilegiorum, dicunt se exemptos ab introgio vini et exequi fecerunt licteras ad Lune vigore privilegiorum, super hoc teneatur consilium generale die Dominica proxime futura.

Equidem quoad dominos doctores qui dicunt se de jure exemptos, remictuntur ad dictum consilium generale.

Quia Johannes de Lunes se obtulit mutuo tradere thesaurario xij ff. pro solvendo Roberto Pribelli, cui civitas tenetur in xxiiij ff. pro libro recognicionum et albergamentorum, convenit thesaurarius eidem Jo. de Lunes restituere de primis pecuniis per eum exigendis.

(41) *Die Dominica xxiiij septembris*, in claustro ecclesie cathedralis, voce preconia et ad sonum campane congregati: quatuor sindici; — Jo. Lunes, Jo. Grossi, Cavucini, Jo. Charavex, A. Gule, Pe. Chivilliard, P. Prepositi, P. de Malodumo, Ja. Belli, H. Fuserii, Pe. Jo. Bruni, G. Philippi, Arnolletus Vallient, Anthonius Cochonis, Ja. Paquet, G. Vuchardi, Jo. Jenodi, G. de Quarro, Jo. Balli, Ja. de Muro, Hugoninus de Nanto, Jo. Pamaz, Petrimandus Tornerii, Jo. Frochet, Jo. Novelli, Humbertus Tissocti, Jo. Gryffonis, Ny. Hermandi, Pe. Arlo, Franciscus Violeti, G. Cadodi, B. Dorieres, Riquet, Jo. Velluti, Artaux, Pe. Conreouz, Bertodo Gaux, Jo. Bocardi, Gabet, Pe. Vuycton, Jo. Papellier, Lyonardi, Jo. Grenerii, Jo. Damyaux, Jo. Chavane, Jo. Barrachini, Jo. Focquerii, Glaudius Bous, Anthonius Bolliet, Pe. Jaquenodi, Franciscus Patri, Henricus Fontaneis, Nicolaus Everbaudi, P. Garmesii, Baldisaldus Sec, Ny. Mistralis, Christinus Tombeti, Bastianus de Nemore, Jo. Cadodi, Petrus Sapientis, Pe. Mantillion, G. Viollet, Ja. de Cresto, Pe. Spitis, Ansermetus de Ponte, Ja. Michodi, Jo. Bufflet, Pe. de Velles, Pe. Servent, Jo. Macri, Jo. Magnini, Ni. Mugnerii, Dominicus Lamberti, Ja. Grissiney, P. Rambosson, Jo. Nycodi, Jo. Neyrodi, Monetus Sonnerii, Anthonius condurerius, Ansermetus Joly, cum pluribus aliis.

Quia monetarii se opponunt solutioni introgii bossetorum vini in consilio generali imposita et, vigore suorum privilegiorum, citari fecerunt d. syndicos ad cras coram d. cantore, conservatore suorum privilegiorum, asserentes se esse francos, conclusum fuit nemine discrepante quod cogantur ad solutionem, et prosequatur causa per d. syndicos nomine et expensis totius communitatis.

Et pariter fuit conclusum quod d. doctores solvant introgium vini, et si oriatur causa, quod prosequatur per d. syndicos nomine et expensis communitatis ut supra, sic quod cogantur ad solutionem dicti introgii.



*Die Martis xxv septembris.*

Quatuor syndici; — Gavid, Paquet, Braseti, Lyonardi, Jo. Grossi, Planis, Ponte, B. Dorieres, Muro, Borjali, A. Gule.

Quoad illos de Aquiano, maneat conclusio consilii generalis, videlicet quod solvant sicut et nos introgium bossetorum vini.

Quoad distencionem domini Montiscanuti et Anze Bacquemant, non se intromictat quovismodo civitas.

De officiali foraneo vadant cras d. syndici ad capitulum, et fiat possibilis instancia revocandi dictum officialem foraneum.

Dominus Philibertus de Bona, tanquam vicarius, quoad introgium bossetorum sit franchus, et non alias.

Vocatis n. Mermeto Mandellaz et Guillelmo de Quarro, d. syndici requisierunt quod pugnant vendentes vinum ultra vj d. quarteronum, videlicet Mahuetam, Bochet, Vuarouz, alioquim protestetur etc.; qui se obtulerunt hoc facturos.

(42) (*Obligacio.*) — Cum Petrus de Nanto parte civitatis compelleretur veluti fidejussor Johannis Bouluz junioris, olim conadmodiarii gabelle vini ultimo impositae in hac civitate, pro summa centum et quatuordecim ff. p. p. concernente quotam dicti Johannis Bouluz, hinc est quod n. syndici omnes quatuor nomine communitatis cedunt eidem Petro de Nanto actiones quas habebant ante hujusmodi cessionem contra dictum Johannem Bouluz, dicto Petro, presente et stipulante etc., cum promissionibus oportunis. Dictusque Petrus de Nanto sciens, gratus etc., pro se et suis, promittit quictam reddere civitatem erga n. Petrum Foyssiaz de quinquaginta florenis et quictanciam afferre seu fieri facere incontinenti; reliquos vero sexaginta quatuor florenos solvere communitati, suum proprium debitum faciendo, in manibus receptoris, videlicet medietatem in proximis nundenis festi Pasche et aliam medietatem in sequentibus nundenis augusti, et hoc non obstante quictancia eidem Petro hodie facta de totali summa centum et xiiij florenorum unacum dampnis etc.; promictens etc.; submictens se omnibus curiis per quas vult capi, detineri, incarcerari, moneri, arrestari; etiam per bonorum suorum levacionem etc.; renuncians omnibus juribus etc. Actum in aula nova, presentibus consillariis supra nominatis et Petrimando de Malodumo, testibus. — Janyni. — (*Habet quictanciam Pe. de Nanto non obstante obligacione propter actiones contra Johannem Bouluz.* — *Solvit*

*manibus n. P. Foyssiaz l ff.; solvit receptori de quibus omnibus computavit xxxiiij ff. vj g. in computo secundo. — Solvit iiij ff. ij g. de Malodumo.)*

*Die Martis secunda octobris.*

Quatuor syndici; — Gavid, Lunes, Braseti, Paquet, Cavucini, Jo. Grossi, Planis, B. Dorieres, de Muro, H. de Ponte, G. de Borjali, B. de Sancto Michaelae.

(*De medico.*) — De magistro Johanne, medico<sup>1</sup>, ex quo fuit factus franchus die xxvij marcii per unum annum, observetur et maneat franchus quoad introgium bossetorum vini usque ad xxvij diem futuri mensis marcii.

(*Foyssiaz.*) — N. Petrus Foyssiaz sit liber a solutione introgii duodecim bossetorum vini in compensam serviciorum per eum civitati impensorum et instrumenti obligacionis civitatis.

Et quia r. dominus noster transmisit licteram missivam<sup>2</sup> per r. dominum vicarium, qua perlecta et intellecta super macello Longemale, fuit conclusum quod tractent d. syndici cum d. vicario ad medietatem emolumentorum cum platea ad faciendum scoriam communibus sump-tibus, scilicet principis et civitatis, super emolumentis dicti macelli.

Et pariter concernente fichiam aque Areris, non permictatur quovismodo, cum non possit fieri sine detrimento communitatis.

(*Martis.*) — Commictitur Lunes, Paquet, B. Dorieres, visitacio platee subtus domum Trium Regum si sit apta ad conficiendum macellum pro utilitate communitatis, et ad Martis refferendum.

Recordentur d. syndici de Guillelmo Richardeti occasione sui pavimenti ante ejus grangiam.

*Veneris quinta octobris.*

Quatuor syndici; — Lunes, Gavid, Paquet, Braseti, P. Orsieres, B. Dorieres, Planis.

(*Borgesia.*) — Jacobus Vuandelli, de Septem Moncellis, habitator Gebenn., admictitur burgensis pro et mediantibus decem florenis pro omnibus. — (*Letum est.*)

<sup>1</sup> Jean Vicitil; voir Léon Gautier, *La médecine à Genève*, dans M. D. G., t. XXX, p. 7 et 422.

<sup>2</sup> Lettre de l'évêque Ant. Champion, datée de Turin le 13 septembre (Arch. de Genève, P. H., n° 781).

(*Borgesia.*)— Ludovicus filius Petri Perrodi, de Chavanex, escofferius, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis pro omnibus, cum juramento oportuno. — (*Letum est.*)

(43) (*Borgesia.*)— Providus vir Glaudius Curteti, notarius, habitator Gebenn., admittitur burgensis pro et mediantibus decem florenis pro omnibus, qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

De d. vicario occasione fichie et macelli committitur quatuor sindicis cum Gavid, B. Dorieres, Lunes, Paquet, tractandi cum d. vicario et dominis de consilio, non tamen concludendi ante relacionem per eos in consilio fiendam.

De Petro Neyriz qui rō citari obtinuit, ut fertur, dominos syndicos, rescribatur r. p. domino nostro et quod obtineantur lictere eum capiendi et adducendi ad hanc civitatem, et ut justicia locum habeat de execrabili delicto hic perpetrato.

*Die Martis nona octobris.*

Quatuor sindici; — Gavid, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, P. Orsieres, H. Ponte, B. Dorieres, B. Sancto Michaeli, de Muro.

(*Mandatum.*)— Fiat mandatum thesaurario super rotulo de summa lxxij ff. v gr. et iiij d. per Paquet signato et calculato ac lecto in consilio. — (*Letum est.*)

Fuit prohibitum per d. syndicos Petrimando Bonivardi, Jaquemeto et magistro Petro, patisseriis, de non faciendo panem venalem per mensem sub pena comprehensa in cridis super hoc factis.

(*Borgesia.*)— Stephanus Praderii, aurifaber, habitator parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis. — (*Letum est.*)

Requiratur processio generalis pro tribus diebus venerabilibus dominis de capitulo.

Et quia d. Stephanus Piardi exhibuit quendam rotulum expensarum per eum, ut asseruit, factarum in prosecutione nundinarum, fiat sibi responsio precisa quod non fuit missus per syndicos et consilium; ideo quod nulla fiet satisfacio.

*Die Jovis xj octobris.*

Quatuor sindici; — Gavid, Braseti, Lunes, Cavucini, Paquet, Pe. Orsieres, de Ponte, B. Dorieres, G. Borjali, A. Gule.

Super relacione fienda d. vicario, magistro hospicii et de consilio committitur d. sindicis quod tractent et requirant occasione macelli Longemale, quatuor banchorum, ad medietatem emolumentorum videlicet lingarum et banchagiorum, et non minus; et quod onera supportentur expensis communibus, videlicet principis et civitatis.

Et super hoc requirant semper restitui curiam; ratione fichiarum et venne supplicent magistro hospicii quod requirat d. n. principem quod nunquam fiant fichie sive venna, cum non possit fieri sine prejudicio civitatis, prout sepius extitit cognitum, aut quod ipse dominus noster faciat declarationem nunquam debere fieri ibidem venna neque fichie et que confirmetur per summum pontificem; et fiat eidem domino nostro aliqualis gratuitacio secundum dispositionem consilii generalis super hoc tenendi.

(44) *Die Martis xvj octobris.*

Quatuor sindici; — Braseti, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Planis, P. Orsieres, B. de Sancto Michaeli, B. Dorieres, P. Balli, de Muro, H. Ponte, de Borjali, A. Gule.

(*Borgesia.*)— Johannes Retallion, de Pacugningio, affanator, habitator Gebenn., admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis p. p., qui prestitit juramentum solitum. — (*Levatum est.*)

Quoad macellarios et libertatem nichil fiat adhuc novi.

Respectu curati Bursini solvat introgium sui vini.

(*Mandatum.*)— Mandatur thesaurario ut super duobus burgensibus per Braseti comperiendis faciat fieri pavementum porte Baudet.

Pariter reparetur murus civitatis prope portam Sancti Christofori.

Fiat una barra supra pontem Rodagni, econtra aquam Blanchardi, ad evictandum scandalla meantium per supra pontem predictum.

*Die Veneris xix octobris.*

Quatuor sindici; — Paquet, Jo. Grossi, P. Orsieres, B. Dorieres.

De vino excreto in vinea Sancti Johannis pertinente cuidam Martino concluditur quod solvat introgium.

De Petro Magnini credatur juramento super numero bossetorum per



eum intratorum; et, si recusaverit jurare, de licencia d. vicarii visitetur domus et penu.

Fiat crida quod mudentur carrerie et camyna sive epicothoria.

(*Borgesia.*) — Hudricus Challuz, de Chancier, chapellierius, habitator Gebenn., admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus, et juravit in forma. — (*Levatum est.*)

(*Prohibicio.*) — Prohibitum fuit inquillino Johannis Grossi ne vendat contra formam franchisesie sub pena in franchisesia contenta, ex quo non est burgensis.

(45) *Die Sabati xx octobris*, hora octava de nocte.

Quatuor sindici; — Gavid, Lunes, Grossi, A. Millanesii, Ja. Rubini, Ja. Nepotis, Jo. de Poste, Pilliczon, Humbertus de Vulpillieris, Jo. Salterii, Ny. Janini, Ja. Hugoneti, Nicolaus Rosetaz, Amedeus Tornerii, Planis, B. Sancto Michaeli, B. Dorieres, P. Balli, de Muro, A. Gule, Roletus Nicolay, Pe. de Velles, Ludovicus Egorfa, Mychael Cabulo, Paquet, Jo. de Suex, Ay. Sonnerii.

Guillermus Massonis, de Cranves, et Glaudius Clementis, de eodem, associati tribus agricolis de vicinis eorum, venerunt ad d. sindicos narrantes quod, cum ipsi Guillermus et Glaudius discederent ab hac civitate et pergerent ad eorum domos, redeundo de foro communi hujus civitatis, prope Quercum eosdem invaserunt, ut asserunt, sumpta occasione pro causa, nonnulli de commictiva domini Serrate videlicet quidam Frillin... ad eo quia asseruerunt se esse de patria Foucigniaci et de vestibis rubeis<sup>1</sup>, et quemdam de sociis eorundem conquerencium, cujus nomen ignorant, vulneraverunt per caput acriter, et vix evaserunt ipsi conquerentes; quare requisierunt de talibus invasoribus, retractis in hac civitate, sibi justiciam ministrari.

Quibus supra congregatis et habita deliberatione omnium votorum, fuit conclusum quod ministretur justicia, dummodo secundum formam juris et franchisesie dicti conquerentes ydonee caveant et nominent aut oculariter demonstrent illos qui eos invaserunt.

Qua deliberatione predictis Guillermo et Glaudio conquerentibus declarata, gracias reddiderunt et marciaverunt d. sindicos et consilliaros de bono velle eorum et civitatis; et, ut maturius super eorum querela

<sup>1</sup> Sur le soulèvement des « robes rouges », voir J.-A. Gautier, *Histoire de Genève*, t. I, p. 447.

procedere possint, requisierunt supersederi donec forent melius informati de invasoribus predictis. Et d. sindici et consilium, ac predicti conquerentes contenti recesserunt.

*Die Dominica xxj octobris.*

Vaudo, Malliard, Porrallis; — Gavid, Lunes, Paquet, Jo. Grossi, Planis, P. Balli, de Malodumo.

Quia dominus Breyssie hodie et illico intrandus est hanc civitatem, fuit conclusum quod voce cride qui poterit habere equum vadat ei obviam cum d. sindicis.

(*Donum.*) — Et fiat eidem donum graciosum videlicet sex faces, qualibet de duabus libris cum dimidia, sex boyte dragete seu confiturarum, qualibet de duabus libris, et tres quarteroni malvatici et totidem ypocrati.

Si domini sculteti sive advodiatores Friburgi et Berne sint in hac civitate, eis detur malvaticum et ypocratum, de quolibet tres poti; si autem sint alii, detur simpliciter vinum album et rubeum.

Fuit data commissio Pe. de Malodumo eundi ad forreriium domini Breyssie et sibi ministret domos ad locandum, ne dictus forreriarius aliquid novi faciat.

(46) *Martis xxiiij octobris.*

Vaudo, Malliard, Porrallis; — Gavid, Lyonardi, Paquet, Cavucini, Jo. Grossi, Planis, Orsieres, B. Dorieres, de Borjali, A. Gule, B. Sancto Michaeli.

(*Admodiatio furni.*) — Domini sindici, nomine communitatis, admodiant Petro Maniglerii, fornerio, burgensi Gebenn., presenti etc., videlicet furnum et Domum ville, videlicet membra que tenet etc. et jam tenuit, spacio trium annorum incohendorum die festi Penthecostes proxima futuri et simili die finiendorum, revolutis prius tribus annis, sub firma xxiiij<sup>or</sup> florenorum et duorum centum fassinarum nemoris solvendorum secundum bonos usus etc., medietatem in principio anni et aliam in fine etc.; promictentes manutenere et solvere etc.; renunciantes etc. Actum in aula nova dicte Domus communis etc., presentibus Gringaux, Michaeli Lyonardi, vigilibus.

Et mandatur thesaurario ut intret admodiataro furni ducentum et quinquaginta fassinis nemoris jam per eum expeditas.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut expediat rectori capelle duos parvos cireos cire ponderantes unam libram.

Non obstante deliberatione die Dominica lapsa de dando sex faces domino Breysie, et quia fuerunt eidem date duodecim, mandatur omnes duodecim intrari super rotulo apothecarii cum malvatico, yocrato et boetis dragete.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat vigilibus sex solidos pro penis in defferendo donum domino Breysie et eundo ad ejus obviam.

(*Borgesia.*) — Johannes Grandis, de Mura, affanator, habitator Gebenn., admittitur burgensis pro octo florenis p. p., et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Johannes filius quondam Peroneti Orjollet, de Bossey, laborator, parrochie Sancti Leodegarii, admittitur burgensis pro octo florenis, et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

*Dicta die Martis xxiiij octobris, hora meridiana.*

Vaudo, Malliard, Porrallis; — Gavid, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Jo. Grossi, Planis, G. Borjali, B. Dorieres, de Muro.

N. Mermetus Mandellaz, associatus G. de Quarro et G. de Crosa, exposuit quod superioribus diebus, cum Amedeus Tornerii, poterius, ad instanciam cujusdam pro summa trium florenorum foret bina aut trina vice assignatus coram eo et in contumacia decrevisset licteras compulsorias, et serviens illas exequendo levaverit tres discos absente dicto Amedeo, presente tamen ejus uxore, et illis levatis, cum serviens dictus Parvus Johannes rediret ad bancham, illico eum sequutus est dictus Amedeus cum Petro ejus fratre, qui Petrus arripuit dictum servientem per collum acriter usque ad effusionem sanguinis; quare requisit se fortem fieri per dominos syndicos ut ministretur justicia. Qui d. syndici ex deliberatione consilii responderunt se paratos fore fortes facere justiciam et officarios ejusdem, ut tenentur etiam secundum franchisesiam, si fuerit opus.

*Veneris xxvj octobris.*

L. Aquineaz, G. de Vaudo, Jo. Maliardi, Petro Porrallis, syndici; — Anthonio Lyonardi, Bezansono Dorerii, n. G. Gavit, Jo. Grossi.

(*Borgesia.*) — Johannes filius quondam Roleti Roncigniodi, de Rotulo, habitator Gebenn., parrochie Magdalenes, chapellerius, admittitur in burgensem pro et mediantibus octo florenis p. p. — (*Letum est.*)

(*Compromissum.*) — Honorabiles viri Johannes Maliardi et Martinus Bellocti, super diferencia inter eos existente ad causam muri inter suos domos existentis, promiserunt stare summarie ordinacioni d. syndicorum et consilii, vocatis secum expertis operariis.

(*Borgesia.*) — Andreas Penserie, de Sancto Simphoriano, habitator Gebenn., parrochie Magdalenes, escofferius, admittitur in burgensem pro et mediantibus octo ff. p. p. — (*Letum est.*)

Supervenerunt illi de Cranves, dicentes non audere venire ad mercatum in civitate Gebenn., causantibus minis sibi illatis super campis de ipsos morti tradendo et de incendio suorum domorum, requirentes auxilium et consilium sibi dari. Conclusum fuit quod vadant ad dominum Breysie etc., et, si quis in hac civitate compertus fuerit, parati sunt ministrari facere justiciam.

(47) *Die Sabati xxvij octobris, vigillia Sanctorum Symonis et Jude, in claustro Sancti Petri.*

Quatuor syndici; — Lunes, Braseti, Pe. Arlo, Ste. Bonijohannis, Pe. Malodumo, B. Dorieres, Pe. Balli, Paquet, Pe. Levrierii, A. de Tulia, Pe. Nanto.

(*Admodiatio alarum.*) — Domini syndici, nomine tocus communitatis, ut moris est, admodiant Johanni Grossi, civi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti, factis super hiis pluribus proclamationibus, tam per carraphos hujus civitatis quam in dicto claustro, videlicet jus pertinens civitati alarum veterum, grossi ponderis, rivagii et ruagii, ut solitum est, cum tamen honore, onere, perdis, lucris et ovalliis. Et hoc per unum annum proximum die xxix hujus mensis incohandum et simili die finiendum, revoluto prius dicto anno, sub firma tercentum et sexaginta quinque florenorum p. p. cum turture, solvendorum tribus terminis assuetis, videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, aliam terciam partem in sequentibus nundenis Pasche et reliquam terciam partem in nundenis augusti, cum dampnis; promittentes d. syndici manutenere, et admodiataris solvere et die Martis proxima cavere ydonee; submittendo se omnibus curiis domini nostri



per quas vult capi, detineri, moneri etc.; renunciantes omnibus juribus etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem egregio Georgio Mistralis, Petro Chapuysii, Johanne Gallatini, Johanne Jallouz et Pe. Arbalesterii, testibus etc. — Janyni.

(*Admodiatio gribelli.*) — Pariter prefati d. sindici, nomine quo supra, admodiant honesto viro Guillelmo Joly, apothecario, presenti etc., tanquam plus offerenti, jus competens civitati super gribello, per unum annum hodie incohandum et simili die finiendum, sub firma undecim florenorum solvendorum assuetis ut supra, videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, festi Pasche et augusti, ut supra; promictentes, submictentes et renunciantes ut in precedenti admodiacione; presentibus quibus supra.

*Die Lune xxix octobris.*

Quatuor sindici; — Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Grossi, Martinus Bellot, Baldisaldus Balard, de Malodumo, Pe. Balli, A. Gule, Planis, P. Orsieres, H. de Ponte, de Muro, Roletus de Pesmes, Jo. de Fernex, Guyotus Fornerat, Glaudius de Castronovo, Thomas Regis, Pe. Jo. Bruni.

Exposuit d. syndicus Acquineaz, suo et ejus sociorum [nomine], quod ad eorum aures pervenit parte cujusdam honorabilis cujus nomen dicere noluit quod sperant guerram inter reges Francie et Romanorum de proximo, ob quod possent nundine huc venire si debita fieret diligencia et instancia erga principes, maxime dominam duchissam, dominum Breysie et r. dominum nostrum. Super quo fuit conclusum quod d. sindici vadant ad dominum Breysie et supplicando requirant quatenus super hiis advertat et rescribat domine duchisse et civitas rescribat r. d. nostro episcopo. Et dederunt potestatem cras in consilio ordinario eligendi unum nuncium cum equo uno mictendum ultra montes hac de causa.

(48) *Martis peneultima octobris.*

Aquineaz, Vaudo, Porrals; — Gavid, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Ponte, B. Dorieres, de Muro, de Borjali, A. Gule.

(*Borgesia.*) — Philibertus filius quondam Nicodi Catiardi, de Bona, fornerius, parrochie Marie Magdalenes, admicitur burgensis pro octo florenis pro omnibus, et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Berthetus filius quondam Johannis Grivet, de Sancto Johanne de Les Sis, tissoctus, parrochie Marie Madgalenes, admicitur burgensis pro octo florenis, prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Hugonetus filius quondam Petri Mermerii, de Corbonodo, tissoctus, parrochie Marie Madgalenes, admicitur burgensis pro octo florenis et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Mandatum medici.*) — Mandatur thesaurario ut solvat magistro Ludovico de Grassier, medico, prout fuit conclusum xvij jullii, pro salario sue domus, pro hujusmodi anno duntaxat, videlicet quatuordecim florenos. — (*Letum est.*)

De monetariis petatur ab eis duplum suorum privilegiorum et, habito consilio, fiat eis responsio et introducatur appellacio super inhibicionibus per eos obtentis a r. d. nostro etc.

Occasione nundinarum, monetariorum, privilegiorum obtinendorum pro mercatoribus a domina duchissa et denariorum civitatis exigendorum more debitorum fiscalium, consilium unanimiter elegit egregium Jo. de Planis mictendum ad r. dominum nostrum cum lictera credencie et instructionibus.

|| N. Pe. Foyssiaz confitetur habuisse a thesaurario, tam manibus admodiatariorum introgii bossetorum quam Petri de Nanto, videlicet novem centum et sexaginta septem ff. pro complemento solucionis mille scutorum, de quibus quictat et in signum quictancie restituit instrumentum obligacionis a tergo cujus est obligacio descripta, presentibus Michaele Lyonardi, Pe. Arbalesterii, Johanne Clerici et Pe. Barberii. — (*Quictacio in dorso instrumenti est descripta.*)

Ibidem de Malodumo, receptor, confitetur habuisse ab admodiataris predictis, videlicet novem centum et xvij ff. per eos in manibus n. Petri Foyssiaz tam solutos quam solverè responsos in deductionem xvij ff. firme admodiacionis; presentibus quibus supra. ||

*Die Mercuri ultima octobris.*

Quatuor sindici; — Gavid, Braseti, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Planis, Pe. Orsieres, B. Dorieres, P. Balli, de Muro.

Insequendo conclusionem heri factam, exposuit d. syndicus Aquineaz quod ipse et Vaudo heri fuerunt ad illu. dominum Breysie, sibi recommandando civitatem et quod, si bonum videretur, rescribere deberet

domine duchisse super facto nundinarum et quod fieret tranquillitas in patria et ministraretur bona justicia. Qui eisdem respondit se semper fore paratum servire civitati, et consulit quod, postquam dominus Castri Veteris vadit ad serenissimum regem Francorum, quod esset bonum obtinere libertatem mercatorum quia, licet fuerit jam alias obtenta, fuit revocata; et quod bonum esset lucrari dominum scultetum seu advodiatorem Berne, qui est bene familiaris regi Romanorum et cui darentur c ff. Alamagnie, si et in casum in quem nundene hic venirent.

Super quibus omnibus fuit conclusum quod remarcietur dominus Breyssie de bono velle quod habet erga civitatem et quod dignetur rescribere domine duchisse ut pax fiat in patria et quod ministretur ubique bona justicia.

Et quod ratione nundenarum non exponantur ulterius alique pecunie neque fiat aliqualis convencio dandi quovis modo.

*Die Veneris 2<sup>a</sup> novembris*, in consilio ordinario, nichil.

Hora tamen nona noctis, convocatis in Domo communi quatuor sindicis, insequendo continenciam consilii super hiis tenti contra vendentes vinum ultra cridas, mandaverunt ad domum Jo. de Crosa quesitum vinum, qui vendidit ad octo denarios; tandem d. sindici accesserunt ad domum ipsius, ipso infirmitate detento non posse venire ad Domum ville, et interrogato ipso si vendat vinum ad octo denarios, qui respondit quod sic, vinum de Costa Dei; interrogatus si audiverit cridas, dicit quod sic, ac tamen urgente neccessitate, videns quod ceteri vendunt, pro habendo pecunias vendidit jam medium bossetum; quo tunc d. sindici prohibuerunt ne ultra venderet, sequestrando vinum secundum tenorem cridarum etc.

(49) Pariter accesserunt ad domum Petri de Rippa, de Burgo Foris, qui equidem dixit vendere ad octo denarios vinum de Sobmons et deest unus turnus de bosseto; prohibuerunt et reduxerunt ut supra, et confitetur audivisse cridas.

Equidem ad domum Francisci Violant eadem via processerunt eodem vino et dicens ut proximus.

Ad domum Petri Le Conreouz qui dixit vendere ad ix d. ad medium bossetum de Sobmons.

Ad domum relicte Mahuet vinum Semine et de Choutagnia ad ix d. ultra cridas, in domo et in minuto.

Quibus omnibus prohibuerunt et reduxerunt bossetum ad eorum manus secundum cridam quia confiscatum et distribuendum pauperibus etc.

*Die Martis vj<sup>ta</sup> novembris.*

Quatuor sindici; — Gavid, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Grossi, Planis, B. de Sancto Michaeli, B. Dorieres, Ja. de Muro.

Domini elegerunt unanimiter in procuratorem Omnium Animarum, ex quo decessit Jo. Roberti, videlicet honorabilem virum Jacobum Paqueti, eum requirentes ut acceptare velit.

De pecuniis depositis in manibus Lunes et Lyonardi, quoad Lyonardi loquatur d. vicario ut liberet; quoad Lunes expediat admodiarii etc.

De vendentes vinum ultra cridas, ratione gestorum Veneris lapsa hora noctis, propter proximitatem festi sancti Martini yemalis superseatur, dummodo non vendant ulterius.

De Johanne de Gerdili qui hodie mane me verbis injuriosis transeundo per carreriam<sup>1</sup>, concluditur quod capiatur et secundum franchisesas puniatur.

(Mandatum.) — Mandatur intrari vj faces date Johanni Roberti, procuratori Omnium Animarum, que mandatur intrari.

*Martis xii<sup>ja</sup> novembris.*

Quatuor sindici; — Gavid, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Grossi, Planis, P. Orsieres, H. de Ponte, B. Dorieres, de Muro, de Borjali.

Mandatur thesaurario ut fieri faciat ducentum faroctos.

Finita nundena proxime futura faciant d. sindici disrui lubias Ripparie superioris, ne occasione earum scandallum ignis eveniat.

Ratione gencium armorum mandatorum, ut fertur, per dominum Breyssie, si d. sindici videant evenire ad hanc civitatem vadant ad eundem dominum Breyssie et sibi narrent nundenas et supplicent ne huc venire sed alibi faciat.

<sup>1</sup> Le verbe manque.



De appreciatione vini ad diem Dominicam proximam in consilio generali.

Respectu hospitalis et sepellimentorum inibi decedencium, vadant d. sindici Jovis ad consilium episcopale et ibidem concludant saltem ad medietatem sepellimenti sicut de conventibus.

(*Borgesias.*) — Aymonetus Rose, de Monthouz, habitator et affanator, parrochie Sancti Germani, admittitur burgensis pro octo florenis. — (*Letum est.*)

Post prandium : Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — Paquet, B. Dorieres, de Muro, Lyonardi.

(*Responsio thesaurarii.*) — Convocatis omnibus qui mutuo tradiderunt scuta civitati voce cride, exceptis hiis qui civitati tenentur, in Domo communi dicte civitatis, de ipsorum consensu Pe. de Malodumo, receptor, nomine totius communitatis promittit eis et cuilibet ipsorum restituere scutum per eos mutuo traditum infra proximas nundenas augusti, cum dampnis etc.; submittens etc., renuncians etc. In aula Domus communis, presentibus Michaele Lyonardi et Johanne Fontanelli, burgensibus Gebenn., necnon Rolando Boysserii.

(50) *Die Veneris xvja novembris.*

Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — Emerici, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Pe. Orsieres, B. Dorieres, de Muro, de Borjali, A. Gule.

Henricus Paqueti et Guillelmus Papillionis, chapellerius, super quadam differencia inter eos occasione locagii domus n. Pe. de Ponte Vitrio, videlicet cujusdam operatorii et camere, promittunt summar[i]e stare ordinationi d. sindicorum et consilii, qui, visis instrumento locacionis, injunctioe et licteris d. vicedompni, ordinaverunt d. sindici, de consensu parcium, quod dictus Guillelmus Papillionis vacuet domum infra totum hunc mensem, satisfacto de salario ad rationem dicti mensis, eidem Guillelmo prius restituti pecuniis, si quas super tempore futuro occasione locagii exbursaverit et de quibus legitime constabit; quam pronunciacionem ratam habuerunt.

(*Borgesias.*) — Amblardus Jaquemetus Jaquemini, de Grisin, chapellerius, habitator Gebenn., parrochie Marie Nove, admittitur burgensis pro octo florenis. — (*Letum est.*)

(*Borgesias.*) — Ludovicus Morelli, de Veyrier, borserius, parrochie

Marie Nove, admittitur equidem burgensis pro octo florenis. — (*Letum est.*)

(*Borgesias.*) — Guillelmus Papillionis, chapellerius, parrochie Marie Magdalenes, equidem admittitur burgensis pro octo florenis. — (*Letum est.*)

Vigilles et omnes officarii defferant veugios et vestes honeste, et faciant bonum vigil tota nocte omnes dicti vigilles.

Recepte fuerunt lictere contra Petrum Neyriz per magistrum hospicii apportate, date Thaurini die vij<sup>a</sup> novembris hujus anni<sup>1</sup>.

(*Martis.*) — Super lictera missiva domini nostri et relacione facta per magistrum hospicii quoad concernit macellum, lingas et banchagia, etiam quoad concernit fichias turne Areris de qua male contentatur, ut magis deliberate concludatur, remittitur ad Martis.

*Die Dominica xvij<sup>a</sup> novembris*, in claustro ecclesie cathedralis ad sonum grosse campane convocatis subnominatis :

Quatuor sindicis; — venerabilibus viris Pe. Farodi et Pe. de Sollerio, canonicis; — Emerici, Paquet, Ja. de Bornando, G. Cado, Ste. Putheo, Chavane, Jo. Marlii, Lunes, H. Bocardi, B. Dorieres, Jo. de Palude, de Muro, Jo. Spatule, Baldisardus Set, Ja. Fuserii, Colinet, P. Velles, Jo. Floret, Pe. Hospitis, Roletus Bordaz, Mermetus Coppeti, Jo. Perreti, Pe. de Crouz, Pe. Montagniez, Lyonardi, Pe. de Comba, Jo. Barrachini, Franciscus de Vinea, Roletus Gentilis, Andreas de Douris, Pe. Bossonis, Ste. Burneti, Roletus de Vigniez, Glaudius Pilliodi, Jo. Regis, Anthonius Pacocti, Glaudius Vernaz, Ay. de Cresto, Pe. Blonnex, Jo. Mercerii, Jacobus Richet, Girardus Pollens, Jo. de Cresto, Ludovicus Reymondi, Aymo Chalanie, H. Beatrisii, Jo. Grossi, Michael de Cabulo, Perretus Chenuz, Glaudius Canalis, Ste. Garmesii, Jo. Piccouz, Prepositi, G. Samoen, Pe. Cocquet, Jo. Margolliet, Pe. Navis, G. Roget, Amedeus Magnaz, Ste. Folliosii, Glaudius Taconis, Ansermetus de Ponte, Monetus Comitit, Ste. Sothonaci, Jo. de Platea, Aymo Chapellerii, G. Vuchardi, Jo. Orjollet, Gardet mugnerius, Franciscus Medici, Glaudius Perrissodi, Guillelmus Bessonet, Guillelmus Goctrosii, Anthonius Tarappe, Ste. Bachodi, Jo. Glaudon, Peronetus Boqueral, Franciscus de Fogia, Glaudius Vuandelli, Jo. Berthodi, Aymo Cugniet, Jo. Bufflet, Michael Lingot, Jo. de Poste, G. Vualuffini, G. Violeti, Humbertus Grueti cum pluribus aliis.

<sup>1</sup> Arch. de Genève, P. H., n<sup>o</sup> 783, avec une copie de la requête des syndics. Voir ci-dessus, p. 62.

(*Venda vini.*) — Gictata fuit venda vini ad septem grossos cum dimidio.

(*Creacio procuratoris Omnium Animarum.*) — Ibidem ob mortem Johannis Roberti, procuratoris Animarum, fuit creatus novus procurator Omnium Animarum honorabilis Jacobus Paqueti, presens, acceptans etc., in majori forma, cum potestate alios procuratores ad causas substituendi etc., presentibus Michaele Lyonardi, Gringaux, Gallatini, vigillibus. — (*Levatum est.*)

(51) Supervenit n. et potens magister hospicii domini Breysie, gubernatoris Sabaudie, qui ducali ex parte et etiam domini Breysie exposuit cursum aque beverage molendini n. Mermeti Mandellaz et de Douris moveri de directo dominio illustrissimi domini ducis, et quod, contemplacione ipsius domini ducis, etiam ad supplicacionem dictorum Mandellaz et Douris, civitas vellet eligere duos, et parte dictorum Douris et Mandellaz eligerentur alii duo aut quatuor pro utraque parte et qui visitarent locum dicte beverage, et si non esset prejudiciabile, quod permicteretur transire aquam per supra communia de directo beverage ad aquam Areris, et quod, si foret prejudiciabile, saltem mediante emenda honesta, contemplacione prefati illustrissimi, hoc pateretur. Super quibus fuit data potestas dominis sindicis et de consilio ordinario, super premissis eligendi, tractandi et visitandi.

Fuit pariter data potestas dominis sindicis et de consilio stricto deputandi quatuor ad visitandum vinum venale, et quod quicquid fuerit cognitum per quatuor eligendos cum juramento vendatur vinum et non ultra; et fiat crida publica super vendicione dicti vini, quod non vendatur nisi fuerit visitatum per dictos quatuor eligendos.

Johannes Chavane et Jo. Marlii ac Patry et Cochonis exposuerunt quod n. Mermetus Mandellaz, d. Philibertus de Bona et Pe. Levrierii nolunt solvere introgium bossetorum vini, quare requisierunt se manuteneri, ali[o]quim protestantur quod eis deducatur de firma. Fuit conclusum quod manuteneantur admodiarii bossetorum vini, nec fiat eis deductio, sed compellantur rebelles ad solvendum.

*Die Martis xx<sup>a</sup> novembris.*

Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — Gavid, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Pe. Orsieres, H. de Ponte, de Borjali, A. Gule.

De facto de Douris, qui elegit Braseti, de Crosa et de Quarro, consilium elegit B. Dorieres, de Borjali et Mermeto Coppeti; assistentes dominis sindicis visitent et refferant occasione beverage.

Super responsione magistri hospicii non reponantur valla in aqua Areris neque componatur cum Romanis, cum fuerit presentatum tantum dare sicuti dabant dicti Romani, sed tractetur cum magistro hospicii, quod dominus noster sit contentus remictere hospitali pestiferorum et fieri facere declaracionem in Urbe quod nunquam fiat in aqua Areris venna, propter periculum, et detur, hoc mediante, domino nostro id quod fuerit ordinatum.

Pariter super macello occasione sex banchorum Longemale tractent d. sindici ad medietatem emolumentorum, et quod restituatur curia, et detur dicto magistro hospicii unus disploymum satini, ut instet erga dominum nostrum super premissis.

De tabernariis nichil conclusum fuit etc.

*Die Mercuri xxj novembris.*

Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — Gavid, Lunes, Cavucini, Paquet, Jo. Grossi, de Ponte, B. Dorieres, de Muro, A. Gule.

Quia Johannes de Suex et Roletus Nicolay parte d. Philiberti de Bona requisierunt dominis sindicis quatenus supplicarent domino Breysie quod possessio parrochialis ecclesie Thoyriaci remaneat in manibus suis, tanquam generalis gubernatoris Sabaudie; et quia domini Amblardus Gueti et Andreas de Malvenda sunt ejus compeditores, etiam quia res est spiritualis, fuit conclusum quod non se quovismodo intromictant d. sindici.

(52) *Veneris xxiiij novembris.*

Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — Lunes, Grossi, B. Dorieres, de Muro.

(*Cavucini.*) — Super rotulo et computo Glaudii Cavucini, receptoris scutorum mutuo tradictorum, qui voluit stare summarie ordinacioni quorum supra, fuit conclusum quod cum ipse Cavucini debens remaneat civitati viij ff. viij g. et iij d., fuit conclusum quod remic(t)untur pro ejus pena et sic eque, cui conclusioni minime consensit ipse Cavucini sed de habendo recursum protestatus fuit, et nichilominus fuerunt sibi



remissi v ff. quos occasione veterum arreragiorum, sed tamen non consentit dictus Cavucini.

Theobaldus Albi, Galterius Regis, Ansermetus Joly, Christinus Morelli, Gabet et quidam alius, omnes commorantes in carreria Turris Budelli, requisierunt d. syndicos, presente n. Mermeto Mandellaz, quatenus expellerent meretrices a dicta carreria propter scandalla vitanda, quia omni nocte ibidem sunt quamplurima jurgia occasione dictarum meretricum; alioquin protestantur quod si abinde fiant jurgia et scandalla eveniant, quod non imputetur eis. Quo tunc d. syndici requisierunt dictum n. Mermetum Mandellaz, locumtenentem, quatenus expellat dictas meretrices, qui se obtulit facturum quod in eo est.

*Die Martis xxvij novembris.*

Aquineaz, Vaudo, Porrallis, consindici; — Gavid, Versonnex, Braseti, Lunes, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Orsieres, Ponte, Dorieres, de Muro, de Borjali.

*(Borgesía.)* — Michael Auberti, de Challex, carpentator, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus. — *(Letum est.)*

*(Douris.)* — Super facto n. Mermeti Mandellaz et Douris, facta visitatione per Crosa, Carro, Braseti, de Muro, de Borjali et Mermetum Coppeti, fuit conclusum quod ducatur aqua per fossalia et quod ipsi, si velint dare l ff., quod civitas conducet, et si velint ipsi conducere, quod civitas det eis l ff.

De responsione fienda magistro hospicii vadant ad consilium episcopale d. syndici, et ut fuit conclusum supra et ad partem tractent cum eo ad medietatem emolumentorum macelli, et quod dominus noster faciat declarationem nunquam fiendi fichiam sive vennam in aqua Areris et confirmari per summum pontificem, remittendo jus regale hospitali pestiferorum, et si premissa possint fieri, datur potestas d. sindicis conveniendi ad partem centum scuta seu ijc ff. pro domino nostro, et eidem magistro hospicii xl ff. pro ejus pena etc.

Et quia n. Girardus de Gento exposuit d. sindico Aquineaz quod herina die, ipso existente in camera illu. domini Breysse, n. Jacobus de Fernex, castellanus Gay, porrigere volebat supplicationem contra nonnullos cives hujus civitatis qui eundem invadere voluerunt Thoy-

riaci exercendo suum officium et parendo mandatis ducalibus; ymo non contenti, ut asserit, in hac civitate minas eidem intulerunt; quare requisit ut super hiis advideretur, et, facta marciacione, fuit conclusum quod ista d. syndici exponerent in consilio episcopali et quod fieret prohibicio quibuscunque civibus et burgensibus quod nullus partitum accipiat extra civitatem neque infra nisi de licencia d. vicarii et d. sindicorum.

(53) Recepta lictera missiva r. p. domini nostri et lecta, domini syndici et consilium se obtulerunt semper obedire, et fuit conclusum quod d. syndici illam defferrent ad consilium episcopale et requirerent fieri justiciam de delinquentibus maxime de complicitibus criminis in ea mentionatis, et se offerant fortes facere justiciam.

De facto domini Lucingii, occasione ducentum florenorum per civitatem, ut asserit, sibi conventorum pro pacificatione impetitionis subsidiorum, fuit conclusum quod respondeant sibi d. syndici quod, quocienscunque ipse dominus Lucingii fieri fecerit declarationem per illustrissimam dominacionem Sabaudie ducalem, civitatem Gebenn. non teneri ad solucionem subsidiorum prout nec tenetur constantibus amplissimis privilegiis, quod tunc et facta dicta declaratione sibi solvantur dicti ducentum floreni, et non alias.

Si filius Petri Mantillion, serrallioni, morbo epidemie decesserit, informet se d. syndici, et, si ita sit, provideant mite agendo, cum sit virga Dei quam nemo effugere potest.

*(Borgesía.)* — Petrus Artaudi, de Rumilliac subtus Curnillionem, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, nauta, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis pro omnibus. — *(Letum est.)*

*(Substitutio in sindicatu.)* — Cum honorabilis vir Johannes Malliardi, consindicus hujus civitatis, percussus morbo sancti mentis, velit infra duos dies discedere ab hac civitate, causa reddendi votum suum; hinc est quod, vigore potestatis sibi in consilio generali occasione dicti sindicatus, substituit loco sui, quamdiu absens fuerit, honorabilem virum Amedeum Gule, ejus generum et consillarium civitatis, cum promissionibus, clausulis et renunciacionibus oportunis. Actum ante ecclesiam cathedralem Sancti Petri Gebenn., presentibus egregio viro Petro Braseti, cive, et Roletto Losserii, clerico, habitatore Gebenn., testibus etc.

*Veneris ultima novembris.*

Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — Gavid, Lunes, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, B. Dorieres, de Muro.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Petro Arbalesterii, pro penis per eum habitis eundo Gayum ad d. prepositum marescallorum, ut supersedere haberet in exequutione ut pretendebatur fienda magistri Jacobi Minquent, aurifabri, et Johannis Malagniodi, detentorum in castro Gay pro certis excessibus commissis in ecclesia Thoyriaci, videlicet sex g.

(*Domini Lucingii.*) — De domino Lucingii committitur thesaurario de Malodumo et michi eundi ad eum, et sibi exhibeatur registrum conclusionum Faverii, et tractandi cum eo gracie ad xxv aut xxx scuta et non ultra <sup>1</sup>.

Super novo opere venerabilis d. Petri de Viriaco, d. sindici requirant officarios ut deruant, alioquin procedant secundum tenorem franchisesiarum.

Super provisione pestiferorum, infecti vacuent domus infestas et claudantur domus, acque eligantur duo ydonei ad subveniendum infectis in hospitali, quibus ministrentur pecunie per thesaurarium discretioni Hugonini de Ponte.

Convenient d. sindici dare d. preposito marescallorum decem scuta Sabaudie ad rationem xxi ff. casu quo ipse faciet exequucionem de Petro Neyriz, criminoso, et non alias.

Requirant d. sindici domino vicario et consilio episcopali ut fiant cride quod mendicantes et coquini vacuent et absentent civitatem.

Advideant vicarii parrochialium ecclesiarum ne coquini et mendicantes discurrant per ecclesiam tempore divini officii sed remaneant extra in porta.

*(54) Martis quarta decembris.*

Vaudo, Porrallis, consindici; — Gavid, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Orsieres, B. Dorieres.

(*Borgesia*) — Johannes filius quondam Petri Vuarnuz, de Aberes,

<sup>1</sup> Sur cette affaire, voir t. IV, aux pages indiquées dans la table *verbo* Lucingii dominus.

habitor Gebenn., admittitur burgensis pro decem florenis parvi ponderis pro omnibus, qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Glaudius Chillieti, de Augusta, verrerius, habitator Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus, et juravit ut solitum est. — (*Letum est.*)

Committitur thesaurario ut stupari faciat foramen existens subtus portam Trium Regum propter intrantes et redeuntes horis suspectis.

De licteris n. Petri Foyssiaz, videlicet citacione et instrumento, remittitur ad Martis.

De domibus infectis claudantur nec permittantur apperiri, et qui sunt infecti defferant insignia, maxime illi qui visitant infirmos in hospitali; nec intrent presbiteri visitatores morbosorum civitatem nisi in necessitate morbi.

Super facto domini Lucingii, facta relatione per me super michi commissis, non conveniatur ultra quam fuerit conventum, videlicet ad xxv aut xxx scuta.

De novo opere venerabilis d. Petri de Viriaco, procedatur via juris secundum franchisesias.

Vigillent tota nocte vigilles sub pena pro quolibet duorum solidorum dividendorum inter existentès et assistentes vice qualibet.

*Martis xj decembris.*

Vaudo, Porrallis; — Gavid, Cavucini, Paquet, Lyonardi, Grossi, Planis, Orsieres, Douris, de Borjali.

(*Borgesia.*) — Petrus Bellet, alias de Villario, parrochie de Neydens, habitator Gebenn., parrochie Marie Madalenes, admittitur burgensis pro octo florenis p. p. — (*Letum est.*)

(*Caucio.*) — Nobilis Michael Lingocti, civis et apothecarius Gebenn., ad preces Johannis Grossi, admodiarii alarum, se constituit fidejussorem insolidum, quem promittit servare indemnem etc.; renunciando omnibus juribus maxime principalem prius fore conveniendum etc.; et fuit actum quod satisfiat n. Michaeli de per civitatem debitis super firma alarum, ut conventum fuit.

De facto Douris concluditur ut alias fuit conclusum.

Requiratur venerabilis dominus d. Petrus de Viriaco ut tollat came-



rumam per eum noviter edificatam, ut convenit per relacionem Bezan-soni Dorieres.

(*Borgesia.*) — Mermetus Lanson, parrochie de Billiaz, escofferius, parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Guillelmus de Me, de Altavilla, religator librorum, parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus. — (*Letum est.*)

(*Quictacio.*) — Pe. de Malodumo, receptor, confitetur habuisse ab admotariis introgii bossetorum vini videlicet quaterviginti et tres florenos pro complemento solucionis mille florenorum in deductionem majoris summe, de quibus quictat; presentibus in aula nova Roberto Pribelli, notario, et Mermeto Billiardi, alias Gringaux, testibus.

(55) *Die Lune xvija decembris.*

Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — Gavid, Pe. Versonnex, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Pe. Orsieres, de Borjali.

Super occurrentibus occasione gencium armorum parte domini Breyssie destinatorum contra patriotas Foucigniacy, ut asseritur, fiant excubia et vocetur de qualibet designiaria unus cum vigilibus ordinariis, qui vigillent tota nocte, et custodiant d. sindici claves portarum civitatis, tendanturque cathene juxta portas existentes.

*Die Martis xvij decembris.*

Vaudo, Porrallis; — Gavid, Braseti, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Planis, Orsieres, B. Sancto Michaeli, B. Dorieres, de Muro, de Borjali.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Johanni Jaques super rotulo, prestito juramento, videlicet xiiij ff., viij g. vj d.

(*Mandatum.*) — Mandatur eidem thesaurario ut solvat super uno burgense magistro Jacobo Quibleti, loco alterius burgensis sibi in solutum tradicti, restituta lictera alterius burgensis, videlicet octo ff. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur eidem thesaurario ut solvat Johanni de Molario super rotulo, facta resecacione, videlicet quatuor florenos p. p. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur eidem thesaurario ut solvat mancipio Theobaldi Albi, qui tempore incendii ignis Pelliparie adduxit duos bossetos aque, videlicet pro primo v g. et pro 2<sup>o</sup> tres g., et sic viij g. pro omnibus.

(*Borgesia.*) — Alexander de Collumbis, de Pignerolio, apothecarius, habitator Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro x ff. — (*Letum est.*)

De domino Lucingii ut alias conclusum fuit.

Pariter de Douris et vicedompno equidem ut fuit alias conclusum.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Michaeli Lyonardi, vigilli, pro ejus serviciis ut assuetum super uno burgense, videlicet vj ff. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Oddetus Cerodi, de Belua, factor marcipiorum, habitator Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo ff. pro omnibus. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut intret super borgesia Petri Chapuysii, vigilli, pro nonnullis verberibus in eum factis serviendo civitatem, videlicet duos florenos. — (*Letum est.*)

*Die Jovis xx decembris.*

Vaudo, Porrallis; — n. Pe. de Pesmes, Gavid, Lunes, Cavucini, Prepositi, Jo. Planis, G. de Castronovo, G. Roget, Jo. Grossi, Paquet, G. Arnodi, de Malodumo, Pe. Orsieres, B. Sancto Michaeli, P. Versonnex, H. Ponte, B. Dorieres, de Borjali, de Muro, A. Gule, Anthonius Peccolat, P. Serrallion, Fontaneis, Pe. de Genesta.

(*Cras.*) — Recepta lictera missiva r. d. nostri<sup>1</sup>, cum relacione de Furno sui secretarii, super restitutione aut reparatione fichiarum, remittitur ad cras.

(56) Exposuerunt d. sindici quod dominus Breyssie requisit eos ut civitas dare vellet ducentum homines pro duobus diebus ad conducendum Bone et corrigendum excessus patriotarum Foucigniacy, et hoc infra unam horam. Conclusum fuit quod propter brevitatem temporis vadant d. sindici ad eundem dominum Breyssie, et narrent quod istud tangit r. d. principem nostrum et totam civitatem, et quod ista reffe-

<sup>1</sup> Turin, 11 décembre, Arch. de Genève, P. H. n° 781.

rent venerabili consilio domini nostri, deinde si opus fuerit consilio generali, et deinde facient quod in eis erit.

Et quia dictus Siardet, cum ejus fratre associato domino Langini et bastardo de Verdes iterum insultum fecerunt contra Amblardum Veygier, vadant d. sindici ad consilium episcopale requirentes ministrari justiciam et se offerant paratos fortes eos facere, alioquin protestentur contra eos de negligencia etc...

Illico post exitum consilii, d. sindici accesserunt ad r. d. Johannem Balistarii, vicarium, et eum requisierunt ut fieret justicia de dicto Siardet ac complicibus suis, qui hodie iterum commisit insultum contra Amblardum Veygiez, paratos se offerendo fortem facere justiciam, alioquin protestantur quod per eos non stat nec stetit etc.; presentibus egregiis Levrierii procuratore, domino Philiberto de Bona, Braseti, Planis et Viennesii. Qui dictus vicarius se obtulit facturum pro posse quod in eo est.

*Veneris xxj decembris.*

Vaudo, Porrallis, consindici.

N. Pe. de Pesmes, Lunes, Cavucini, Braseti, Lyonardi, Planis, B. Dorieres, de Muro.

*(Mandatum.)* — Mandatur thesaurario ut solvat semper in deductionem epicotorii magistro Humberti Tissocti, videlicet duos florenos, et residuum finito vireto eidem satisfiet.

Respectu requisitionis gencium per dominum Breyssie, vadant d. sindici ad d. vicarium et consilium episcopale, et instent ut dominus vicarius faciat responsum, et si possit tractari pax, procurent et apperiant in dicto consilio.

Pariter fiat instancia de curia Annessiaci, cum intellexerunt magistrum hospicii habere revocationem.

IHUS

MUTACIO ANNI

Anno Domini M<sup>o</sup> iii<sup>o</sup> nonagesimo tercio, indicione undecima et die Veneris xxvii<sup>o</sup> decembris.

Aquineaz, Vaudo, Porrallis; — Lyonardi, Paquet, B. Dorieres, de Muro.

*(Mandatum pro dono d. Breyssie.)* — Mandatur thesaurario ut defferat donum graciosum domino Breyssie parimodo quo fuit in ejus adventu, videlicet xij faces, vj boetas dragete et confiturarum, tres quarteronos malvatici et tres ypocrati.

De responsione fienda egregio secretario r. p. domini nostri super reparatione fichiarum, prout exposuit cum lictera credencie, committitur domino sindico Aquineaz, Braseti et Planis, ut vadant ad magistrum hospicii et tractent cum eo super macello, venna et officialatu; et ante conclusionem refferant in consilio.

Fiat crida quod omnes mondent epicothoria et quod omnes charrotoni habeant quilibet unum bossetum cissum ad conducendum aquam tempore scandalli ignis.

Pariter emanatur sex gierle ad afferendum aquam si scandallum ignis eveniat.

Visitent d. sindici scalas et crochetos et adaptentur, et ubi fuerint necessarie scale ac crocheti, fieri faciant.

*(57) Die Lune ultima decembris.*

Quatuor sindici; — Gavid, Braseti, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Planis, B. de Sancto Michaeli, B. Dorieres, de Muro, A. Gule.

*(Veneris.)* — De rotulo Aymoneti Bessonnet committitur visitacio Paquet et michi, et ad refferendum super eo Veneris. Et tunc veniat juraturus.

*(Mandatum.)* — Mandatur thesaurario ut solvat vigilibus, pro vestibibus triginta florenos, et pro pulsacione grossi cimballi decem florenos.

*(Mandatum.)* — Mandatur thesaurario ut solvat domino Lucingii, ex arresto occasione centum scutorum pridem eidem conventorum per consilium generale pro declaratione subsidiorum, et quod, mediantibus dictis centum florenis, quietet civitatem de dictis centum scutis. — *(Computavit receptor in ejus librata.)*

De Petro Neyriz fiat responsio n. dicto de Flassion quod si Petrus Neyriz delinquerit non spectat d. sindicis neque civitati veniam impartiri, sed solum ministracio justicie et quam sunt semper parati ministrare.

De magistro Johanne Currat et Cortagier dicto Ligeys ad primum



consilium vocetur dominus vicedompnus, et exponatur quod in prejudicium franchesarum et contra eorum juramenta molestant burgenses et eorum bona, quare requirant ut expellat ab officio, alioquin si morosum se reddiderit recurrant ad dominum vicarium et instent ut expellantur.

(*Quictacio domini Lucingii.*) — Anno Domini millesimo iiiij<sup>c</sup> nonagesimo tercio a Nativitate sumpto, indicione undecima et die ultima mensis decembris, in mis notarii, cum pridem nobilis et potens Humbertus de Lucingio, dominus Alemorum, peteret per civitatem sibi satisfieri de centum scutis, ad rationem duorum florenorum pro scuto, sibi pridem nomine communitatis conventorum, pro suis penis et laboribus casu quo procuraret cum effectu erga ducalem celsitudinem fieri declarationem civitatem Gebenn. non teneri ad solutionem subsidiorum sive focagiorum, et quod si dictam declarationem non obtinuerit, saltem auxilio aliorum nobilium obtinuit licteras, per quas pronunciatum fuit, donec facta alia declaratione, hujusmodi civitatem non fore molestandam donec facta dicta declaratione. Ad que premissa respondentes d. sindici et consilarii retro nominati dictam conventionem fuisse factam cum condicione, que conductio locum non habuit saltem perfecte; ac tamen actenta relacione egregii ducalis secretarii Johannis de Planis, qui hac de re fuerat missus ambassiator ad dictam ducalem celsitudinem cum venerabilibus dominis Amblardo Goyeti et Johanne Regis, doctoribus, qui dixit prefatum dominum Lucingii plures labores substinuisse pro dicta declaratione fienda et licteris predictis obtinendis. Et cum omnis labor optet premium, volentes d. sindici et consilium si non in toto tamen in parte eidem domino Lucingii de ejus laboribus et penis aliquantulum satisfacere et eidem satisfactionem inpendere, hinc est quod prefatus dominus Lucingii, actenta replicacione predicta, sciens, gratis et sponte quictat d. syndicos et totam communitatem, licet absentes, me tamen notario stipulante, de dictis centum scutis, ut prefertur, sibi conventis et solvi promissis per dictos ambassiatores ad hoc potestatem habentes, pro et mediantibus centum florenis auri parvi ponderis hodie in testium subscriptorum presencia sibi solutis seu solvi promissis per honorabilem Petrimandum de Malodumo, receptorem dicte communitatis, tanquam thesaurarium etiam privato nomine, ac etiam omnibus penis et laboribus per eundem dominum Lucingii pro dicta communi-

tate occasione premissorum habitis; promictens etc., renuncians etc. Actum Gebenn., in allorio domus dicti domini Lucingii prope conventum Fratrum Minorum, presentibus honorabilibus Lyonardo Aquineaz, consindico, cive, Petro Gacheti, burgense, et Claudio Ansermeti, cive, mercatoribus Gebenn., testibus etc.

Johannes Janyni, not.

|| Ibidem dictus Petrimandus de Malodumo, receptor, et eo nomine ac etiam privato, confitetur debere dicto domino Lucingii, presenti etc., videlicet dictos centum florenos p. p., causa qua supra, solvendos hinc ad proximum festum nativitatis beati Johannis Baptiste cum dampnis etc.; promictens, submictens et renuncians... Actum ubi supra, presentibus quibus supra. — Janyni. || — (*Habet notam d. Lucingii.*)

(58) *Die Mercuri secunda januarii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Braseti, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Planis, Orsieres, B. Dorieres, de Muro.

Super responsione fienda domino Breyssie de facto vicedompni et Douris, respondeant se non posse aliud in eadem materia agere quam alias fuerit conclusum sine consilio generali, quod tam breviter pro hujusmodi materia non posset teneri.

*Martis octava januarii.*

Vaudo, Malliard, Porrallis, consindici; — Gavid, Braseti, Lunes, Cavucini, Paquet, Grossi, Planis, Orsieres, B. de Sancto Michaeli, B. Dorieres, de Borjali, de Muro, A. Gule.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Aymoneto Bessonnet super rotulo xix ff. j d. obolum, recepto juramento a Jo. Jaques, operario, contenta in rotulo recepisse et in utilitatem civitatis convertisse. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Johannes filius quondam Nicodi de Putheo, de Lancier, sallerius, habitator parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Henricus Guyot, de Verdon supra Saunam, miruserius, habitator parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Stephanus filius Petri Rossier, de Collunges parrochie de Asserens, cinturerius, habitator Gebenn. parrochie Sancti Gervasii, pro octo florenis. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Glaudius filius quondam Johannis Chafa, de Villiaco Pillosii, habitator Gebenn., carpentator, parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo ff. — (*Letum est.*)

De magistro hospicii et appunctuamento cum eo fiendo committitur Gavid, Braseti, Lunes, ut tractent et conveniant pro domino nostro iiiij<sup>c</sup> ff., pro magistro hospicii centum, et pro secretario viginti, cum condicione quod primo restituat curiam, faciat declarationem et confirmari per summum pontificem nunquam fieri debere. fichias in aqua Areris, et ulterius licenciam facultatem sex scagna faciendi pro macellariis in Longamala et det locum faciendi scoriam supra Lacum; et de emolumentis omnibus percipiat civitas terciam partem et dominus duas partes, et onera supportentur secundum perceptionem emolumentorum sicut de alis. Et mediante convencione rescribatur domino nostro per ejus secretarium quod habeat civitatem commendatam in negocio de Douris et vicedompni, ac in facto monetariorum.

Recepta lictera missiva domine duchisse per Douris exhibita super beveria, concluditur ut alias et rescribatur domino nostro ut dominam duchissam informet.

(59) *Martis xv ianuarii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Braseti, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Planis, Orsieres, B. de Sancto Michaele, de Borjali, A. Gule.

Comittitur onus et datur potestas Paquet et Jo. de Palude, procuratoribus Animarum Omnium, concordandi cum nepotibus Laurencii Neyrodi, heredibus eorum sororis, de summa octo viginti florenorum cum expensis pro quibus procuratores Animarum fuerunt condempnati, et dandi de bonis viri dicte sororis in solutum, que bona sunt in hospitali pestiferorum.

Domini sindici et consillarii ratificant tractatum factum cum magistro [ho]spicii super instructionibus et lictera credencie missis r. domino nostro, et quoad convencionem iiiij<sup>c</sup> ff. d. nostro, et centum ff. magistro hospicii, ac decem scutorum secretario datorum.

Renovetur mandatum Johanni Focquerii, moderno thesaurario, de summa iiiij ff. ij g. iij d. super alio mandato per Crosa signato.

Exequantur lictere domini Breyssie, gubernatoris generalis Sabaudie, contra monetarios, occasione revocacionis aliarum licterarum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario ut solvat G. de Crosa quatuor florenos et recipiat processum domus de Fogia, quia res transivit in rem judicatam.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Johanni Jaques, pro ejus veste, triginta solidos monete. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat vigilibus, pro vino estreniarum, duodecim solidos monete.

(*Veneris.*) — Occasione domus de Fogia ad Veneris vocetur Franciscus de Fogia.

*Veneris xvii<sup>a</sup> ianuarii.*

Aquineaz, Vaudo, Porrals, consindici; — Gavid, Braseti, Cavucini, Lyonardi, Planis.

Vocato Francisco de Fogia, sibi fuit dictum per d. sindicos quod in obligacione eidem facta per auditores computorum de v<sup>c</sup> ff. ipse Franciscus dixit et convenit suos fratres neque de Douris nullum jus habere in domo de Fogia, quod falsum fuit, quia, visis juribus de Douris, constitit eum habere super dicta domo vj<sup>c</sup> ff., pro quibus fuit concordatum ad iiiij<sup>c</sup> ff. quos pecierunt deduci super v<sup>c</sup> ff. eidem de Fogia solvere promissis in manibus Roleti Nycolay; etiam quod ratificari faceret per ejus matrem et fratres. Qui Franciscus dixit et respondit se paratum ratificari facere per ejus matrem et fratres quocienscunque venerint; et quoad deductionem dicit se non teneri; et quod ultra dicit se habere jura et scripturas penes se, pro quibus potest quod civitas perdet domum et quicquid juris in eadem habet civitas et pariter lucrari eidem civitati facere potest. De quibus pecierunt licteras testimoniales d. sindici, presentibus Johanne Chavane, Anthonio Cochonis, notario, et Johanne Marlii, testibus. Et dixit se daturum jura sua cuidam potenti cum quo civitas bene habebit agere.

Et fuit conclusum quod thesaurarius habeat processum domus de Fogia et consulatur si possint expelli inquillini domus.

(*Martis.*) — De abbacia et gladiis remittitur ad Martis.



(60) *Martis xxija januarii.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Gavid, Braseti, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Planis, Orsieres, de Sancto Michaelē, Ponte, B. Dorieres, de Muro, de Borjali, A. Gule.

De licteris apostolicis Douris qui obtinuit citari d. syndicos, tractetur cum eo donec vendita domo et, si nolit supersedere, se deffendant nec permittant se excommunicari.

Respectu abbacie vocetur abas in consilio episcopali et demonstretur et serventur capitula ejusdem, alioquim annulletur || abbacia || et expellantur viciosi.

De consilio episcopatus requirantur processiones generales trium dierum et serventur cride facte occasione mulierum lubricarum.

Respectu lavatorii bonetorum magistri Anthonii, bonaterii, fiendi juxta cameras Corraeterie, permittitur fieri quamdiu placuerit et non fuerit prejudiciabile, et quociens fuerit prejudiciabile possit amovi.

(*Borgesia.*) — Magister Johannes Ellin, medicus barbatus, de Berna, admittitur burgensis gratis ad eo quod servit reipublice<sup>1</sup>. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat et det vigilibus sex florenos super uno burgense, pro emendo cuilibet ipsorum unum pileum de armis civitatis. — (*Letum est.*)

Non prohibeantur defferre gladii per cives et burgenses, sed bene per extraneos.

*Veneris xxv januarii.*

Aquinez, Vaudo, Malliardi, Porrals, syndici; — Gavid, Cavucini, B. Dorieres.

(*Borgesia.*) — Johannes filius quondam Johannis Hugonis, de Thono, tonsor, habitator Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis, et prestitit juramentum prestari solitum. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur intrari thesaurario, secundum tenorem registri Faveri, super borgesia Jacobi Hugoneti, aurifabri, sex florenos pridem per eundem Jacobum Hugoneti de mandato d. syndicorum

<sup>1</sup> Voir Léon Gautier, *La médecine à Genève*, dans M. D. G., t. XXX, p. 14, 271, 272 n., 473.

expeditos Roletto Nicolay et Johanni de Suex, pro quadam istoria per eos facta. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Petro Mallieti, serralliono, super rotulo, xxij g. vj d. — (*Letum est.*)

Exposuit d. syndicus Aquinez quod ipse et d. syndicus de Vaudo heri accesserunt ad consilium episcopale et protestati fuerunt contra dominum vicedompnum et hospitem Chouderonis Corraeterie de quodam homicidio in ejus domo perpetrato Martis lapsa hora nocturna, nulla facta diligencia per d. vicedompnum neque dictum hospitem, de recursu justicie. Fuit conclusum quod instent d. syndici quod justicia ministretur, alioquim rescribatur domino nostro ut provideat de aliis officiariis.

(61) *Die Martis xxviii januarii.*

Quatuor syndici; — Gavid, Emerici, Braseti, Lunes, Cavucini, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, de Sancto Michaelē, B. Dorieres, de Borjali, || de Muro, || A. Gule.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Anthonio Mars, serralliono, pro duodecim apis ferri repositis in turri Sancti Leodegarii, tres solidos monete.

Petrus Rolini conquestus est quod heri Ludovicus Ravonelli eum invasit ense nudo, et tam ipse quam ejus complices plures minas intulerunt, et dixerunt quod si dictus Ravonelli eum occidisset, ejus pax facta est; quare supplicavit sibi justiciam fieri. Et hoc in presencia n. Mermeti Mandellaz, quem requisierunt ut sumat informaciones et justiciam ministret, quod facturum se obtulit.

Et ulterius, occasione homicidii externa die perpetrati, dixerunt d. syndici quod secundum franchisesiam debent bona defuncti habere in custodiam per annum et diem; super quo vadant post prandium ad d. vicarium et quicquid in consilio episcopali fuerit ordinatum servata franchisesia fiat.

Recepta lictera missiva r. domini nostri credencia sui consilii episcopalis, cui dedit in mandatis respondendi super instructionibus de Furno traditis, vadant et actendant etc.

|| Et quia dominus Girardus Brocterii, qui fuit parvus rex in proxime preterito festo Epiphanie Domini, et intravit tres bossetos vini, fit franchus de uno bosseto vini dumtaxat occasione introgii. ||

Vocetur Veneris bonus numerus burgensium et tractetur modicum de creandis sindicis, ut antiquitus fiebat.

Super revocatione officialis foranei per dominum nostrum facta, gracias agunt et marciantur.

Super fichia dicunt se in nullo offendisse, et si non fiat declaratio secundum capitula tradicta de Furno, secretario domini nostri, non fiat ei donum iiiij<sup>c</sup> ff.

Pariter si non habeat civitas terciam partem emmolumentorum linguarum et banchagiorum, pariter non observentur conventa iiiij<sup>c</sup> ff.

De aqua Douris et vicedompni beverie gracias agunt de bono velle.

De monetariis rescribatur domino nostro quod non potest dare eisdem nisi de jure suo et non de jure civitatis.

Respectu justicie sunt semper parati obedire et fortem justiciam facere etc.

(Mandatum.) — Mandatur intrari thesaurario super rotulo de libratibus summam xxxiiij ff., unum grossum et decem d. — (*Letum est.*)

(Quictacio.) — || D. sindici confitentur habuisse a Johanne Chavane, Francisco Patri, Anthonio Cochonis et Johanne Marlii, videlicet quatercentum et decem novem florenos per eos Petrimando de Malodumo responsos, tanquam privata persona, pro satisfaciendo illis qui scuta mutuaverunt de iij<sup>c</sup> xix ff., et domino Lucingii de centum florenis, in deductionem xvij<sup>c</sup> ff. firme admodiacionis bossetorum; presentibus Michaele Lyonardi, Gringaux, Petro Mallieti, Paquet, Planis. ||

(Obligacio.) — || Et ulterius dicti admodiatarii Chavane, Patri, Cochonis et Marlii confitentur debere dicto Petrimando de Malodumo iiiij<sup>c</sup> xix ff., solvendo terminis in admodiacione comprehensis, cui derogare non intendunt, cum promissionibus, submissionibus et renunciationibus oportunis, presentibus quibus supra. ||

(62) *Veneris prima februarii.*

Quatuor sindici; — Braseti, Cavucini, Paquet, Planis, Pe. Orsieres, B. Dorieres, de Sancto Michaele.

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario ut solvat Thome Regis et Pensabini, et consortibus, qui renunciaverunt admodiacioni introgii bossetorum, lx ff., videlicet, de eorum consensu, Pensabini x ff. et

Thome Regis ac consortibus quinquaginta ff., eis conventos pro renunciatione per eos facta. — (*Letum est pro utroque.*)

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario ut solvat n. Lyonardo Aquineaz iiiij<sup>or</sup> ff., quos pridem tradidit Petro Oliverii pro ejus pena et laboribus quando fuit destinatus Pedemoncium ad r. dominum nostrum. — (*Letum est.*)

*Die Dominico tercia februarii*, in claustro ecclesie cathedralis, in consilio generali ad sonum grosse campane et convocatis :

H. Emerici, B. de Sancto Michaele, Jo. de Cresto, Franciscus de Fogia, Jo. Marlii, Jo. Calabri, Thomas Regis, Guillelmus de Laz Doy, Humbertus Ricouz, Glaudius Canalis, Jo. de Fontana, Jo. Jacodi, Nicolaus Pillet, Roletus Puensignion, Roletus de Vigniez, Guillelmus de Cruce, Pillet, Jo. Bufflet, Ja. Nepotis, Nycolaus Gentilis, Pe. Artaux, Glaudius Pensabini, Jo. Grossi, Jo. Papellerii, Ja. de Alamanis, Paquet, Lyonardi, Cavucini, G. Vuchardi, Guillelmus Curt, Pe. Prepositi, Hugo Vallerii, Pe. Conreouz, Ste. Ligonis, Jo. Ruffi, Jo. Bertodi, Jo. Charavex, de Bello Exerto, Glaudius Chardonis, Anthonius Peccolat, Hugon. Fuserii, Glaudius Bous, Jo. Fornerii, Andreas Puthodi, Hugon. Bolens, Ny. Janini, Pe. Arlo, n. Pe. de Pesmes, Bar. Chivanderii, Pe. Frochet, Ansermetus Joly, Pe. Gabet, Pe. Falqueti, Colinet, Braseti, H. Ponte, Hugo Boulardi, Henricus de Nanto, B. Dorieres, Rolandus Boni, Pe. Grassier, Roletus Sonnerii, Glaudius Monitier, Pe. Mantillion, Jo. Macri, Glaudius Berardi, Jo. Vuarnuz, Glaudius Brecolens, Pe. Mallieti, Jo. Albi, Glaudius Bessonnet, Glaudius Faguey, Franciscus de Fossis, Andreas Jordani, Franciscus Medici, Nycodus Armandi, Ludovicus Reymondi, Bernardus Vernaz, Aymonetus Comitit, Pe. Luguz, Guillelmus Bocardi, Jo. Focquerii, Andreas Gervasii, Pe. Balli, Ludovicus Ravonelli, Oliverius Chapuysii, Jo. de Lyon, Pe. Viougier, (Jo. Jacodi,) Franciscus Marchiandi, Ste. Folliosii, Georgius Patri, Glaudius Rolandi, Pe. Flory, Jo. Mochet, Jo. Magnini, cum pluribus aliis.

(63) *Ibidem*, emissis votis et vocibus pro majori opignione, fuerunt electi et creati ac constituti sindici nobiles et egregii Petrus de Nanto, Guigo Prepositi, Michael Lingocti et Petrus Gacheti, licet n. Glaudius Gavid plures habuerit voces quam dictus Gacheti ac tamen, propter constitutionem factam anno preterito in consilio generali quod nullus



admicteretur syndicus nisi de quatenio in quatenium, fuit dictus Petrus Gacheti loco dicti Gavid admissus, qui post dictum Gavid plures habuit voces.

Et fuit factum editum quod abinde, singulis annis, syndici remoti teneantur reddere computum in manibus novorum syndicorum prima septimana post creacionem eorumdem, assistentibus secretario qui pro tempore fuerit et duobus aliis probis semper eligendis die creationis syndicorum. Et pro audiendo computo syndicorum preteritorum deputantur Paquet et Ponte.

*Die Lune quarta februarii*, iterum congregato consilio generali ad sonum campane in claustro ecclesie cathedralis, ad eo quia n. Michael Lingocti refutavit acceptare syndicatam.

Et congregata multitudine populi, unanimiter et una voce elegerunt dictum n. Michaellem Lingocti insequendo electionem heri factam, nemine discrepante et ipsum fore compellendum ad acceptandum. Qui n. Michael dixit se nolle acceptare ne despliceat matri, tamen se obtulit soluturum penam, si que fuerit statuta, contradictoribus; et sic omnes recesserunt.

Fuit dictum quod fiant cride ne porci discurrant per civitatem propter fetorem.

*Die Martis quinta februarii*, in Domo ville congregatis: G. Prepositi, P. Nanto, P. Gachet, consindici.

Quiquidem d. consindici, insequendo tenorem consilii generalis, fecerunt omnimodam instanciam erga d. vicarium ut compelleret n. Michaellem Lingot ad acceptandum electionem factam; qui d. vicarius eum assignari mandavit in domo episcopali etc., sed idem n. Michael insistendo exceptionibus suis semper renuit acceptare.

Quod videntes d. consindici elegerunt consilium ut sequitur: per Prepositi fuerunt electi Jo. Planis, Jo. Bueti, Lyonardi, G. de Borjali; per Nanto electi videlicet Braseti, Paquet, H. Ponte, G. de Crosa; per Gachet fuerunt electi G. Gavid, Ste. Peccolat, Jo. Grossi.

Additis communiter n. Pe. de Pesmes domino de Brandis et Henrico Emerici.

Gavid, Planis, Lyonardi, Bueti, Grossi, de Borjali prestiterunt iuramenta solita.

*Die Mercuri vj februarii.*

N. Pe. de Pesmes dominus de Brandis, Jo. Lunes, Braseti, Paquet, H. Ponte prestiterunt iuramenta solita.

(64) *Dicta die Mercuri vj februarii.*

Prepositi, P. Nanto, Gachet, consindici; — n. Pe. de Pesmes, Gavid, Aquineaz, Braseti, Lunes, Lyonardi, Paquet, Jo. Grossi, Vaudo, Porralis, Planis, H. Ponte, Bueti.

Quia Petrus Regis conquestus fuit de insulto et invasione sibi et in domo Veneris proxime lapsa factis, requisit provideri; fuit conclusum quod d. syndici recurrant ad d. vicarium requirentes justiciam ministrari et servetur franchisesia in capitulo lxxvj descripta.

De porcis fiant cride quod non vadant per civitatem et remictatur pena vigilibus.

Quia Douris nova fecit fossalia in prejudicium civitatis, visitetur locus cum expertis et, si sit in prejudicium, non permittantur fieri.

De facto d. consindici Michaelis Lingot, fiat omnimoda instanciam erga d. vicarium ut acceptet et ad hoc compellatur rigide.

*Veneris octava februarii.*

Quatuor syndici; — Braseti, Lyonardi, Bueti, Grossi, Vaudo, Malliard, Planis, B. de Sancto Michaelle.

De novo fossali beverie Douris habita conferencia cum Amedeo Manaz non esse prejud[ic]iabile dummodo non fiant aliquae fichie econtra aquam Areris, et sic, donec alia fierent nova, supersedeatur.

Iterum recurrant d. syndici ad d. vicarium instando ut justicia ministraretur de rumorosis et insultantes cives et burgenses.

Committitur n. Girardo de Vaudo policia mendicantium et coquinorum expellendi, per triennium, et detur unus burgensis pro pena.

Fiant proclamata quod vacuentur portus Lacus et quod nemo apponat fymos contra muros civitatis et, si qui fuerint appositi, tollantur infra triduum.

(65) *Martis xija februarii.*

Quatuor syndici; — Porrallis, H. Emerici, Lunes, Braseti, Paquet, Vaudo, Planis, B. Sancto Michaelae, de Borjali.

(*Donum.*) — Fiat donum fratri domino nostro Gebenn. episcopo videlicet sex faces, sex boetas dragete, tres potos malvatici et tres ypo-cratis.

De detento consulantur periti et procedatur contra eum per ordinem juris servata franchisesia.

Fiat scola et edificium ubi alias fuit.

De novo edificio Fratrum Minorum ratione occupationis platee predicacionis visitent d. syndici et non permittant fieri occupationem.

*Martis xix februarii.*

Quatuor syndici; — Emerici, Vaudo, Braseti, Lyonardi, Paquet, Bueti, Jo. Grossi, Planis, B. Sancto Michaelae, de Borjali.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Dominico Sallati, apothecario, de libratis anno lapso, super rotulo de summa lxxv ff. iij g. vj d., visitato, lecto et signato per Paqueti.

De muliere mortua in carreria de Bolo vadant d. syndici ad d. vicarium quod vocet vicarium Marie Magdalenes et inhumari faciat dictam mulierem.

Fiant proclamata quod mendicantes vacuent civitatem et quod non receptentur in hospitalibus nisi una nocte cum uno die duntaxat.

De Jeronimo Charmoys qui petit liij ff. x g., exhibeat jura sua et visis, si civitas teneatur, satisfaciet, et si de Mara debeat, satisfaciat.

De custodia portarum civitatis, tendantur cathene ante portas et vocentur desinari, quibus vocatis instruantur ut sint semper super eorum custodia et advertant ejus subdictos.

Non permittant d. syndici fieri capellam in conventu Fratrum Minorum, sed semper cum d. vicario resistenciam faciant.

Deputantur visitatores piscium Johannes Bufflet et Anthonius Millanesii, qui veniant juraturi de fidelitate et probitate etc.

Super moneta extranea servetur franchisesia videlicet capitulum lxvij<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Cet article des *Franchises* est ainsi conçu: « Item quod dicti cives, burgenses et incole civitatis predictae non teneantur in dicta civitate nec bannis ejusdem monetam novam alicujus principis seu domini recipere, nec quo-

(66) *Veneris xxij februarii.*

Quatuor syndici; — Braseti, Jo. Grossi, Lyonardi, Planis, Vaudo, de Sancto Michaelae.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat relicte Chamberet duos florenos p. p., pro dampno illato in ejus curtali quando muri civitatis ceciderunt, etiam pro certis lapidibus per eam civitati remissis. — (*Letum est.*)

Fiant cride, sicut in rotulo, de mendicantibus, occiosis, lenonibus, ut absentent.

De aquis immondis non proicendis in carreriis publicis de die sive de nocte.

De vacuacione platearum communium et portus Lacus ac tollendis scagnis Molaris.

De meretricibus ut accedant ad loca deputata aut absentent.

De non ludendis libis sive gatelletis prohibiendo sive percuciendo.

De vendentibus panem in domo et non in plateis publicis.

Non recipiant hospites extraneos sine notificacione justicie.

De blaphemis Dei et sanctorum, sub pena colaris.

Non locentur domus in carreriis honestis meretricibus etc.

(*Martis.*) — De lictera missiva magistri computorum remittitur ad Martis.

Etiam de processione requirenda tribus diebus in futuris Quartis Temporibus occasione morbi epidemie et pacis.

*Martis xxvj februarii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Gavid, Braseti, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Vaudo, de Sancto Michaelae, H. Ponte.

Requiretur processio pro tribus diebus istis Quartis Temporibus.

De lictera missiva d. presidentis computorum, ex quo non est nominatus, non rescribatur pro nunc.

Fuit admissus consilliarius egregius Petrus Leverii, qui prestitit juramentum fidelitatis ut moris est.

libet modo uti in mercandiis, nisi talis esset moneta que facta esset et legitime per nos capitulum et universitatem dicte civitatis approbata». Retranché par Félix V en 1444, il fut néanmoins maintenu dans la traduction faite par Michel Montyon en 1455. — Voir Ed. Mallet dans M. D. G., t. II, p. 285, 301 et 304.



Qui Levrierii peciit sibi satisfieri de pecuniis quas habet super domo de Fogia, aut membrum sibi per filios de Fogia venditum restitui; fuit conclusum quod de precio domus de proximo vendende sibi fiat satisfactio.

Pariter de dampnis sibi illatis per Cholex et ejus complices, requisit sibi favores et auxilium prestari, etiam contra heredes Ruppis, alioquin protestatur de suis dampnis et interesse contra civitatem. Super quo fuit conclusum quod prestentur favores possibiles quoad Cholex et filios Ruppis, expensis tamen ipsius Levrierii ut alias fuit conclusum.

De alecis corruptis iterum visitentur, adjunctis Guillelmo Joly, Glaudio Philippi cum jam deputatis, et si comperiantur corrupti et caduci comburantur.

De facto domini nostri, lectis capitulis per eum missis dominis de ejus consilio scripto, et quia male et contra rei veritatem fuit informatus, consulantur periti, deinde eliguntur destinandi ad eum, videlicet Aquineaz et Planis; et habita conferentia cum d. doctoribus quod fuit consultum fiat.

(67) *Dicta die post meridiem.*

Prepositi, Lingot, Gachet, consindici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Bueti, Grossi, Paquet, Braseti, de Sancto Michaeli, Malliard.

Super capitulis rescriptis per dominum nostrum occasione macelli et linguarum necnon fichiarum amotarum, colligantur jura, videlicet franchesia, emptio communium et protestaciones ac requisitiones facte, et collectis consulantur; et interim respondeant dominis de consilio episcopali quod ipsi nollent quovismodo contendere cum domino nostro, actamen quod ipsi petent jurisperitos cum quibus conferentiam habebunt, et facient domino nostro uti boni et fideles subdicti.

*Veneris prima marcii.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Braseti, Planis, Paquet.

Johannes Bonijohannis, textor, contentus est recipere Monetum, filium Francesie, filie Mermeti Buctini, per eandem sibi donatum et quem nutriri faciebat procurator Omnium Animarum hujus civitatis, ita quod eidem datur unus florenus pro supportacione onerum; et de eis dantur testimoniales dicto procuratori Animarum.

*Martis quinta marcii.*

Quatuor sindici; — n. Pe. de Pesmes, Braseti, Lunes, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Vaudo, de Sancto Michaeli, de Borjali, Ponte.

Francesia, filia Jani de Campo, promisit satisfacere Stephanete, uxori Henrici Langini, de nutrimento sue filie pro tribus mensibus ad ordinationem d. sindicorum.

Domini sindici preceperunt Guillelmo Richardet ut fieri faciat pavementum ante ejus grangiam in burgo Sancti Gervasii, insequendo pavementum egregii Jo. de Planis.

De crida, si bene solvat, servetur admodiatio per tempus trium annorum de quibus preteriit unus.

Respectu aque venne Douris visitetur et refferant d. sindici facta visitacione.

De domo de Fogia, locentur membra nomine civitatis vacua, ut continuetur possessio.

Committitur Ponte et Paquet ut provideant de duobus hominibus ad subveniendum pestiferis in hospitali.

Lectis lictera et juris allegacionibus factis per dominum Velluti, ratione fichie, narretur tenor dominis de consilio episcopali et non juris allegaciones, et quod rescribant domino nostro secundum tenorem lictere.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum relicte Cortagerii ut solvat eidem thesaurarius xiiij ff., pro nonnullis penis et laboribus per ejus quondam virum pro civitate habitis. — (*Non levatum est.*)

(68) (*Mandatum. — Bonbarderii.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Nicolao Soleystat, bombarderio, pro uno anno hodie incipiendo, videlicet viginti florenos pro ejus stipendiis visitando artillieriam. — (*Levatum fuit sub data xj marcii 1494 inferius.*)

(*Martis.*) — De reparatione viarum de Lamandollier et de Bougeriis visitentur et refferendum Martis.

De detento consulatur adhuc unus doctor, et servetur major opinio d. doctorum videlicet dominorum Jo. Regis et Saxo.

*Die Veneris viija marcii.* — Prepositi, Nanto, Gachet, consindici; — Aquineaz, Lunes, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Ponte.

Cergat, Boulardi, Minquent, Arnollet et Jo. Conreouz conquesti fuerunt de latrinis existentibus in doya communi inter domos n. Glaudii Gavid et illorum de Genvillaz, que latrine inficiunt totam careriam et meantes per eam, quare supplicarunt visitari et tolli, et de hiis licteras testimoniales; fuit conclusum quod visitentur, et si in prejudicium tollantur.

De reparatione viarum de Lamandollier et Bougeriarum vocentur possessores rerum coherencium viis reparandis, quibus precipiatur quod reparent unus quisque econtra ejus possessionem.

Ratione viginti quinque florenorum legatorum per Johannem Martini hospitali pestiferorum, pro subvencione infirmorum et percussorum morbo, commictitur Ponte et Lunes ut instent erga Braseti quod procuret erga relictam ut expediat dictos xxii v ff., non obstante causa discussionis, cum sit opus pium.

De facto domini nostri ratione fichiarum et banchagiorum, remittitur ad Martis nec permittatur imposicio lingarum.

Expellatur de Fogia a domo et locetur nomine civitatis aut vendatur plus offerenti.

Vacuentur domus infecte morbo epidemye.

*Die Sabati nona marcii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Braseti, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Vaudo.

De Francisco de Belo dicto Sanctouz, detento, insequendo deliberationem consilii Martis ultima tenti acque opinionem d. doctorum, videlicet Regis, Saxo, Millieti et de Veyriaco, condempnetur ad mortem, videlicet laqueo suspendendum, ita quod anima a corpore separetur.

(69) *Martis xija marcii.*

Prepositi, Nanto, Gachet, consindici; — n. Pe. de Pesmes, Gavid, Braseti, Lunes, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaele.

De deffensione aque Areris econtra Bertodum Gaux, Johannes Tissocci, Anthonius Bertodi, Petrus Fabri et Gladius de Passier protestantur contra eundem Bertodum de dampnis, injuria et interesse, casu quo, occasione ipsius Bertodi non deffendentis aquam, aliquod dampnum

eis eveniet, requirentes d. sindicis ut compellant ad deffendendum. Fuit ita conclusum quod compellatur ad deffendendum aquam econtra ejus possessionem.

De latrinis existentibus inter domos n. Glaudii Gavid et illorum de Genvillaz, visitatis per d. sindicos cum quodam lavatorio, tollantur sive cancellentur, et mondetur carreria.

Ratione n. Roleti de Pesmes, domini sindici obvient pro posse etiam per instanciam erga d. vicarium ne vadat ad bellum pro auxilio regis Romanorum, cum istud posset cedere in prejudicium civitatis ratione regis Francie. Super quo d. de Brandis protestatus fuit quod, si vadat, istud facit contra ejus voluntatem et consensum, cum obviare voluit totis viribus.

De facto domini Terrallium visitent d. sindici cum bono numero consilliariorum, nec permittant quovismodo aliquid edificari super communi, cum non possit fieri sine consilio generali.

De facto domini nostri occasione fichiarum, banchagiorum et linguarum ac super omnibus agendis cum eodem iterum requirant domini sindici dominum vicarium et consilium episcopale ut congregentur in domo d. cantoris, requirantque dominos de capitulo ut velint deputare tres aut quatuor ad consulendum que via tenenda est cum prefato domino nostro super omnibus.

*Veneris xv marcii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Gavid, Levrier, Lunes, Lyonardi, Paquet, Planis, Vaudo.

De facto domini nostri ratione fichie, macelli et linguarum, insequendo deliberationem consilii tenti in domo r. p. d. cantoris Mercuri lapsa, in quo fuerunt congregati domini vicarius, officialis, magister hospicii, r. d. cantor, domini Farodi, Penneti, Monodi, Goyeti, necnon dominus de Brandis, Levrier, Braseti, Planis, cum tribus dominis sindicis supra scriptis, quod super differencia inter dominum nostrum et civitatem eligerentur pro parte cujuslibet duo doctores qui refferre haberent de juribus cujuslibet partis. Super quibus fuit conclusum quod eligantur duo parte civitatis, et fuerunt electi domini Pe. Millieti, Anselmus Velluti, nec pandantur per quemquam donec fuerint vocati, quibus exhibeantur omnia jura et scribant in jure eorum opignionem ac refferant nec possint in aliquo concludere.



De quodam bosseto vini intrato per d. Stephanum Gati, excreto in ejus vinea, pro ejus potu, non solvat introgium casu quo non vendat.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut expediat Jacobo Paqueti, ad reparandum caminum hospitalis pontis Rodagni, de carronibus civitatis id quod fuerit oportunum ad sufficienciam.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut reparari faciat deffensionem aque Areris econtra Berthodum Gaux expensis ejusdem Bertodi, pro quibus viriliter compellatur idem Berthodus per bonorum suorum levacionem et capcionem persone etc.

Cancellentur latrine inter domum n. G. Gavid et de Genvillaz et mondetur carreria.

De reparacione viarum de Lamandollier et Bougeriarum, vocentur possessores rerum et precipiatur quod reparent et detur commissio duobus expertis.

(70) *Martis xix marcii.*

Nanto, Gachet; — Aquineaz, Gavid, Bueti, Grossi, Planis, Vaudo, Malliard, Ponte.

Recepta lictera missiva a domino Bovardi occasione ducentum ff. per eum petitorum, fuit conclusum quod detur responsio portitori quod investigabunt registra precessorum et facient quod in eis erit; et datur potestas Aquineaz tractandi si foret contentus modo quo dominus Lucingii contentatus est.

De domino Terrallium concluditur ut alias quod non alienetur commune.

(*Mandatum.*) — || De magistro Humberto Tissocti, perquirat Braseti tachium et videat si completum, et refferat, et tunc fiet mandatum.

— Quia complevit ut retulit Braseti, fiat mandatum. || — (*Letum est.*)

Quedam revenditrix piscium heri amovit piscem uxori Pe. de Arlo prenanti et prope partem jam in suo antistite repositum et emptum; ob quod fuit conclusum quod ducatur ad carceres et pugniatur sic quod ceteris cedat in exemplum, cum hoc sit contra franchisesiam.

Quia magister hospicii se jactavit et dixit dominis sindicis quod levaret linguas publice, fuit conclusum quod Jovis proxima d. sindici vadant ad consilium episcopale et requirant d. vicarium quod nichil novi fiat donec conclusum fuerit super materia domini nostri occasione

linguarum, et petant licteras testimoniales, quia non permictent quod leventur lingue in eternum, cum dies fori sit francha.

*Veneris xxija marcii.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Gavid, Paquet, Grossi, Bueti, Percivallus Peyrolerii, Planis, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaelae.

De facto domini nostri occasione fichiarum concluditur quod d. sindici, assistentibus Gavid, Aquineaz et Planis, vadant ad dominos Pe. Millieti et Velluti cum juribus et informet eos, deinde rescribant si demeruerint tolli permictendo fichias vel ne, et super isto puncto duntaxat.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario ut solvat magistro Humberto Tissocti super rotulo videlicet v ff. v g., pro resta camini aule nove Domus ville sub data Martis lapsa. — (*Fuit letum.*)

Quia dominus vicarius alamanus est recessurus, requirant eum discrete d. sindici assistentibus aliquibus consilliaris ut perficiat tempus suum usque ad festum sancti Michaelis, citra tamen aliqualem conventionem sive promissionem.

(*Admissio consilliaris.*) — Honorabilis Percivallus Peyrolerii admittitur consillarius, qui prestitit juramentum fidelitatis et neccessarium in forma.

Quia dominus de Mons mutavit propositum constructionis sue capelle ad locum Sancti Bernardini, accedant d. sindici et visitent nec permictant nisi quathenus ad decorationem ecclesie et civitatis.

Quia filia Georgii Pinerii duxit in virum quendam chapellerium fuit conclusum quod fiat burgensis gratis de amore et intuitu pietatis.

Datur potestas Jo. de Lunes et thesaurario ac cuilibet insolidum reparari faciendi actillieriam, videlicet tres magnas pecias existentes in ala ac verniciari etc.

(71) *Martis xxvj marcii.*

Quatuor sindici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Percivallus Peyrolerii, Paquet, Lyonardi, Bueti, Lunes, Planis, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaelae.

(*Locacio.*) — Domini sindici nomine communitatis locant Aymoni Pascalis, barbitonsori, burgensi Gebenn., presenti etc., videlicet appo-

thecam domus de Fogia a parte Levrerii et cameram subtus aulam posteriorem dicte domus, spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, sub firma sex florenorum p. p. solvendorum secundum bonos usus etc., promictentes manutenere et solvere etc., submicentes etc., renunciantes etc. Actum in aula nova Domus etc., presentibus Gallatini et consillariis etc.

Et nota quod thesaurarius tenetur computare de tempore preterito per eum exacto a dicto locatario etc.

Ibidem Jacobus Paqueti restituit in Domo ville bullam apostolicam confirmationis Arenariarum per dominum Auxitanensem civitati remisarum<sup>1</sup>.

De hiis qui acceperunt communia civitatis, vocentur et terminentur communia et reparent ac restituant communia; si vero fuerint rebelles puniantur per justiciam; limitatores vocentur videlicet Patri, Chavane, Arlo.

De facto domini nostri occasione fichiarum cras veniet d. Pe. Millieti et cognoscatur in jure per deputatos si civitas offenderit, ante aliqualem conclusionem, et facta declaratione postmodum tractabitur cum domino nostro super omnibus et mictetur ad eum pro informacione omnimoda.

De capella construenda per dominum de Mons in capella et conventu Fratrum Minorum, visitet dominus vicarius cum officiariis videlicet procuratore fiscali, officiali, iudice etc.

*Veneris xxix marcii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Lunes, Percivallus Peyrolerii, Lyonardi, Paquet, Planis, Vaudo, Malliard.

(*Borgesia.*) — Johannes Bertrandi alias de Turre, de Vienna, habitator Gebenn., admittitur burgensis pro octo ff. pro omnibus, qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Quiquidem Johannes Bertrandi admissus familliaris vicedompnatus juravit franchisesias.

De stipendiis dominorum doctorum, videlicet Millieti et Velluti, scribant juris allegaciones super amocione fichiarum et inde secundum laborem eis satisfiet et que juris allegaciones serventur in evum.

<sup>1</sup> Bulle du 15 avril 1488. P. H., n° 757. — Voir R. C., t. IV, p. 234, 263, 322, 330.

Super declaratione fichiarum heri in consilio episcopali in domo d. Andree de Malvenda, ipso presente ac d. Amblardo Goyeti, parte domini nostri deputatis, necnon d. Pe. Millieti et Anselmus Velluti, parte civitatis, unacum domino de Brandis, d. Pe. Grueti, Pe. Farodi, d. Jo. Ballistarii vicario, Dominico de Viriaco, magistro hospicii, Braseti, Planis, Levrerii, A. de Tulia et me cum d. sindicis; qui d. sindici requisierunt instantissime fieri declarationem super amocione fichiarum si sit offensio vel ne, et de hiis concessi testimoniales. Tandem habitis multis altercacionibus, d. cantor, de consensu d. vicarii et aliorum de consilio, dixit quod sibi bonum videbatur quod aliquo medio tractaretur cum domino nostro super fichiis et aliis, videlicet officialatu et banchis macelli; cui d. sindici responderunt non ad hoc habere potestatem donec tento consilio eorum.

Super quibus hodie in consilio ordinario in Domo ville fuit conclusum quod d. sindici dent onus tractandi dominis doctoribus, videlicet Pe. Millieti et Velluti, videlicet quod fiat hic declaracio nunquam debere fieri fichias in aqua Areris per dominum nostrum et successores, et fiat ordinacio super hiis in scriptis, tandem super emolumentis banchorum macelli ut in instructionibus dominus percipiat duas partes et civitas terciam partem, et non imponatur novum vectigar lingarum, et restituat curiam; et hoc medio dabuntur iiiijc ff. ut conventum fuit secundum instructiones datas de Furno, ejus secretario.

(72) *Martis secunda aprilis.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Gavid, Levrerii, Lunes, Peyrolerii, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaele.

De lictera missiva illu. domini Breysie, occasione Petri Neyriz, conclusum fuit quod domini refferant in consilio episcopali cum exhibitione lictere et supplicacionis, et rescribatur eidem, tam domini de consilio episcopali quam civitas, sub una substancia.

Fiat responsio servitori domini Bovardi quod, si fuerit facta aliqua convencio, fuit cum causa que non habuit locum, et sic convencio cessat.

De detentis occasione insulti nocte patrati compeditentur et fiat bona justicia ut ceteris cedat in exemplum.



Quia magister hospicii se jactavit quod levaret et levare faceret lingas, vadant d. sindici ad d. vicarium et etiam ad magistrum hospicii, et requirant ne infringat libertatem antiquissimam, et petant testimoniales donec cognito.

Non apponat Nantua aliquod impedimentum in cursu aque Areris.

De macellariis remaneamus in nostro esse.

De capitulis super responsione domini nostri fiat ut descriptum est in capitulis per dominum Anselmum Velluti factis.

Glaudius de Bussin, de Viviaco, marescallus, conqueritur quod, die Dominica lapsa fuerunt xv dies, ipso existente in platea Sancti Gervasii ultra pontem, ad eum venit Franciscus de Moneta et eum vulneravit in spatula acriter sine causa, quare supplicavit etc.

Quia Petrus de Velles fuit compertus nocte lapsa in stuphis cum una ribalda, fuit conclusum quod pro penitencia remaneat in carceribus usque Sabbati proximam cum pane et aqua.

*Die Mercuri tercia aprilis.*

Prepositi, Nanto, Gachet.

(*Vigil.*) — Prefati d. sindici admiserunt et receperunt in vigillum Guillelmum Bocardi, condurerium, loco Johannis Jallouz, fornerii, qui de nichillo serviebat, et qui Bocardi prestitit juramentum fidelitatis et oportunum circa talia etc.

*Die Jovis quarta aprilis.*

Prepositi, Nanto, Gachet.

Aquineaz, Levrier, Peyrolier, Paquet, Grossi, Planis, Malliard, de Sancto Michaeli.

Recepta una lictera missa parte domini Breysie in favorem domini Viriaci ut eidem prestantur favores occasione conventus Coppeti, fuit conclusum quod d. sindici respondeant se non (se) immiscere de facto ecclesie sed remictant ad d. vicarium qui est superior; quoad vero personam domini Viriaci, quod facerent omnia possibilia.

Remaneat Petrus de Velles in carceribus usque ad Sabbati proximam secundum conclusionem Martis factam.

(*Borgesia.*) — Stephanus Le Ga, de Troya in Champagnia, macellarius, admictitur burgensis pro octo florenis, qui prestitit juramentum neces-

sarium, cui datur licencia erigendi unum banchum in Longamala. — (*Letum est.*)

(73) *Martis ix aprilis.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Levrier, Paquet, Grossi, Lyonardi, Planis, Vaudo, P. Balli, Malliard, de Sancto Michaeli.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut expediat fratri predicatori, qui ista Quadragesima nuperrime lapsa predicavit in conventu Fratrum Predicatorum, in rependum pene et laboris, videlicet duodecim florenos.

Occasione domini nostri, ratione officialatus, fichiarum et banchagiorum, fiant instructiones secundum capitula scripta per d. Anselmum Velluti cum lictera missiva, et allocantur d. sindici magistrum hospicii si velit assumere onus defferendi, et si velit ei tradantur instructiones et lictera; si nolit mictatur unus alius cum eo, videlicet Aquineaz.

De Macheret fiat justitia non obstantibus quibuscumque requisitionibus, maxime domini bastardi Breysie, cum d. sindici non possint remictere neque indulgere, sed dominus noster princeps<sup>1</sup>.

*Die Jovis xj aprilis.*

iiii<sup>or</sup> sindici; — Aquineaz, Levrier, Lunes, Peyrolier, Paquet, Lyonardi, Malliard.

Fuit conclusum ex quo magister hospicii noluit assumere onus in se tractandi erga dominum nostrum, quod Aquineaz vadat ad dominum nostrum cum instructionibus et lictera missiva, qui contentus hoc facere convenit cum ejus servitore.

*Veneris xij<sup>a</sup> aprilis.*

Quatuor sindici; — n. Pe. de Pesmes, A. Douris, Lunes, Peyrolier, Paquet, Buetti, Novelli, Jo. Grossi, Monetus Sonnerii, Colinus Chicand, Jo. Navetaz, Lyonardi, Pe. Navis, Jo. Bernardi, Nicodus Mistralis, Aquineaz, Planis, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, H. Ponte, Jo. Luppi, Marqueto Tonneaux, G. de Castronovo, H. Fontaneis, H. Boconis, Perrinus de Mara, Pe. de Joex, Martino Bellot.

<sup>1</sup> Voir Arch. de Genève, *Procès criminels*, II<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 19.

(*Locacio.*) — D. sindici, nomine communitatis locaverunt Girardo Vualuffini, notario, presenti etc., videlicet stupham, coquinam et cameram domus anterioris que fuit de Fogia, spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, sub firma quatuor florenorum cum dimidio, solvendorum secundum bonos usus hujus civitatis, promictentes hinc inde manutenere et solvere etc.; in aula nova Domus communis, presentibus Chivanderii, Novelli, Jo. Grossi, testibus.

Ratione mictendi ad r. dominum nostrum, lectis instructionibus et illis gratis habitis<sup>1</sup>, electo unanimiter Aquineaz quem convenerunt una voce preservare indempnem ratione ambassiate, excepto Colino Chicand qui solus premissis non consencit.

Recepta lictera missiva a domino Breysie per Macheret presentata.

(74) *Martis xvja aprilis.*

Quatuor sindici; — Porrallis, Lyonardi, Paqueti, Bueti, Grossi, Planis, Vaudo, Ponte, de Sancto Michaele.

(*Mandatum.*) — Mandatur intrari thesaurario super rotulo viso et lecto in consilio ac signato per Paquet, videlicet pro summa lxxx ij ff. j g. vij d. — (*Letum est.*)

De laudimiis fiendis compellantur rigide ad se laudandum, alioquin agatur ad commissum et vocetur Braseti ut instet.

De domino de Mons volens augere ejus capellam super communi, non permictatur, cum non possit fieri sine consilio generali.

Occasione Francisci de Moneta detento, supersedeatur usque Sabati contemplacione domini nostri, cujus, ut asseritur, est affinis.

*Veneris xix aprilis.*

Quatuor sindici; — Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Vaudo, Malliard.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Petro Choquiardi, carronerio, pro mille sexcentum et quinquaginta carronibus, videlicet sex ff. vij g. vj d., implicatis in camyno hospitalis pontis Rodagni, ultra duo milliaria in eodem epicotorio implicata, et que fuerunt deducta eidem pro termino festi beati Michaelis proxime futuri. — (*Letum est.*)

<sup>1</sup> Archives de Genève, P. H., n° 785.

Quia Oliverius, vigil, est impotens una manu, provideatur de alio loco ipsius hinc ad festum Nativitatis beati Jo. Baptiste.

Non reponantur immundicies sive fimum in platea ante curtile d. sindici Prepositi, sed servetur munda et fiat pavimentum ubi est expediens.

De domino Terrallium edificet super ejus muro et non ampliet super commune.

De hospitibus Ensis et Bordoni existentibus supra pontem Rodagni, vocentur domini domus et vacuari faciant, cum periculum sit in mora, et super hiis allocatur d. vicarius.

Visitetur domus relicte Anthonii Fabri cum minetur ruynam, et commictitur visitacio Machardi, Jacobo Quibleti et lathomo operanti in domo domine de Arlo.

De Georgio Gueydon et ejus uxore allocatur dominus officialis quod revocet monicionem in quantum concernit eos qui eosdem vacuari fecerunt ratione morbi.

(75) *Martis xxiiia aprilis.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Porrallis, Crosa, Lunes, Peyrolier, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Vaudo, Malliard, de Ponte.

De Georgio Gueydon et ejus uxore quia vicini conquesti fuerunt, expellantur a carreria.

De Francisco de Moneta, detento, requiratur et formetur processus procedendo viridice.

Recepta lictera missiva credencie a domino Breysie occasione Macheret, detenti, mictatur unus, videlicet Gachet, cum rotulo delictorum et eum informet.

Commictitur visitoribus viarum deputatis, videlicet Chavane et Arlo et aliis, ut visitent locum de Jargonant.

Post prandium trahatur una vice quedam pecia actillierie noviter per magistrum reparata ad temptandum etc.

Quia in hospitali Sancti Bernardi est quedam filia percussa morbo epidemie, claudatur hospitale et vacuetur.

*Veneris xxvj aprilis.*

Quatuor sindici; — Braseti, Paquet, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaele.



(*Cride.*) — Fiant cride de fimis, aquis immundis, mendicantibus et occiosis, de morboris extraneis quod non veniant, de coreis, menchiis et stuphis non fiendis, et super omnibus alloquatur d. vicarius.

De Frechet detento et cujus tibia est lesa ratione torture, repetatur et eum mederi faciat castellanus si velit.

De forrerio domini Breyssie vadant d. syndici cum eo ad habendum hospicia, graciose cum burgensibus agendo.

Quia nonnulli Alamani jam hic multo tempore manserunt procedatur contra eos medio meliori, et habeant consilium cum domino de Malvenda et refferant d. vicario, et interim videatur si sit bonum quod demonstratur domino Breyssie.

Fiat donum domino Breyssie, videlicet malvatici et ypocratis.

(*Borgesia.*) — Johannes Gardet, de Clarofonte, patisserius, habitator Gebenn., admittitur burgensis pro octo florenis et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(76) *Supradicta die*, hora septima de sero.

Prepositi, Nanto, Gachet; — Gavid, Porrallis, Peyrolier, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Braseti, Planis, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli.

Quia fuerunt presentate due amphore sive cymeysie malvatici et ypocrati illu. d. Breyssie per Planis de precepto d. sindicorum nomine communitatis, quas licet receperit remandavit per vigilles, ad eo quia de lictera missiva ratione Macheret non fuit data responsio, concluditur quod allocatur d. cantor et deinde d. vicarius de modo reconciliandi, quod et fecerunt illico d. syndici prenominati. Et in crastinum mane allocatur magister hospicii Candiaz de modo tractandi.

*Die Sabati xxvij aprilis.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Levrier, Braseti, Peyrolier, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo.

Quibus existentibus in consilio fuerunt exhibite lictere per d. A. Gueti vicarium decrete, hodie date, per Viennoys signate, per quas ad instanciam illu. domini Breyssie mandabat d. sindicis et vicedompno seu ejus locumtenenti remicti Macheret d. procuratori fiscali, causam ejus delicti ad se advocando; quibus lectis fuit conclusum quod actentis

instanciis remicteretur, parendo mandato, quod illico sine mora d. syndici accesserunt ad castrum Insule et remiserunt ac d. vicedompnus et locumtenens dictum Macheret egregio Levrierii, qui confessus fuit habuisse; et recepit licteras testimoniales egregius G. de Crosa, presentibus Navis, Roberto de Leaz et pluribus aliis.

Et fuit conclusum quod iterum remandetur donum dicto domino Breyssie, malvaticum et ypocratum.

*Die dominica xxviii<sup>a</sup> aprilis.*

Prepositi, Gachet; — Gavid, Levrier, Porrallis, Lunes, Bueti, Lyonardi, Grossi, Crosa, Malliard, Pontè, de Borjali.

(*Donum.*) — Ad pacificandum iram domini Breyssie ad eo quod non fuit sibi data responsio lictere missive occasione Macheret, fuit conclusum quod detur unus bossetus parvus malvatici sive carrate ad mictendum domine Breyssie.

(77) *Martis ultima aprilis.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Gavid, Crosa, Braseti, Lunes, Peyrolier, Lyonardi, Paquet, Planis, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, de Ponte, Bueti, Grossi.

(*Borgesia.*) — Johannes filius quondam Johannis Carteronis, de Bernex, habitatoris Gebenn. parrochie Sancti Leodegarii, admittitur burgensis pro octo florenis et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Recepta lictera credencia r. domini nostri per Aquineaz cum expositione sue ambassiate tam fichiarum, officialis foranei et macellariorum; remisit dominus noster ad ejus adventum, videlicet per totum mensem proximum maii. Et usque ad ejus adventum nichil novi fiat occasione macellariorum, dummodo veniat per totum mensem maii, alioquin providebitur cum consilio.

(*Mandatum.*) — Fuit conclusum quod dentur Petro Vyougerii, servitori n. Aquineaz in ejus ambassiate, pro ejus pena, sex florenos quos mandatur thesaurario solvi.

De Petro Neyriz si velit facere ejus deffensiones, veniat facturus secundum formam juris, pede ligato et in carceribus.

De domino Cresti et domino Grangiarum non se immisceat civitas de eorum contencione et debato quovismodo.

Domini syndici allocantur dominos de capitulo et in consilio episcopali etc. super appositione precii in vendicione carniū et quamcicius.

(*Borgesia.*) — Johannes filius quondam Johannis Ruffi, de Sartouz parrochie Sancti Jullini, habitator Gebenn., parrochie Sancti Germani, admittitur burgensis pro octo florenis et prestitit juramentum. — (*Letum est.*)

(*Vigil.*) — Ipse idem Johannes Ruffi admittitur vigil loco Oliverii, qui prestitit juramentum solitum.

*Veneris tertia maii.*

Lingot, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Porrals, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Crosa, Braseti, Planis, Vaudo, Malliard.

(*Borgesia, gratis.*) — Petrus filius quondam Petri Boqueral, de Choulier parrochie Satigniāci, habitator Gebenn., chapellerius, parrochie Magdalenes, admittitur burgensis gratis ad eo quia duxit in uxorem filiam Pignerii. — (*Letum est.*)

Recepta lictera missiva a n. Anthonio de Rossillione, presidente computorum, respectu ducentum florenorum pro quibus alias rescripsit, fuit conclusum quod d. syndici vadant ad d. de Malvenda et eum requirant quod faciat responsionem portitori lictere: si d. Bovardi sit contentus pro centum ff. uti dominus Lucingii, quod sibi dabuntur, et si nolit, quod civitas non posset aliter agere sine consilio generali, actento quod convencio fuit facta cum causa que non habuit locum.

Super appositione precii carniū fuit conclusum quod amodo usque ad festum Nativitatis beati Johannis, carnes bovinales vendantur iij d. cum obolo, et mutonales v d. cum obolo; et a dicto festo usque ad festum sancti Andree, bovinales eodem precio et mutonales v d. tantum; a festo vero sancti Andree usque ad Carnisprivium, mutonales vj d. cum obolo et bovinales iiij d. Et super hiis vadant d. syndici ad dominos de capitulo et refferant ac audiant eorum opigniones, et si fuerit conclusum, super premissis fiat crida.

Subveniatur pestiferis in hospitali existentibus et fiat panis qui eis mictatur singulis septimanis, et requirantur domini de capitulo, actento quod non sit elemosina, quathenus dare velint de eorum frumento pro dicta subvencione.

(78) *Die Martis vija maii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Gavid, Levrier, Braseti, Lunes, Grossi, Paquet, Lyonardi, Planis, Vaudo, Malliard, Ponte, P. Balli, de Borjali, de Sancto Michaelē.

De abbacia et convivio fiendo ratione creandi novum abbatem, fiat convivium die Dominica xix maii more confratriarum, dummodo non superveniat major morbus epidemie, et legantur capitula que observentur ad punctum.

Respectu de Spada et aliorum qui insultum commiserunt contra d. syndicos et voluerunt invadere Domum ville ratione corearum, summantur informaciones et fiat justicia recto tramicte ut audacia aliorum coherceatur infuturum.

Audita responsione dominorum de capitulo, ad Martis sive Veneris proxima refferatur et apponatur precium in vendicione carniū cum moderatione.

*Veneris x maii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Porrals, Vaudo, Grossi, de Sancto Michaelē.

(*Borgesia.*) — Providus vir Johannes Goyffonis, notarius, parrochie Sancti Germani, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis pro omnibus, qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Michalletus Albi conqueritur quod abas, Ni. Rosetaz, G. Taconis et Velles eundem et Philibertum Cordier verberaverunt, ymo quod abas dicto Cordier dixit quod si ultra loqueretur de hujusmodi verbere malum sibi accideret; super quo d. syndici requirant in consilio episcopali ut justicia locum habeat.

(*Mandatū.*) — De hiis qui custodierunt tribus diebus portas civitatis tempore synodi, satisfiat eis ad rationem duorum solidorum pro quolibet die, pro duobus diebus tantum, et ita mandatur thesaurario ut solvat; et sunt in summa pro omnibus xvj g.

Committitur Hugonino de Ponte ut eligat unum ydoneum ad querendum secreta in domibus dominorum canonicorum pro pestiferis, qui hoc se obtulerunt facturos et daturos elemosinas destribuendas pauperibus pestiferis.



(*Juramentum judicis excessuum.*) — Ven. d. Mermetus Vuarin, judex excessuum, juravit more solito servare statuta, franchises et libertates hujus civitatis. Et de hiis licteras testimoniales.

(*Martis.*) — De conviviis confratriarum non fiendis ratione morbi epidemie, remictitur ad Martis.

D. sindici secum assistentibus Aquineaz, Gavid, Lunes, Braseti, vadant ad consilium episcopale, pro apponendo precium in carnibus vendendis, hodie, in quo debent esse duo domini canonici.

(*Borgesia.*) — Johannes Tanerii, de Britagnia, speculorum factor, habitator Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Nicodus filius quondam Bueti de Nanto, de Ruppe, marescallus, habitator parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus, et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(79) *Martis xiii<sup>a</sup> maii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Levrier, Porrals, Grossi, Lyonardi, Bueti, Paquet, Planis, de Crosa, de Vaudo, de Sancto Michaeli, de Ponte, de Borjali.

De domo Girardi de Fogia datur onus egregio Levrierii tractandi vendicionem a xiii<sup>c</sup> ff. supra et non minus, et quicquid fuerit tractatum, refferat, ut cridetur et expediatur.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Johanni Bufflet et Anthonio Milanésii, pro penis habitis in visitacione piscium et aliarum denariatarum que venduntur in Molario, videlicet sex florenos super uno burgense etc. — (*Levatum est.*)

Fiat die Dominica convivium abbacie ratione renovandi seu confirmandi abatem, prout fuit alia die Martis conclusum.

De conviviis confratriarum non fiant, prout jam inter priores fuit conclusum.

De dicto Fiser qui, ultra cridas, spernendo mandata d. sindicorum, duxit timpanum, puniatur moderate ratione paupertatis et infirmitatis corporee.

Egregius Petrus Levrierii apposuit super platea Sancti Gervasii xviii g.

*Mercuri xv maii.*

Quatuor sindici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Gavid, Levrier, Braseti, Lunes, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, P. Balli.

Recepta heri lictera a r. domino nostro scripta in Ferreria xij maii super jocondo adventu ejusdem cras in cena aut Veneris in prandio; et quia propter brevitatem temporis non possent fieri istorie, fuit conclusum et jam cridatum quod mondentur carrerie et parentur de tapisseriis et foliis, ut melius poterit unusquisque ante ejus domum, et si veniat Veneris fiat festum et claudantur apotheca.

Pariter n. Pe. de Pesmes dominus de Brandis et egregius Pe. Levrierii fuerunt deputati et onusti ire ei obviam usque apud Talluerias, qui excusent civitatem propter brevitatem temporis.

Abas cum sociis abbacie vadant obviam honestius quo fieri poterit cum armis ultra pontem Areris per quartum luce.

Domini sindici et consillarii vadant usque ad pontem Areris defferendo claves civitatis quas sibi presentent.

Deinde instent quod juret franchises super altari Sancti Petri ut moris est.

Tandem illico fiat sibi donum videlicet xij faces cere, xij boetas dragete, unam amphoram malvatici et unam ypocrati, ac quatuor boni vini.

Super alio magno dono fuit conclusum quod dentur eidem vj taxee argenti deaurate, ut moris est, qualibet de tribus marchis cum dimidio, et una ydria sive eguryria argenti cum suis armis, si hoc consilium generale approbet, super quo teneatur hora duodecima; et quod fuerit in eo conclusum fiat super dicto dono.

(80) *Die proxime descripta*, in consilio generali in claustro voce cride et ad sonum campane.

Prepositi, Michael Lingot, Nanto, Gachet, sindici; — n. Pe. de Pesmes, Levrier, Crosa, Braseti, Planis, Lyonardi, Grossi, Pe. Exerton, Hugoninus Bocardi, Livinus Ballieti, A. Douris, Malliard, G. Vaudo, Martinus Bellot, Gaspardus pictor, Bueti, Jo. Bufflet, Jo. Banderie, Georgius Patry, Pillisson, Jo. Gauterii, Jo. Lunes, Roletus Marchiandi, Reymondus Bonet, Pe. Malliet, Ja. de Fonte, Glaudius de Castronovo,

Jo. Calabri, Guillelmus de Cruce, Jo. Jacodi, Ja. de Rua, Hugoninus Artaudi, Guillelmus Grinerii, Robertus Pribelli, Andreas Gervasii, Oliverius Chapuysii, Nicolaus Everbaudi, Hugo Boulardi, Jo. Conreouz, Pe. Chenevalis, Glaudius Banosii, Franciscus de Bard, Stephanus Perreti, Mermetus Betens, Petrimandus de Malodumo, Jo. Sapientis, Pe. Boconis, Jacobus baterius, Petriquinus Sapientis, Glaudius Pensabini, Pe. Falqueti, Jo. de Poste, Jo. Fontanelli, Anthonius Peccolat, Aymo Peccolerii, Jo. de Putheo, Pe. de Cucheto, Anthonius de Fonte, Pe. Vuandelli, Aymo Ruffi, Pe. Brand, Gabet, Jo. Rilliet, Glaudius Vuandelli, Bartholomeus Savarini, Jacobus Vuandelli, Bastianus de Nemore, Glaudius Janini, Girardus Pollens, Pe. de La Donnaz, Pe. de Gerdili sutor, Glaudius Canalis, Jo. Marqueti, Jo. Gonz, Pe. de Gerdili marescallus, Aymonetus Catrier, Jo. Falliodi, Bernardus Margueyriaz, Henricus Brune, Jo. de Mollia, Pe. Ruffi, Pe. Voudon, Ja. Paquet, cum pluribus aliis.

Lecta lictera missiva r. domini nostri super ejus adventu committitur donum eidem fiendum dominis sindicis et consilio ordinario ad eorum discretionem; de residuo pro ejus adventu ut hodie fuit conclusum.

Deputantur visitatores carniarum Jo. Bufflet et Anthonius Milanisii, visitoribus piscium, sub juramento per eos prebito.

*Die Jovis xvja maii.*

Quatuor sindici; — n. Pe. de Pesmes, Levrier, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Crosa, Malliard, B. de Sancto Michaeli, de Borjali.

De reformatione doni fiendi r. domino nostro concluditur, ut heri mane fuit conclusum, de vj tasseis cum una ydria, qualibet de tribus marchis cum dimidio.

Fiant istorie in adventu domini nostri quatuor aut sex, quibus facientibus satisfiet ordinacioni consilii, prout retulerunt domini sindici, quod fuerunt parte illu. domini Breysse.

N. Henricus Emerici, Johannes et Bonifacius de Sancto Michaeli, G. Roget magister monete, Aquineaz, Lunes, de Malodumo fuerunt deputati ire obviam domino nostro die Dominica de mane usque ad locum Cursillie et defferant duos flasconos malvatici.

*Dicta die post meridiem.*

Prepositi, Lingoti, Gacheti; — Aquineaz, Lunes, Paquet, Lyonardi, Vaudo, Braseti, Grossi, Roletus Nycolay, Ja. Nepotis, de Malodumo, Jo. de Soex, Guillelmus dyamanterius.

Respectu ystoriarum fiendarum propter brevitatem temporis vadant d. sindici ad illu. dominum Breysse et excusent civitatem quod in tam paucio tempore non posset fieri aliquid importancie, deinde mictatur unus aut duo ad r. dominum nostrum quod pro paucitate istoriarum non retardet ejus adventum.

Committitur Roletus Nicolay, Johanni de Suex, Ja. Nepotis et Guillelmo dyamanterio quod faciant quatuor hostorias, videlicet ante Dominam Nostram in Ripparia, et d. sindici promittunt satisfacere.

(81) *Veneris xvij maii*, in platea castri Insule.

Prepositi, Lingot, Nanto, consindici; — H. Emerici, Vaudo, Crosa, Planis, de Sancto Michaeli, Paquet.

Super adventu r. domini nostri, postquam d. sindici herina die audito magistro hospicii quod prefatus dominus noster Sabati proxima cenabit Cursillie, fuit conclusum, ut heri mane, quod electi et deputati accedere debeant die Dominica proxime futura, hora matutina, cum duobus flasconis malvatici, ad locum Cursillie ad prefatum dominum nostrum cum salutacionibus et excusacionibus neccessariis fiendis.

De residuo fuit arrestatum ut heri.

Dominus Johannes Bagnion rescripsit et misit civitati unum parvum librum in postibus religatum continentem omnes allegaciones juris super franchesiis civitatis hujus<sup>1</sup>, supplicando sibi locari domum de Fogia, et cum sit venalis nichil fuit responsum.

*Die Lune xxxa maii.*

Prepositi, Lingot, Gachet; — Aquineaz, Lunes, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Malliard, de Sancto Michaeli, P. Balli.

In prandio abbacie unusquisque solvat sex quartos et si quid desit civitas solvat; quod prandium hodie fiet.

<sup>1</sup> Sur cet opusculé, voir Henri Bordier, *Jean Bagnyon, avocat des libertés de Genève en 1487*, dans M. D. G., t. XVII, p. 6; et R. C., t. IV, p. 13, 14, 16 et 161.



Dentur domino Camere due amphore de minoribus, una malvatici et alia yporati, et totidem domino de Aquis.

*Martis xxj maii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Levrier, Braseti, Porrallis, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaeli, de Borjali.

(*Admodiatio.*) — Domini sindici, nomine communitatis, admodiant honesto Petro Exerton, pellipario, presenti, plateam Molarii ad colligendum fymum spacio unius anni prima hujus maii incipiendi et simili die finiendi, sub firma septem florenorum p. p., solvendorum secundum bonos usus hujus civitatis, scilicet medietatem in principio anni et aliam in fine etc., promictentes manutene et solvere etc.; cum promissionibus et renunciacionibus oportunis.

Respectu doni fiendi domino nostro fuit conclusum quod notificetur domino quod dantur sibi vj tasse de tribus marchis cum dimidio quolibet, cum una ydria.

Et ad comperendum pecunias tam pro hiis quam aliis necessitatibus, supplicetur domino super appositione vini venalis denarii alias impositi.

(*Admodiatio.*) — D. sindici admodiant egregio Petro Levrieri plateam Sancti Gervasii et Domine Nostre spacio unius anni hodie incipiendi et simili die finiendi, sub firma duorum florenorum solvendorum secundum bonos usus etc.; promictentes etc., renunciantes etc.

(*Admodiatio.*) — Iterum admodiant Amblardo Comitibus, macellario, presenti etc., videlicet plateam Burgi F(l)oris spacio unius anni prima hujus maii incipiendi et simili die finiendi, sub firma viginti duorum solidorum solvendorum ut supra; promictentes etc., submictentes etc.

Vocentur voce preconia omnes de abacia hora xij<sup>a</sup>, ut veniant in Claustro ad eligendum novum abatem.

Retulerunt Machardi et Nicodus, lathomi, depu[ta]ti parte d. sindicorum, visitasse domum egregii Johannis de Putheo et Johannis Gauterii, serrallioni, que minatur ruynam et est in magno periculo si non reparetur illico.

(82) *Veneris xxiii<sup>a</sup> maii.*

Prepositi, Lingot, Gachet; — Porrallis, Paquet, R. Nicolay, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, P. Balli.

Pro succursu pestiferorum provideatur de uno barbitonsore qui maneat in hospitali cum stipendiis civitatis.

Et ad obviandum dicto morbo pro policia rei publice fiant proclamata publice super particulis sequentibus cum prohibicione omnium: primo vigillie et vogue, coree, tympanorum, mymorum, stuphe, balnea, ludi scophorum et billiarum.

Ad audiendum computum prandii abbacie deputantur auditores: Paquet, Porrallis, de Malodumo, de Borjali.

Ad visitandum rotulos istoriarum deputantur visitatores: Lyonardi, A. Gule, de Borjali, Porrallis.

Fuerunt omnes convocati macellarii trium locorum hujus civitatis, quibus fuit exposita voluntas domini nostri super appunctuamento difference bocherie Longemale, etiam super infuturum de bene serviendo cum promissionibus et caucionibus neccessariis et precio imponendo, super quibus macellarii Sancti Germani et pontis Rodagni insimul et uniti elegerunt videlicet Franciscum Villaris, Johannem de Bello Exerto, Johannem Bocardi, Johannem Debit, Johannem Velluti, Stephanum Folliosii et pro eorum advocato dominum Ansermum Velluti, et pro procuratore Henricum de Nanto; macellarii Longemale elegerunt dominos syndicos quibus commiserunt totum negocium.

*Die Martis xxviii<sup>a</sup> maii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Lunes, Paquet, Grossi, Planis, Crosa, Malliard, de Borjali, de Vaudo, de Sancto Michaeli.

Hugoninus Bocardi, condurerius, conqueritur de Laurencio Neyrodi occasione cujusdam stilicidii et latrinarum juxta ejus domum in ipsius prejudicium. Committitur Petro Bruneti et Amedeo de Sirier ac || Guillelmo Guillocti et || Jacobo Quibleti ut visitent et refferant.

Quibus supra committitur visitacio querele Johannete, relicte Petri Furjodi, contra egregium Amedeum de Tulia, et visitato refferant.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat honorabili Lyonardo Aquineaz, causis in rotulo expressis, videlicet xxxij ff. iv g. — (*Letum est.*)

Fiat supplicacio r. domino nostro in scriptis ratione trium punctorum: officialis foranei, fichiarum et macelli, super et in quo non permictantur percipi lingue, quinyimo cicius cesset macellum; que supplicacio primo legatur in consilio ordinario.

Fuit michi commissum quod levem licteram borgesie Roberti Pribelli per quondam Favier receptam ut in ejus registro<sup>1</sup>.

Mutetur capellanus hospitalis pestiferorum et provideatur de domino Mermeto Georgii, capellano.

Ad comperiendum pecunias pro dono fiendo domino nostro, d. syndici vadant ad n. Pe. Foyssiaz et magistrum monete, et cum eis aut altero eorum tractent et inde refferant.

Refferunt Petrus Burneti, Amedeus de Sirier et Jacobus Quibleti visitasse murum et plateam inter Hugoninum Bocardi et Laurentium Neyrodi, et esse prejudiciabile dicto Bocardi, quare reparat etc.

(83) *Mercuri xxix maii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Levrier, Lyonardi, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte.

Ut fuit ultimate conclusum d. syndici cum consilio eorum vadant ad dominum nostrum et supplicent ut alias super tribus punctis videlicet : officialis, fichiarum et macelli.

Ad reperiendum pecunias vadant d. syndici ad Foyssiaz et magistrum monete, et tractent cum eis ad habendum argentum album pro fieri faciendo tasseas.

*Veneris ultima maii.*

Prepositi, Lingot, Gachet, consyndici; — n. Pe. de Pesmes, Gavid, Braseti, Lunes, Porrallis, Bueti, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte.

Petrus Pinguin, dictus Malliciouz, et Johannes Jordanet exhibuerunt indultum cuilibet eorum concessum per reverendum dominum nostrum et per de Furno signatum, datum hic Gebenn. xix maii, quibus indultis se obtulerunt d. syndici parere; et de hiis concessi licteras testimoniales.

Magister Amedeus, patisserius, supplicavit sibi veniam indulgeri de verbis contra d. syndicos prolatis et de privacione faciendi panem, cui ad requestam domini de Brandis fuit indultum, dummodo non revertatur ad vomitum.

De expositione heri facta per d. syndicos r. domino nostro ratione trium punctorum, iterum vadant d. syndici ad dominum nostrum et

<sup>1</sup> R. C., t. IV, p. 271.

sciant de bono velle responsum antequam vocetur consilium generale, et donec habito responso non fiat donum peditibus sive alaqueys.

(*Borgesia.*) — Petrus filius quondam Johannis Chynuerii, de Veygier, marescallus, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro et mediantibus octo ff. et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

*Die Lune tercia junii.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Ja. de Mara, Pe. Arlo, Marquetus Toneaux, Ja. Minquent, Arnolletus Vallient, Jo. Cergat, Ja. Nepotis, Anthonius de Fonte, Amblardus Veygiez, Lyonardi, de Malodumo, Henricus Folliosii, Amedeus Oboli, Bartholomeus Putodi, Jo. Albi, Pe. Artaudi, Glaudius Viollet, G. de Quarro, Geor. Porterii, Braseti, Bachodi, Petriquinus Ciclat, Levrier, Jo. Neyrodi, Jo. Velluti, Jo. Alex, Pe. Gusemant, Pe. Flory, Ludovicus Sapientis, Henricus de Nanto, Jo. de Heynaux, Roletus Marchiandi, Franciscus de Bard, Aymo de Cresto, Jo. de Poste, Pe. Falqueti, Jo. Grossi, Gauterius Bricodi, Anthonius Pillizon, Porrallis, A. Millanesii, Anthonius Peccolat, Ja. de Alamanis, Ja. de Bornando, Andreas de Douris, Pe. Versonnex, Aymonetus Bessonet, Jo. Jacodi, Henricus Gazelli, Petrus Ruffi, Pe. Gabet, Mauricius Vuy, Franciscus Myaz, Hugoninus Bocardi, Henricus Cocqueti, Jo. Falliodi, Amedeus Danellet, Thomas Anteaumez, Henricus Guyot, Mermetus Betendi, Roletus Probi, Henricus Oddet, Petrus Laurentii, Jo. Ballexers, Pe. Morelli, Jo. Guygnet, Georgius Jenodi, Jo. de Furno, P. Perrodi laycus, Jo. Cocqueti, Jacobus de Rua, Baldisardius Sec, Jo. Martini, Bartholomeus Brami, Ste. Bernardi, Symondus Bugniet, (84) Perretus Chenuti, Lyvinus Ballieti, Hugoninus de Nanto, Jo. de Aquis, Jacobus Bocheti, Ste. Folliosii, Jo. Veygiez, Matheus Barberii, Aymo Cugniet, Jo. de Suex, Pe. Fabri, Jo. Gardet, Ludovicus Durandi, Jo. Ficaudi, Thomas de Biolesio, Amblardus Comitiss, Glaudius Banosii, Jo. de Retro, Franciscus Janini, Guyoctus Villiet, Glaudius de Canali, Dominicus Lamberti, Matheus Tissocti, Vincencius Buffet, Ja. Rubini, Pe. Exerton, Paulus Macheret, Glaudius Boulet, Pe. Mariglerii, Ste. Peccolat, Glaudius Philippi, Jo. Nycodi, Pe. de Gerdili experonierius, Jo. Debit, Jo. Frochet, Jo. de Lyon, Martinus Bellot, Jo. Charavex, Pe. Grassier, Henricus de Fontaneis, Roletus Bordaz, Jo.



Novelli, Ste. Cortagier, Amedeus Gule, Guillelmus dyamanterius, Matheus Papriaux, Pe. Perrodi notarius, Pe. Serrallion, Jo. Malliardi, G. Coddodi, Hector de Rages, cum pluribus et magno numero aliorum civium et burgensium hujus civitatis.

Quibus omnibus prenominatis et pluribus aliis in unum ad sonum grosse campane, in claustro ecclesie Sancti Petri, pro consilio generali tenendo convocatis, occasione macelli Longemale, super quo d. syndici exposuerunt quod rev. dominus noster vult accipere lingas aut dictum macellum abolere, cum non possit, ut asseruit, fieri nec elevari sine ejus auctoritate et consensu ultra duos tercios emolumentorum.

Et emissis votis fuerunt certe opigniones quod revocetur dictum macellum Longemale, et remaneant macellum vetus et pontis Rodagni, actento quod si levarentur lingue in Longamala esset novum vectigar et contra franchisesias hujus civitatis quas ipse dominus noster juravit.

Sed pro majori et ampliore opignione fuit conclusum et dictum quod non tollatur macellum Longemale, cum sit pro utilitate rei publice, sed remaneat cum aliis duobus macellis; et ita d. syndici supplicent domino nostro et quod si de jure non veniant lingue, quod non leventur, cum foret novum vectigar et contra franchisesias nostras ac libertates quas ipse r. d. noster juravit.

*Martis quarta junii.*

Quatuor syndici; — H. Emerici, Aquineaz, Braseti, Porrallis, Bueti, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte.

(*Borgesia.*) — Johannes filius quondam Francisci Calabri, de Ballon, textor cooperturarum, habitator Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro viij ff. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Johannes Auberti, de Lengres, affectator coreorum, parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro viij ff., et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Petrus Martini, escofferius, de Chamberiaco, parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro viij ff. et prestitit juramentum. — (*Letum est.*)

Respectu fichiarum ad visitandum cum deputandis parte domini nostri, deputantur subnominati, videlicet Gavid, Aquineaz, Porrallis, Paquet, de Muro, Arlo.

N. Petrus Foyssiaz se obtulit tradere vj tasseas cum una ydria, ascendentes ad summam v<sup>c</sup> xxvij ff., ad tradendum domino nostro pro ejus jocundo adventu, et dabit terminum usque ad nundenas augusti, dummodo assecuratur ydonee; super quo fuit conclusum quod d. syndici assecurant obligando emolumenta civitatis quecunque etc.

De monetariis, non sint exempti, cum in borgesia juraverunt contribuire et prout fuerunt obtente sentencie in favorem civitatis, que exhibentur domino nostro si opus sit.

(85) *Veneris septima junii*, in conventu Fratrum Minorum propter confratriam Heucaristie Christi.

Quatuor syndici; — Gavid, Aquineaz, Levrier, Crosa, Porrallis, Grossi, Lunes, Braseti, de Ponte, Malliard, de Sancto Michaeli, Lyonardi, Bueti.

Ratione venne et macelli Longemale ut alias servetur modus instructionum per Aquineaz portatarum, et illo servato adimpleantur conventa de iiiij<sup>c</sup> ff. et non alias, cum fichie sint nocive et sit novum vectigal perceptio lingarum.

Ratione doni sex tassearum cum ydria ponderancium xxij marchas argenti, non augeatur, quia licet fuerit domino nostro dictum quod dabantur sex tassee cum ydria qualibet de tribus marchis cum dimidia, tamen fuit dictus et datus numerus summe usque ad quingentos ff. et sic etc., quia dicte tassee ascendunt ad v<sup>c</sup> xxvij ff. inclusa ydria.

Non fiat donum aliquibus servitoribus domini nostri si non fuerit factum servitoribus illi. domini Auxitani et rev. Johannis de Compesio, olim presulum hujus civitatis, quibus nullum fuit factum, ut retulerunt Gachet et Jo. Grossi, tunc temporis thesaurarii, et licet per aliquos fuerit dictum quod darentur cuilibet peditum domini nostri sive alaqueys duo floreni trajectenses; cesset donum ne nova inducatur consuetudo.

*Veneris vija junii*, hora ix<sup>a</sup> de nocte.

Prepositi, Lingot, Gachet; — Aquineaz, Lunes, Paquet, Lyonardi, Grossi, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli.

Conquestus est Petrus Peytralis quod Guillelmus<sup>1</sup>, nepos Peyroni, hac hora eum invasit in carreria subtus Domum episcopalem

<sup>1</sup> Le nom est resté en blanc.

et eum in capite uno baculo percussit, sic quod cecidit in terram, et salvit super eum et eum strangulare voluit, sed proclamavit ad auxilium et sic quidam supervenit ob quod eum reliquit. Fuit conclusum quod capiatur idem Guillelmus.

Fuerunt hodie per monetarios obtente quedam lictere precise a r. domino nostro<sup>1</sup> contra detinentes vadia introgii bossetorum vini, que vadia fuerunt extorta, de quo conquesti fuerunt admodiarii, et dederunt copiam d. sindicis, qui d. sindici ad eum accesserunt cum processibus et sentenciis monetariorum, qui domino nostro exposuerunt quod istud erat in prejudicium civitatis, et quod non permicterent. Qui dominus dixit se dictas licteras ita non precepisse sed causam hujusmodi remicteret ejus || consilio || vicario.

(86) *Martis, xj junii.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Gavid, Braseti, Lunes, Lyonardi, Paquet, Porralis, Crosa, Vaudo, Malliard, Bueti.

(*Borgesia.*) — Mermetus filius condam Johannis Dentant, de Veygiez, escofferius, habitator Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro viij ff. et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Non contra receptorem.*) — Ibidem Johannes Navetaz, borrellerius, fuit laudatus recepto laudimio per Braseti de quadam pecia Arenariarum per eum acquisita precio novem viginti florenorum, facta gracia de quarta parte laudimii se obligavit erga civitatem de summa xxij ff., vj g., de quibus receptor tenetur reddere computum in recepta extraordinaria.

Respectu officialis foranei, supplicent d. sindici quod restituat.

Occasione venne, contemplacione domini nostri consenciant quod fiat subtus grossum lapidem nigrum, cum condicione quod dominus noster faciat declaracionem licuisse levare aliam vennam et quod infuturum dominus noster nec sui successores possint a Ponte Areris usque ad dictum lapidem conficere nec fieri facere vennam, adjecto quod si venna fienda subtus lapidem predictum esset nociva quod illico tollatur per eum qui fecerit et, si recuset, per civitatem.

<sup>1</sup> Genève, 7 juin 1493, Arch. de Genève, P. H., n° 786.

Respectu macelli Longemale dominus consenciat quod remaneant sex scagna percipiendo duas partes emolumentorum et civitas terciam partem, nullas percipiendo lingas; et, hoc facto, dabuntur ivc ff.

(*Borgesia.*) — Glaudius Burneti, de Musiegio, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro et mediantibus viij ff., et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

*Veneris xiii<sup>a</sup> junii.*

Quatuor sindici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Gavid, Lunes, Braseti, Paquet, Lyonardi, Crosa, Vaudo, Malliard, Porralis, Ponte.

(*Borgesia.*) — Johannes Ansemyl, de Churic, marescallus, habitator Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro viij ff. et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Domini sindici injunxerunt Jacobo Nepotis ut infra unum mensem vacuet domum abbacie.

(*Obligacio.*) — Glaudius Chardonis, greator, debere confitetur communitati videlicet quinque florenos p. p., causa laudimii cujusdam pecie Arenariarum per eum acquisite ab egregio Petro Braseti, solvendo in manibus thesaurarii ad ejus primam requestam cum dampnis, promissionibus etc. — Janyni.

(*Obligacio.*) — Andreas Mantillier, burgensis Gebenn., debere confitetur communitati quinque florenos et tres solidos monete causa laudimii cujusdam pecie Arenariarum per Petrum Burneti sibi vendite, ac etiam alterius laudimii dicti Burneti, solvendo in manibus receptoris ad ejus primam requestam, cum promissionibus, juramentis etc. — Janyni.

Fuerunt apportate sex tasse et ydria ad defferendum domino nostro pro ejus dono, que tasse ponderant xvij marcas et xij denarios, et ydria tres marcas et sex oncias, et sic in summa xxj marcas vj oncias cum dimidia, que omnia defferant domino nostro eidem supplicando, ut alias, quod restituat curiam in esse suo et faciat declarationem super fichiis, ut supra proxime fuit conclusum; et respectu macelli concedat inferius sex banchos et alibi sex cum medietate emolumentorum et ipse habeat lingas a macellariis qui ibidem residebunt. Et hoc facto solvantur iiiijc ff. conventi et eidem requirant quod quietet de omnibus occasione mutui accepti a dominis de capitulo. — (*Donum non (?) quia*



*non ponderant hoc pro quo sunt obligati.*) — 21 mar. 6 onces 12 d. et sic debet Foyssiaz deducere.

(87) (*Donum.*) — || Fuit conclusum quod dentur cuilibet peditum sive alaqueys domini nostri duo floreni trajectenses, ita quod non possit trahi in consuetudinem. — Non fuit factum donum, ideo ex deliberatione consilii subscripti hoc cancellavi ||.

Non permictatur hospiti Bordoni tenere hospicium supra aquam Rodagni sed alibi supra terram.

*Martis xviii<sup>a</sup> junii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Gavid, Braseti, Porrals, Lunes, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Crosa, Malliard, Vaudo, de Ponte, de Borjali.

(*Juramentum domini procuratoris fiscalis.*) — Venerabilis d. Stephanus Chappocti, capellanus, procurator fiscalis noviter constitutus, de qua constitutione fidem fecit instrumento per de Furno, secretarium domini nostri, qui ut assuetum est juravit franchises, libertates et immunitates dicte civitatis observare et observari procurare, ac in nullo contravenire; et de hiis licteras testimoniales quas concessi.

Ex deliberatione consilii cancellavi donum ordinatum peditibus domini nostri, quia non fuit factum<sup>1</sup>.

De causa monetariorum, prosequatur viriliter et compellantur ad solutionem introgii bossetorum vini ut fuit constitutum.

De jurisdictione et officiali foraneo d. syndici conferant cum dominis de capitulo et introducatur appellacio si hoc consulant domini de capitulo.

De macellariis acceptent domini sex banchos Longemale cum medietate emolumentorum banchagiorum; de perceptione lingarum domini de consilio non consenciant sed imputetur domino nostro si illas habere velit.

Quia d. syndici dederunt cooperclum tasse domino nostro de tribus marchis cum factura, consilium ratificavit et solvat civitas.

De causa Douris contra civitatem tractetur cum eo gracie ut continetur causa.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, ligne 3.

*Veneris xxj junii.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, de Crosa, Lyonardi, Vaudo, Malliard, Paquet.

(*Mandatum.*) — Mandatur intrari thesaurario super rotulo, lecto et signato per Paquet, de summa xlj ff. vij g. vj d. — (*Letum est.*)

De detento furioso qui furtum commisit usque ad vallorem quatuor aut quinque solidorum banniat illico propter ejus demenciam ad tempus.

Quia d. syndici habuerunt conferenciam cum dominis de capitulo occasione officialis foranei, qui dixerunt se velle jungere civitati; ideo d. syndici illico cum dominis de capitulo junctis introducant appellacionem coram autentica persona secrete, qua introducta per mensem taceatur.

De licteris macelli Longemale d. syndici accipiant, citra tamen consensum alicujus perceptionis lingarum, de quo protestentur quod non consenciant propter novum vectigar.

Ratione fichiarum et jurisdictionis foranee non recipiant nisi restituat curiam in integrum.

(88) *Die Lune xxiv junii.*

(*Appellacio.*) — Domini syndici Prepositi, Lingot, Nanto, Gachet, accesserunt a[d] r. p. d. d. Gladium, miseratione divina episcopum Gladiopolitanum; quo comperto in ejus camera cubiculari, coram eo tanquam coram autentica persona exhibuerunt et presentarunt quandam cedulam appellatoriam occasione officialis foranei Annessiaci noviter creati per reveren. dominum nostrum presulem et principem, a qua creacione et constitutione infra decem dies post ipsius domini nostri recessum nomine tocuis communitatis appellaverunt, ut in eadem cedula appellatoria continetur, requirentes sue appellacioni responderi ac apostolos et licteras dimissorias sibi dari cum quanta potuerunt instancia; quiquidem reveren. dominus episcopus loco apostolorum reverencialium eisdem dedit licteras testimoniales quas a me notario dicti d. syndici fieri pecierunt, et concessi, presentibus venerabilibus religiosis viris fratribus Petro Penati, Hugone Alesii et Johanne Malliardi, religiosus conventus Pallacii, ac Michaelis Lyonardi, testibus etc.

*Martis xxv junii.*

Quatuor syndici; — Crosa, Porrallis, Vaudo, Ponte, Braseti, Paquet, Lyonardi, Grossi, Bueti.

Conqueritur n. Pe. Gachet, consindicus, quia externa die n. Pe. Versonex eidem minas plures intulit, quod postquam erit depositus de sindicatu, quod bene comperiet, et plura alia verba contra eum protulit; super quo fuit conclusum quod vocetur coram domino vicario et fiat instancia per d. syndicos et procedatur contra eum via juris.

Equidem conqueritur Guillelmus Bocardi, vigil, quod pariter externa die egregius Petrus Floreti eum verberavit et ejus vestem laceravit; super quo fuit conclusum quod procedatur ut supra contra eum via juris, cum sint officarii domini.

Non adhuc rescribatur domino nostro nomine civitatis sed dicant domino vicario quod semper expectant bonum velle domini nostri super per eum nobis promissis et conventis.

*Veneris xxviii junii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Porrallis, Lunes, Paquet, Grossi, Crosa, Malliard.

De nonnullis productioribus secretis minantibus n. Petrum Foyssiaz et alios notabiles burgenses, sumantur informaciones secrete et deinde, si ita sit et possint criminosi apprehendi, capiantur et fiat justicia de eis.

De macellariis Longemale apponatur ordo et admodientur sex scagna sex ydoneis macellariis, vocatis magistro hospicii et d. procuratore fiscali, citra consensum perceptionis lingarum.

De egregio Petro Floreti instent d. syndici erga dominum vicarium quod justiciam ministret et, si ipse Floret nolit relinquere Bocardi vigillem, d. syndici eum deffendant expensis civitatis, cum sit servitor et vigil.

(89) *Martis secunda jullii.*

Quatuor syndici; — H. Emerici, Aquineaz, Gavid, Braseti, Porrallis, Lunes, Paquet, Bueti, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, de Ponte, de Borjali.

Quia heri quidam heyraldus Friburgi notificavit d. sindicis quod hospes Ensis, Alamanus, Sancti Gervasii, retrahit multos incognitos

gentes armorum et est male vite, sic quod posset evenire magnum scandallum, super quibus sumantur informaciones et si ita comperiatu repellatur et prohibeatur ne teneat hospiciu.

Equidem de hospite Bordoni.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat personis nominatis in quinque rotulis simul annexis, pro istoriis factis in adventu r. domini nostri, parcelas in eisdem rotulis resequatas ad summam xxxiv ff. iij g. j d. ascendentes, lectis signatis per Paquet. — (*Letum est.*)

De egregio Petro Floreti consulantur periti, et si jus velit et comperiatu quod civitas habeat interesse, prosequatur expensis civitatis et non alias, actento quod vigil non vult facere partem.

Convocatis macellariis Longemale super banchagiis, qui dixerunt quod postquam dominus vult lingas, quod dabunt quatuor solidos pro banchagio, quibus fuit responsum quod proclamabuntur banchagia publice et plus offerenti expedientur.

Deputetur unus ydoneus ad defferendum unam boetam singulis diebus Lune per civitatem ad petendum pecunias pro subvencione hospitalis pestiferorum.

*Veneris quinta jullii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Paquet, Malliard, Ponte.

Jacobus Nepotis, auri faber, restituit claves domus abbacie, que restituantur cujus est domus.

De licteris exequutis instante domino Philiberto de Bona contra d. syndicos ratione ecclesiastici interdicti, alloquantur dominum vicarium, et si non apponat remedium, convocetur consilium generale.

(*Martis.*) — Quia d. Mermetus Vuactat, rector hospitalis pestiferorum, decessit ab humanis, eligatur alter ydoneus et remictitur ad Martis.

*Die proxime descripta.*

(*Appellacio.*) — Domini syndici Prepositi et Nanto, suis et aliorum consindicorum ac tocius communitatis nominatis nominibus, existentes et personaliter constituti coram venerabili et circumspecto domino Johannes Chapuysii, juris utriusque doctore, tanquam coram auctentica persona, proposuerunt ad eorum noticiam devenisse a sex horis citra



quod fuerunt in aliquibus carraphis et valvis hujus civitatis exequute nonnulla lictere a domino iudice curie metropolitane obtente ad instanciam ven. domini Philiberti de Bona contra d. syndicos et consiliarios hujusmodi civitatis occasione detencionis cujusdam presbiteri in carceribus episcopalibus mancipati. Et cum ipsi d. syndici sint subdicti et principem habeant nec sit servus supra dominum suum, ideo et alii de causis ab hujusmodi licteris et earum exequuione, cum sententiam et alias comminationes multas contineant, appellant et provocant ut in cedula appellatoria, petentes appellacioni responderi, quibus idem dominus dedit de premissis licteras testimoniales, presentibus Andrea Viennesii et Anthonio Perrini, notario, testibus.

(90) *Die Sabati vj jullii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Crosa, Porrallis, Paquet, Bueti, Malliard, Ponte, de Borjali.

Respectu licterarum exequutarum ad instanciam domini Philiberti de Bona contra d. syndicos et consiliarios a quibus fuit heri appellatum, quam appellacionem ratificant; et concluditur quod d. syndici et consiliarii vadant ad d. vicarium et protestentur contra eum et officarios episcopales de dampnis, injuria et interesse si in futurum ratione reprisalliarum aliquis civis aut burgensis caperetur, ac etiam de pena excommunicationis etc.; et si non apponant remedium, quod convocabitur consilium generale.

Et vocato n. Mermeto Mandellaz, cui premissa lictere fuerunt notificata.

(*Testimoniales.*) — Illico d. syndici cum supra nominatis consiliariis accesserunt ad reverendum d. vicarium, presente domino Grueti officiali, et eidem supplicaverunt quatenus ipse et consilium episcopale remedium apponant super exequuione dictarum licterarum, sic quod syndici et consules non incurrant sententiam excommunicationis, et ne in futurum aliquod dampnum vel incomodum eveniat aliquibus civibus ratione reprisalliarum, protestantes quod si dampnum eveniat habebunt civitas et consules recursum ad eos ad quos de jure debebunt; et hanc protestacionem nomine totius communitatis fecerunt, presentibus domino Andrea Grubelli (i)cap[ella]no, Johanne Ruffi, alias Peccolat, serviente, et Henrico Folliosii, testibus. Et dedi testimoniales.

*Martis nona jullii.*

Lingot, Nanto, Gachet, consindici; — H. Emerici, Vaudo, Malliard, Paquet, Grossi, de Borjali, Porrallis, Aquineaz, Ponte, Crosa, Lunes.

In platea castri Insule, occasione cujusdam detenti.

De quodam Alamano, hospite Ensis, qui retrahit gentes armorum, maxime Alamanos, defferentes calcaneos contra n. Pe. Foyssiaz et certos alios, d. syndici supplicent d. vicario ut sumi faciat informaciones, quibus sumptis si comperitur viciosus, interdicator hospitacio, cum non sit burgensis.

(*Electio rectoris hospitalis pestiferorum.*) — Fuit electus rector hospitalis pestiferorum d. Petrus Boni Fillieti, capellanus, cui tempore magne mortalitatis infirmos peste visitavit, quoad benefecerit.

Superveniunt magister Glaudius de Castronovo aurifaber, n. Girardus de Gento et Anthonius Peccolacti, requirentes d. syndicos et consilium quatenus tractare velint egregium Pe. Floreti more burgensium et secundum franchisesias, cum d. vicarius eis dixerit quod d. syndici faciunt partem, quibus responsum fuit quod non faciunt partem, actamen sunt contenti eligere duos et ipse Floret duos, et stare ordinacioni summarie, satisfacto honeste parti et civitati si in aliquo fuerint offense, ordinacioni eligendorum; cum <sup>1</sup> conclusioni omnes annuerunt et consenserunt.

Ad habendum pecunias pro subvencione hospitalis pestiferorum, deferatur unum alobastrum et legantur pecunie per civitatem ut supra proxime fuit conclusum.

(91) *Die Mercuri x jullii*, in ecclesia parrochiali beate Marie Magdalenes.

(*Provisio et juramentum rectoris hospitalis.*)<sup>2</sup> — Domini syndici, Prepositi, Lingot, Nanto et Gachet, comperto d. Petro Bonifillieti capellano, de Frengiaco, habitatore Gebenn., cui narraverunt electionem heri in consilio ordinario in eum factam super regimine hospitalis pestiferorum, carente nunc rectore ob mortem d. Mermeti Vuactat, ultimi rectoris, dumtamen benefecerit; quiquidem d. Petrus humilliter et cum gracia-

<sup>1</sup> *Lisez* : cui.

<sup>2</sup> Cet acte a été imprimé, de même que la plupart des passages du R. C. relatifs aux hôpitaux, par Chaponnière et Sordet, *Des hôpitaux de Genève avant la Réformation*, dans M. D. G., t. III. Il se trouve p. 297, n. 1.

rum actione dictam electionem acceptavit cum honore et onere assuetis; et qui promisit corporaliter et juravit sacrosanctis per eum tactis Scripturis super sacro canone missali apperto, esse bonus, probus, fidelis et obediens erga d. syndicos modernos et futuros, honoremque et commodum civitatis et hospitalis procurare, et sinistra victare; in divinis in eodem deservire; pauperes morbo percussos visitare et eos caritative pertractare; neminem testare volentem a sua voluntate divertere; bona ejusdem hospitalis servare et custodire, et de eisdem inventarium bonum conficere ac computum et reliqua, dum et quando parte dominorum syndicorum pro tempore existentium fuerit interpellatum, reddere et prestare; bonaque decedencium in eodem hospitali servare, et sindicis aut ab eis deputato revellare, ceteraque legaliter facere que vero rectori ejusdem hospitalis incumbunt facienda; presentibus ibidem ven. viris dominis Petro Gerdilis, vicario Marie Magdalenes, Nicodo Perrerie, Petro Violeti, capellanis, Ja. Paquet, H. Ponte, Percivalo Peyrolerii, Guillelmo Roget, cum pluribus aliis vigilibus et civibus Gebenn., testibus. — Janyni.

*Veneris xij jullii.*

Quatuor syndici; — Lunes, Lyonardi, Ponte, Crosa, Vaudo, Malliard. (*Borgesias.*) — Franciscus Mercerii, de Jussiaci Episcopi, macellarius, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro et mediantibus octo ff. et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesias.*) — Roletus Salterii, de Vuachio, pelliparius, habitator Gebenn., parrochie Magdalenes, admittitur burgensis pro et mediantibus octo ff. et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

De facto nobilis Petri Floreti supervenerunt n. Pe. Versonnex, magister Glaudius de Castronovo et Anthonius Peccolat, qui supplicaverunt quod tractetur uti burgensis; et n. Petrus de Versonnex requisivit sibi franchisesias observari alioquin protestetur pro futuro etc.; et petiit licteras testimoniales. Cui d. syndici responderunt se velle manutenere franchisesias ut tenentur et juraverunt, et quod nullam faciunt neque fecerunt partem contra eum, licet requisierint dominum vicarium quod si offenderit dominum nostrum fieret justitia de eo, ac tamen si velit eligere duos, civitas eliget alios duos quoad concernit civitatem, et

misso ad eum Lyonardi, qui retulit elegisse parte ipsius d. Anselmum Velluti et n. Girardum de Gento, et d. syndici elegerunt d. Johannem Chapuysii et n. Pe. de Pesmes, dominum de Brandis, qui cognoscant utrobique et quamcivis etc.

De introgio vini Petri de Naus non tenetur ex quo transit etc.

De pecuniis pro subvencione pestiferorum erga admodiatarios introgioi bossetorum, accipiantur xxv ff., et legatur boeta sive pisdis.

Fiat prohibicio uxori barbitonsoris pestiferorum ne apperiat operatorium sive apothecam.

Fiant cride publice, habita conferencia cum d. vicario, quod non callidentur stuphe, mondentur carrerie, non prohiciantur aque immunde, porci non discurrant per civitatem, non veniant infecti neque de locis morboris et prohibeantur balnea etc.

(92) *Martis xvja jullii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Porrals, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut intret admodiatariis introgioi bossetorum vini videlicet xxv ff. per eos de mandato consilii solutos in manibus Hugonini de Ponte pro subvencione hospitalis pestiferorum. — (*Letum est.*)

(*De Chenevalis.*) — Quia Glaudius Chenevalis obtinuit licteras a d. vicario contra d. syndicos occasione v<sup>c</sup> ff. quando fuit detentus per Alamanos, fuit conclusum quod se deffendant expensis civitatis et ab eo petantur vj<sup>c</sup> ff. expositi in prosequucione sue liberationis per civitatem.

De detento et torto consulatur processus et fiat justitia nec faciliter relaxetur, actentis indiciis.

De appellacionis prosequucione contra dominum nostrum occasione officialis foranei, accedant d. syndici ad venerabile capitulum et, si se velit jungere civitati, prosequatur appellacio et non nomine civitatis insolidum, et requirant capitulum ut rescribat et civitas rescribat equidem ad eo quod convenit revocare ad mandatum domine duchisse.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut intret Petro Oliverii, super ejus borgesias, quinque florenos eidem pietatis intuitu donatos et remissos, necnon sex solidos per eum debitos ex resta admodiacionis platee Burgiforis. — (*Letum est.*)



(*Juramentum servientis.*) — Petrus Soleracti, de Bonovillario, novus serviens episcopatus Gebenn., juravit franchisesias, libertates, bonos usus et consuetudines civitatis observare.

*Veneris xix jullii.*

Lingot, Nanto, Gachet, consindici; — Paquet.

(*Borgesia.*) — Thomas Antheaulme, pictor, de Parisio, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis et prestitit juramentum solitum, parrochie Magdalenes. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Thome Antheaulme, pictori, causa in rotulo per Paquet signato, videlicet xxiiij g. vj d. — (*Letum est.*)

*Martis xxiiija jullii.*

Quatuor sindici; — Porrallis, Paquet, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte, de Borjali.

De detento dicto Salterii, insequendo opinionem doctorum, banniatu perpetuis temporibus.

De muliere detenta, procedatur contra eam more solito, et examinetur.

De magistro scole qui nunc venit alloquatur dominus cantor et, si sit sufficiens, retineatur.

(93) *Veneris xxvj jullii.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Crosa, Vaudo, Lyonardi.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Johanni Jaques, pro reparatione Domine Nostre porte Aquarie, videlicet duodecim solidos monete.

Mandatur receptori ut reparari faciat pontem Malarii necnon omnes alios pontes ad eo quod aqua est magna etc.

Recepta lictera missiva a domino nostro super fichiis et macello, habita conferencia cum domino vicario et consilii sui, rescribatur maxime ratione officialatus Annessiaci.

*Martis penultima jullii.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Porrallis, Lyonardi, Paqueti, Bueti, Grossi, Planis, Vaudo, Malliard, Crosa, Ponte, de Borjali, de Sancto Michaele.

De lictera missiva domini nostri lecta, vadant d. sindici Jovis ad consilium episcopale et audiant voluntatem, et Veneris refferant, et deinde rescribatur si fuerit conclusum.

Retineatur magister scole cui detur aliquid pro salario domus sue.

De facto Buellerii vadant d. sindici ad d. vicarium et requirant quod serventur franchisesie, alioquin provideatur.

De Braseti remonstretur quod si sit morbosus se retrahat modo.

Proclametur admodiatio ponderis bladi.

*Veneris secunda augusti.*

Prepositi, Lingot, Gachet; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Porrallis, Lunes, Percivallus Peyrolerii, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Malliard, Vaudo, de Sancto Michaele, de Borjali.

Continuando responsum lictere missive domini nostri, fuit conclusum quod d. sindici requirant dominos de capitulo quod rescribant, et si nolint rescribat civitas gracias reddendo de bono velle cum supplicacionibus oportunis ut restituat curiam Annessiaci, ex quo juravit usus, consuetudines et franchisesias.

De negocio egregii Petri Floreti retulit dominus de Brandis quod ipse et d. Jo. Chapuysii appunctuaverunt quod Martis proxima veniat petiturus veniam dominis sindicis nomine communitatis, ad eo quod invasit Guillelmum Bocardii, vigillum.

(*Borgesia.*) — Glaudius Gotalis, de Rumilliaci in Albanesio, greator, habitator Gebenn., admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus, et qui prestitit juramentum oportunum. — (*Letum est.*)

(94) *Martis vja augusti.*

Lingot, Nanto, Gachet; — Levrier, Aquineaz, Paquet, Porrallis, Peyroler, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaele, de Borjali.

De cooperclo tasse domini nostri, ut alias fuit conclusum solvat civitas magistro monete id ad quod ascendet.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat magistro Johanni Guency, novo magistro scole, decem florenos pro isto anno sibi datos ultra sallarium domus.

(*De officiali et linguis.*) — Quia devenit ad noticiam quod dominus noster confirmavit officialem foraneum et confirmacio facta per summum

pontificem, appelletur de novo et prosequatur appellacio nec solvantur lingue per macellarios Longemale donec cognitum, sed differant.

Cesset hospes Bordoni hospitare hinc ad festum Sancti Michialis, propter morbum vigentem in Alamagnia.

De hospite Ensis procedatur contra eum via juris et fiat instancia erga dominum vicedompnum et procuratorem, et secundum franchisesias banniatur.

*Veneris nona augusti.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Vaudo, Malliard, Crosa.

De questa fienda pro subvencione hospitalis pestiferorum occasione lintheaminum fiant tilleti per septem parrochias quod, si qui dare velint lintheamina, tradant in manibus Hugonini de Ponte, qui describat nomina dancium.

Pervenit ad noticiam n. sindicorum quod d. Mermetus Vuarin, iudex excessuum, confiscavit bona Rojodi, qui est burgensis; quare vadant d. syndici ut reparet. Qui d. syndici accesserunt ad prefatum dominum Mermetum Vuarin et sibi exhibuerunt testum franchisesie et, ne possent infuturum reprehendi de negligencia, requisierunt quod reparet dictam sentenciam et revocet confiscacionem; alias protestantur de perjurio, cum juraverit franchisesias, qui se obtulit facturum id quod debebit, habita conferencia cum consilio domini nostri; dantur testimoniales; presentibus G. Crosa, G. Bocardi, Pe. Biolesii, monetario, testibus, ante apothecam Jo. Ballieti, apothecarii.

*Die Dominica xj augusti.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, H. Emerici, Aquineaz, Lyonardi, Grossi, Crosa, de Sancto Michaeli, Paquet.

Quia heri distulerunt macellarii Longemale solvere linguas donec foret cognitum de precepto dominorum sindicorum, peccit dominus vicarius sibi declarari causam et regressum propter quod hoc factum. Fuit conclusum quod d. syndici ei respondeant quod non fuit appunctuatus ordo in scagnis de communi consensu civitatis et officiariorum sed proclamate lingue publice sine deliberatione, etiam quia dominus noster non revocavit officialem foraneum infra mensem, ut convenit, sed confirmavit et, ut asseritur, ratificata per summum pontificem;

quare petunt primo supersedi in levacione lingarum et restitui curiam; et super omnibus rescribatur habita responsione domini vicarii.

(95) *Martis xiiij augusti*, in claustro ecclesie cathedralis.

Quatuor syndici.

(*Admodiatio ponderis bladi.*) — N. Jacobus de Expagniaco qui, nomine domini nostri, necnon d. syndici nomine communitatis, admodiant totum pondus bladi provido viro Petro Francisci, notario, presenti, tanquam plus offerenti, factis pluribus proclamatis et extinta candela, spacio trium annorum quarta hujus augusti incipiendorum et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni nonaginta florenorum p. p. per eum solvendorum tribus terminis assuetis, necnon cavere ydonee infra Veneris proximam per bonos et ydoneos fidejussores; promictentes hinc inde manutenere et solvere ut supra, submictentes maxime admodiarius omnibus curiis etc., necnon capcioni persone etc., renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus Ja. Paquet, Jo. Grossi, Jo. Bufflet, Pe. Biolesii, Johanne Ruffi, Ludovico Ravonelli, Henrico Folliosii, Jo. Sallerii, G. Bocardi.

Subsequenter, die xvj augusti, in aula nova, ad ejus preces se constituit fidejussorem et principalem insolidum providus vir Johannes Fornerii, notarius, burgensis Gebenn., qui promictit in forma, omnibus juribus renunciando, maxime principalem et cedendarum etc., et se et bona submictendo capcioni persone etc.; presentibus vigilibus, videlicet Le Corbaz, G. Bocardi, testibus etc.

*Eadem die Martis xiiij augusti*, in consilio ordinario.

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Paquet, Bueti, Grossi, Lyonardi, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaeli, Porralis, de Borjali, Malliard.

Petrus Realis, condurerius, burgi Sancti Gervasii, occasione certorum verborum per eum prolatorum contra d. syndicos, etiam super ejus detencione, se obtulit stare summarie cognicioni consilii, quam oblacionem acceptaverunt d. syndici et consilium; et conclusum fuit quod petat veniam d. sindicis, et d. syndici parcere debeant.

De lictera missiva domini nostri contra Anthonium de Bona, d. syndici vadant ad d. vicarium cum franchisesiis et quod ipse rescribat domino



quod nos non permicteremus tale scandallum fieri in burgensem contra franchisesias.

Pariter de hospite Ensis alloquantur dominum vicarium ut eum faciat ire alibi propter suspicionem et periculum.

De linguys macelliariorum fiat supplicacio domino vicario quod ultra solita et debita non cogantur macellarii.

Fiat preceptum quod claudatur porta Sancti Apri illico de nocte, mulieri ibidem commoranti.

*Veneris xvja augusti.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Peyrolier, Paquet, Grossi, Vaudo, Malliard.

(*Custos vinearum.*) — Nicodus Barberii, de Sancto Gervasio, deputatur custos vinearum de Secheyron, qui prestitit juramentum solitum et prestare teneatur in manibus castellani Gaii, quathenus opus fuerit.

LECTA supplicacione super manutencione libertatis et franchisesie contra levantes linguas, fuit approbata, et dirigatur domino officiali presentando in consilio episcopali.

(96) *Die Martis xx augusti.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Porrallis, Lunes, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte, de Borjali.

Fiat prohibicio publice ne fiant ignes de nocte in carreriis publicis, mondando canapum.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat bonbarderio, super rotulo per Paquet signato, videlicet xxv ff. vij g., et pro una veste decem florenos ad arma civitatis. — (*Letum est.*)

Pro satisfaciendo de Douris proclametur domus de Fogia et vendatur ad habendum pecunias.

Recepta quedam lictera parte Suycherorum missa, occasione cujusdam ancille in germano descripta, tradatur domino de Brandis et notificetur domino vicario, et provideatur super eadem.

De causa et supplicacione perceptionis lingarum prosequatur causa et habita responsione a domine nostro, si bonum videatur teneatur consilium generale.

Quia Petrus Prepositi herina die invasit dominum syndicum, ejus fratrem, d. syndici eum allocantur et instent ut fiat justicia.

Super differencia existente inter Petrum Neyrodi, Johannetam ejus uxorem, Jacobam uxorem Symondi Bugniet, ex una, et Petrum Biolesii, ex altera, occasione cujusdam piesone muri, de consensu parcium d. syndici commiserunt Jo. Spatule, Mermeto Coppeti et Albergatoris, qui retulerunt perquisiisse pieysonam et comperisse a parte Neyrodi murum vetus excedens murum novum de dimidio pede cum uno turno; ac tamen prenominati omnes promiserunt stare ordinacioni summarie dominorum syndicorum, qui pronunciaverunt quod dictus Biolesii possit perficere suum murum et spondam modo quo jam est incohatum usque ad tectum sine turbacione quacunque, et dictus Biolesii solvere debeat expensas lathomorum, videlicet xij g.; et hiis mediantibus fit pax inter partes, que premissa ratificaverunt, presentibus quibus supra.

*Martis xxvija augusti.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Porrallis, Lunes, Paquet, Lyonardi, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte, de Borjali.

Quia Ludovicus Durandi, macellarius Longemale, apposuit unam fedam cum bonis carnibus contra formam franchisesie, fuit conclusum quod solvat quinque solidos, medietatem fabrice et aliam medietatem bastimentis; de feda medietas erogetur pauperibus, alia vero sibi detur; quos quinque solidos illico persolvit et de quibus computet receptor de ij g. vj d.

Recepta lictera missiva<sup>1</sup> a domino nostro que concernit duos punctos: primum revocationem officialis foranei et respectu Anthonii de Bona pro quo jam rescripsit, ex quo mandavit revocari; instent d. syndici erga d. officialem ut quam cicius et melius revocet officialem; quoad vero de Bona faciant officarii eorum debitum, servata franchisesia.

De causa vero lingarum mite tractetur cum domino nostro, actento quod mandavit revocari officialem foraneum.

Respectu egregii Petri Floreti, sensciatur ab eo si velit stare appunctamento arbitrorum vel ne.

<sup>1</sup> Ivree, 22 août [1493]. Arch. de Genève, P. H., n° 781.

(*Custos vinearum.*) — Johannes Verneyer, habitator Sancti Gervasii, deputatur custos vinearum de Secheyron, qui juravit in forma etc., et prestet juramentum in manibus castellani Gay.

(97) *Veneris peneultima augusti.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Gavid, Lunes, Porrallis, Paquet, Lyonardi, Crosa, Vaudo, Malliard.

De officiali foraneo instent d. sindici erga d. officialem ut revocet quamcunq; alioquin protestentur cum lictera testimoniali.

Ludovicus Pertens apperiat apothecam ipse et non ejus servitores qui fuerint infecti.

De Petro Copponay, alias Gabet, qui vendidit fedas cum bonis carnibus, puniatur secundum franchisesiam.

(*Protestacio.*) — Illico prefati d. sindici accesserunt ad domum venerandi domini Petri Grueti, officialis, quem nomine communitatis requisierunt quatenus illico, juxta formam licterarum domini nostri revocaret officialem foraneum Annessiaci, alioquin si per moram aliquod dampnum eveniat, protestati fuerunt de habendo recursum ad eos et eos contra quos etc.; et de hiis licteras testimoniales; qui dominus officialis hoc se obtulit facturum et quod hodie mictet illuc Franciscum Mariglerii, servientem, cum licteris et copiis revocationis et inhibitionis, et de hiis omnibus testimoniales, in camera ejus domus habitacionis, presentibus provido Claudio Samoem, notario, et Roleto Rosseti, chapellerio, burgensibus Gebenn., testibus etc.

*Die Dominica prima septembris*, in refectorio Fratrum Minorum.

Quatuor sindici; — Gavid, Aquineaz, Planis, Braset, de Crosa, Peyrolier, Maliard, Paquet, Bueti, Grossi.

Respectu lingarum macelli Longemale, fuit conclusum quod macellarii solvant si velint et non se opponant d. sindici nec etiam consenciant sed dimictant onus macellariis, dummodo restituatur juridictio in suo primo esse.

*Martis tercia septembris.*

Quatuor sindici; — Vaudo, Grossi, Planis, Malliard.

Domini sindici retulerunt quod heri fuerunt ad d. vicarium et eum requisierunt quod cum effectu restituatur curia et quod si hoc fiat non

se opponent solucioni lingarum; et d. vicarius respondit quod in casum in quem non restituatur curia in integrum, quod tunc et eo casu non solvantur lingue.

(98) *Veneris sexta septembris.*

Quatuor sindici; — Crosa, Malliard, Vaudo.

(*Borgesia.*) — Bartholomeus filius quondam Humberti Guyneti, de Versoya, condurerius, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis p. p., qui juravit in forma. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Michaeli Lyonardi, Bernardino Margueriaz et Petro Mariglerii, qui heri fuerunt missi post Alamanum qui occidit hospitem Fatui Corraeterie, ad eundem detinendum, et qui vigillaverunt tota nocte in ponte Chanciacy, videlicet decemocto solidos.

Conquesti fuerunt vicini carriere porte Sancti Leodegarii quod heri post prandium Johannes de Choumons et Bastardus de Expagniez occidere voluerunt dominum Henricum Tissocti, curatum de Expagniez, et ciderunt vestem et calligas; ob quod pecierunt justiciam ministrari. Quibus auditis, sumptis informacionibus per Crosa, per quas constat quod si non fuisset uxor Patri occidissent et quod jam pluribus vicibus eum perquisierunt de nocte cum ballistis tensis, fuit conclusum quod capiantur invasores et fiat justicia.

*Post prandium, eadem die.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Lunes, Lyonardi, Paquet, Vaudo, Malliard, Ponte, Grossi.

Quia d. sindici requisierunt de Quarro, locumtenentem d. vicedompni, quatenus caperet invasores curati Expagniaci juxta informaciones per Crosa sumptas, qui recusavit asserendo se habere in mandatis quod non faceret, quare requisierunt licteras testimoniales quas exhibuerunt; fuit conclusum quod d. sindici vadant ad d. vicarium et conquerantur et petant justiciam ministrari, deinde vadant ad magistrum hospicii petendo si eosdem malefactores velit advodiare tanquam suos servitores, et audita relacione, si de jure fieri debeat compeditentur forefactores in franchisesiis existentes.



*Martis decima septembris,*

Quatuor syndici; — Braseti, Porrallis, Peyrolier, Paquet, Lyonardi, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte, de Borjali.

De ala civitatis fiat injunctio albergatariis quod reparent et faciant fieri pavimentum.

De macellariis, uti fuit appunctuatum in presencia domini nostri servetur appunctuamentum.

(*Martis.*) — Ad comperendum pecunias pro satisfaciendo Foyssiaz videantur computa et arreragia per d. syndicos et Braseti ac de Borjali, et refferendum Martis.

De hospitibus et etiam ratione debitorum, d. syndici vocent desinarios et precipiant quod ipsi advideant subdictos ut sint muniti armis invasivis et deffensivis pro evictacione debitorum.

Cridetur iterum domus de Fogia.

(99) *Martis xvija septembris.*

Quatuor syndici; — Braseti, Porrallis, Lyonardi, Aquineaz, Vaudo, Borjali, Grossi, Crosa.

(*Borgesia.*) — Stephanus filius quondam Mermeti Panchaudi, de Confignon, barbitonsor, habitator Gebenn., parrochie Sancti Leodegarii, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis, et qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Proclametur vinum novum ad tres denarios quarteronum duntaxat.

Recepta lictera missiva a Francisco de Fogia, qua lecta actento tenore vadant d. syndici ad d. vicarium et exponant qualiter fuit pridem secretarius et thesaurarius<sup>1</sup> et penes se habet jura, et quod cum domino procuratore accedatur ad domum et inventarizentur pro conservacione civitatis jurium.

(*Veneris.*) — Ad comperendum pecunias pro Foyssiaz, cras de mane videantur computa nova et vetera per Braseti, Borjali, Porrallis et Grossi, Veneris refferendum.

<sup>1</sup> François de la Foge avait été secrétaire en 1457 et trésorier de 1468 à 1482. — Voir t. I, p. 161; t. II et IV, passim.

*Martis xxiv<sup>a</sup> septembris.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Braseti, Porrallis, Lunes, Grossi, Malliard, Vaudo, Borjali.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat vigilibus pro pulsacione grosse campane videlicet x ff. — (*Letum est.*)

Dantur testimoniales honorabili mulieri Girarde de Cruce, relicte Anthonii Rodulphi, notarii, examinatis duobus testibus super morte Roline, ejus filie, que decessit in hospitali pestiferorum morbo epidemie, et que prius instituit heredem dictam Girardam, ejus matrem.

Maneant barbitonsor et ceteri servitores in hospitali pestiferorum per totum hunc mensem.

Videatur recepta et librata thesaurarii hujus anni ad sciendum si poterunt comperiri pecunie ad satisfaciendum Foyssiaz cras mane.

Et iterum cridetur domus de Fogia et notificetur per septem parrochias nec expediatur sine majori deliberacione.

Puniantur macellarii qui carnes infectas vendiderunt et ad hoc instent d. syndici.

Pariter puniantur qui vinum novum vendiderunt ultra cridas.

(100) *Veneris xxvija septembris.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Crosa, Vaudo, Grossi.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo Guilliocti alias Machar, pavisserio, super rotulo, recepto juramento, pro reparacione muri ale ante Domum ville, de vj ff. viij g. — (*Letum est.*)

Fiat monitorium generale contra detinentes jura civitatis.

*Martis prima octobris.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Braseti, Porrallis, Lunes, Peyrolier, Lyonardi, Bueti, Paquet, Crosa, Grossi, Vaudo, Malliard, Ponte.

(*Testimoniales.*) — Dantur testimoniales magistro Johanni Heling, chirurgico barbato, quod ipse est sufficiens, ydoneus et expertus in cissuris, rupturis etc., et plures visitavit in hac civitate Gebenn. absque eo quod aliquis perierit in ejus manibus; equidem || Ludovicus || Jacobus, ejus filius. — (*Letum est.*)

Remaneant visitatores pestiferorum in hospitali per totum hunc

mensem et vacuent morbosi hanc civitatem videlicet hospes Bordoni et Panisset.

Quia magister hospicii nomine domini nostri peciit d. sindicis quatercentum ff. conventos pro curia, fichiis et macello, et vij<sup>c</sup> ff. acceptos super episcopatu tempore perturbacionis, fuit conclusum quod videatur erga Richardi lictera obligacionis dictorum vij<sup>c</sup> ff. et inde consulatur si dominus noster habeat actiones contra civitatem, et consulto refferatur in consilio ordinario.

Claudatur hospitale pontis Rodagni propter peregrinos pestiferosos ad vitandum majora scandalla et morbosos.

Ad habendum pecunias pro Foyssiaz, videantur particulariter arregia bona, et si non sint sufficiencia, vendatur domus de Fogia plus offerenti.

Solvant pref[s]biteri vinum intratum post festum Sancti Martini.

(Martis.) — De gabellariis sive admodiariis videatur rotulus resecatu per Paquet et Ponte ad Martis.

*Veneris quarta octobris.*

Quatuor syndici; — Peyrolier, Paquet, Lyonardi, Grossi, Planis, Malliard, Vaudo.

Johannes Ballieti exposuit quod Lyvinus, ejus filius, detinetur in domo episcopali nescit qua de causa; quare supplicavit sibi franchisesias observari. Fuit conclusum quod d. syndici vadant ad d. vicarium et inquirent de causa detencionis et requirant franchisesias observari.

(Martis.) — De vino sive musto vendendo remittitur Martis. Et pariter de thesaurario etiam respectu lignorum Jo. Focquerii et aliorum.

Respectu morbosorum et infectorum alloquatur d. vicarius quod fiat crida quod morbosi non veniant ad hanc civitatem.

Quoad revenditores caseorum prohibeant eis ad partem d. syndici quod non emant caseos ad revendendum die Veneris neque die Sabati ante duodecimam horam et sub penis in franchisesiis comprehensis.

(101) *Martis octava octobris.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Porrallis, Lunes, Peyrolier, Paquet, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli.

De vino novo fuit conclusum quod permictatur vendi quatuor denariis quarteronum, non obstante ultima crida, pro subvencione pauperum, et hoc impugne.

De domo relicte Coquini, sita in carreria Civitatis, que minatur ruynam, visitetur et si ruynosa, refferatur domino vicario quod apponat remedium; ad idein de domo n. de Sollerio et de domo domini Ranversi.

De lignis et occupatoribus platearum communium portus Lacus et revenditoribus, d. syndici se informet et refferant in consilio ut inde apponi possit precium lignis vendendis.

Thesaurarius exigit ut solitum est a quibuscunque cum omni diligencia et instancia, nec impediunt d. syndici ejus recuperam et cridetur iterum domus de Fogia et plus offerenti expediatur; et solvat thesaurarius ut assuetum est.

Supervenit n. Anthonius de Monte, filius Petri de Monte, alias Jaqueti, qui, cum sit filius naturalis et legitimus dicti Petri, nichilominus Lyonardi occupat et detinet ejus bona paterna, quare supplicavit sibi illa relaxari, et qui exhibuit licteras sue licencie cum sit servitor serenissimi regis Franchorum, et requisit licteras testimoniales. Fuit conclusum quod d. syndici allocantur Lyonardi, et si via amicali possint eos concordare fiat, sinautem vadant d. syndici ad d. vicarium et instent ut sibi justitia ministretur et prestent favores oportunos.

*Veneris xj octobris.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Gavit, Porrallis, Peyrolier, Grossi, Crosa, Vaudo, Paquet, Lunes, Braseti.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Aymoneto Bessonet de summa xv ff. iij g. ij d. super rotulo per Paquet. — (*Letum est.*)

(Mandatum.) — Fiat mandatum Johanni Jaques de summa iiiij<sup>or</sup> ff. xj g. vj d. super rotulo per Paquet. — (*Letum est.*)

Supervenit Petrus Prepositi qui supplicavit fieri appunctuamentum inter eum et d. syndicum, ejus fratrem, qui promiserunt stare summarie cognicioni aliorum d. syndicorum et consilii.

N. Anthonius de Monte, filius naturalis et legitimus quondam Petri de Monte alias Jaqueti, suo ac n. Glaudii et Mermeti, ejus fratrum, nominibus, et providus vir Anthonius Lyonardi, notarius, super eorum differentiis occasione hereditatis dicti quondam Petri de Monte,



promiserunt ad sancta Dei Evvangelia in mis notarii tacta stare et acquiescere summarie ordinacioni d. sindicorum et consilliariorum consillii ordinarii, absque pena, cum renunciacionibus oportunis etc. — Janyni. — Presentibus venerabilibus Anthonio de Estanchia et Andrea de Stabulo, capellanis, ac Petremando de Malodumo, testibus. — Janyni.

(102) *Martis xv octobris.*

Lingot, Gachet, consindici; — n. Pe. de Pesmes, Braseti, Lunes, Lyonardi, Bueti, Grossi, Borjali, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte, de Sancto Michaele.

(*Borgesia.*) — Franciscus Bernardi, de Chamberiaco, macellarius, habitator Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis p. p., et qui prestitit juramentum solitum in forma. — (*Letum est.*)

De facto et diferencia Lyonardi et Anthonii, filii Petri de Monte, requisit dictus Anthonius appunctuari, equidem Lyonardi, et paratum se obtulit stare cognicioni d. sindicorum et consillii, ac facere omne id et quicquid de jure facere tenetur. Remittitur ad cras mane, et tunc vocetur consilium ordinarium.

De detento, licet fuerit captus sine informacionibus, fiat justicia, et infuturum non capiantur criminosi sine informacionibus, nisi comperti fuerint in fragranti crimine.

De diferencia inter d. sindicum Prepositi et ejus fratrem, veniat Petrus et petat veniam d. sindicis et consilliaris de injuria et invasione illatis domino sindico, ejus fratri, et quam veniam imparciantur d. sindici et consilium; et super negocio principali cum domino vicario eos concordent.

Quia Sabati lapsa, in Mollario, Glaudius Taconis levavit cuidam agricole linguam unam, vadant d. sindici ad d. vicarium et requirant quod servetur franchisesia, nec permittant levare; et si d. vicarius velit deputare duos doctores, de consilio ordinario deputentur duo alii doctores, qui videant in jure si hoc sit permittendum vel ne.

Exigat thesaurarius nec occupent d. sindici ejus recuperam.

*Veneris xviiia octobris*, congregatis cum ordinario: quatuor sindici; — ven. domini R. Conodi, Franciscus de Veyriaco, Anselmus Velluti;

— Lyonardi, Paquet, G. de Castronovo, A. Gule, Jo. Albi, Glaudius Cadodi, Michaudus Cornuti, Jo. de Platea, Hugoninus de Rages, Ja. Nepotis, Aymonetus Sonnerii, Amedeus Magnaz, Jo. Jaques, Planis, Vaudo, Malliard, Pe. Orsieres, Nicolaus Gentilis, Hudriodus Ferrati, Jo. Vallet, Jo. Bocardi, Franciscus Bernardi, Anthonius Millanesii, Pe. Falqueti, Anthonius Cochonis, Aymonetus Bessonet, Pe. Gabet, Glaudius Arnodi, Ja. de Verulphis, Perretus Chenuti.

Vendatur sive albergetur domus de Fogia plus offerenti, prius factis cridis, pro satisfaciendo creditoribus, maxime Foyssiaz, Douris et aliis, ad evictandum talliam et gabellam.

Non permittant d. sindici quod leventur lingue die fori in plateis publicis, videlicet Mollarii et aliis, sed se opponant et via juris procedant alloquuto d. vicario et dominis de consilio episcopali, et servetur libertas et franchisesia.

Respectu Francisci Bernardi, novi burgensis, qui erexit macellum in ejus domo supra pontem Rodagni, si prohibeatur aliis ultra tria loca ordinata equidem prohibeatur illi et non alias, quia cum sit burgensis, debet gaudere privilegio sicut ceteri qui extra loca ordinaria vendunt carnes.

(103) *Martis xxij octobris.*

Prepositi, Nanto, consindici; — Porrallis, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaele, de Borjali.

Super negocio d. sindici Prepositi et ejus fratris, dictus Petrus Prepositi supplicavit veniam impartiri de offensa que ex deliberatione consillii fuit impartita ratione officii; et juravit nunquam invadere neque insultum committere, sub pena in franchisesiis comprehensa.

Magister scole porrexit supplicacionem super edificio scole; deputantur sollicitatores d. sindicus Gachet et Jo. Grossi ad incohandum edificium.

Occasione detenti, lecta lictera missiva domini Petri Millieti, prefigatur terminus ad dicendum causam quare aufugit et in Rodagnum se projecit, et si non sit causa justa torqueatur.

Permittant officarii vendi vinum de Semina et de Submons ad vj d. quarteronum, dummodo fuerit facta visitacio quod sit de eisdem locis, et hoc impugne.

Quia Anthonius Bulliffroz visitavit morbosos in partibus Vaudi, prohibeatur ei frequentacio civium et expellatur a civitate per aliquod tempus.

Quia d. sindici presentaverunt d. vicario septem testes super libertate et franchisesia fori occasione linguarum, approbatur et instent totis viribus quod servetur libertas nec permittant quod leventur lingue die fori in plateis publicis.

*Veneris xxv octobris.*

Prepositi, Lingot, Nanto; — Crosa, Vaudo, Lunes.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut intret Petro Mariglerii, fornerio, xv solidos super firma domus furni, pro uno centum cum dimidio fassarum combustarum in aula Domus ville. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Jacobo Machardi, pavisserio, in deductionem pavimenti porte Baudet facti et fiendi. — (*Letum est.*)

Egregius de Crosa, Perretus Chenuti, Frochet, Glaudius Arnodi et Jacobus de Fontana requisierunt reparari viam de Lamandollier, quibus d. sindici convenerunt dare quatuor burgenses per eos comperiendos, et quod semper incoherent opus.

Respectu domus de Fogia, egregius Anthonius Richardi, nomine d. cantoris et de ejus precepto, se obtulit daturum xij<sup>c</sup> ff., dummodo albergetur et vacua expediantur.

(104) *Die Lune xxvii<sup>a</sup> octobris*, in claustro, presentibus :

Prepositi, Lingot, Nanto; — Lunes, Pe. Arlod, G. Joly, Ste. Bonijohannis, Jo. Navetaz, Meynodo Salterii, Ny. Janini, Hudriodo Ferrati.

(*Admodiatio alarum.*) — Domini sindici, nomine tocus communitatis, factis prius pluribus proclamatis tam per civitatem quam in dicto claustro, admodiaverunt Johanni Grossi, civi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti, extinta candela ut moris est, videlicet terciam partem alarum veterum, grossi ponderis et ruagii pertinentem civitati, spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, sub firma quatercentum et decem florenorum p. p., cum honore et onere, perdis, lucris et valliis assuetis et non assuetis, solvendorum terciam partem in proximis nundenis Epiphantie Domini, aliam terciam partem in nun-

denis Pasche et reliquam terciam partem in nundenis augusti sequentibus cum dampnis etc.; promictentes solvere et cavere ydonee die Martis proxima, et d. sindici manutenere; submicentes se omnibus curiis, per quas volunt cogi, capi, detineri etc.; renunciantes etc. Actum in dicto claustro, presentibus Petro Arbalesterii, Michaele Lyonardi, Jo. Serraceni, vigillibus, cum pluribus aliis testibus etc. — Janyni.

(*Admodiatio gribelli.*) — Pariter admodiant dicto Johanni Grossi terciam partem gribelli spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, sub firma quindecim florenorum p. p., solvendorum ut supra et modo quo supra ac quibus supra presentibus.

*Martis xxix octobris.*

Prepositi, Lingot, Nanto, consindici; — Aquineaz, Porrallis, Lunes, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, de Ponte, de Borjali.

(*Borgesia.*) — Magister Aymo Juglardi, notarius, de Megeva, habitator Gebenn., parrochie Sancte Crucis, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis, qui prestitit juramentum solitum in forma. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario ut solvat Glaudio Brecolens, serraliono, super rotulo, videlicet xij g. monete.

Quia Bertodus Gaux, carpentator, extraxit fichiam suam, visitent d. sindici locum et faciant fieri quod debet, et provideant d. sindici quoad cursum aque.

(*Donum.*) — Fiat donum thesaurario regi Romanorum de una amphora malvatici et una ypocrati, et eum vadant ad visitandum d. sindici cum quatuor quarteronis vini albi et totidem rubei.

Puniantur vendentes vinum ultra vj den. quarteronum, licet sit de Submons et de Semina.

De curia Annessiaci vadant d. sindici ad consilium episcopale et advertant quod provideant, et si opus fuerit, rescribatur domino nostro.

Vendatur seu albergetur pro satisfactione debitorum precio xij<sup>c</sup> florenorum, et prius tractetur cum de Fogia ut rescindatur obligacio.

Caveat Johannes Grossi admodiacionem heri factam.

Quia Henricus Oddet replevit fossalia civitatis ultra Arerem, visitent d. sindici et tolli et amoveri faciant.



(105) *Martis quinta novembris.*

Quatuor sindici; — Levrier, Lunes, Paqueti, Lyonardi, Bueti, Planis, Vaudo, Crosa, Malliard, Ponte.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Johanni Gallatini, pro penis et laboribus custodiendi claves portarum pontis Rodagni et Corraeterie, videlicet duos florenos. — (*Letum est.*)

Exigat totum et solvat totum thesaurarius ut est assuetum nec impediant d. sindici ejus recuperam.

Domini sindici visitent ligna portuum Lacus vocatis duobus aut tribus consilliaris, mictigando precium lignorum.

Respectu domus de Fogia, albergetur d. vicario precio xij<sup>c</sup> ff. et tractetur cum Francisco de Fogia, vocato Roletto Nicolay, super v<sup>c</sup> ff., quia non observavit promissa.

*Veneris octava novembris.*

Quatuor sindici; — Vaudo.

(*Borgesia.*) — Petrus Vallerii, de Droysier, mandamenti Clarimontis, parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis p. p., qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Recepta lictera missiva a dominis Bernensibus in favorem Jacobi de Chatonay contra n. Roletum de Pesmes, qua lecta d. sindici vadant ad d. vicarium et eam exhibeant et requirant quod justiciam ministret, cum lictera testimoniali.

*Die Lune xja novembris, in claustro.*

Prepositi, Lingot, Gachet; — Paquet, G. Roget, Ste. Bonijohannis, Laurencius Neyrodi, Jo. Marlii, A. Millanesii, Andreas Nygri, Mermetus Pilliodi, Pe. Monachi, Jo. Guillelmi, Monetus Driseti, Henricus de Nemore, Ludovicus de Lestelley, Pe. Potrelli, Franciscus Moreni, Jo. Chavane, Jo. Grossi, Ste. de Putheo, Philibertus de Vaudo.

(*Admodiatio introgii bossetorum.*) — D. sindici, nomine tocus communitatis, admodiaverunt Nicodo Janini alias Collogniez, civi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti, factis pluribus proclamatis, tam per carraphos civitatis quam in claustro, et extincta penitus candela, videlicet introgium bossetorum vini, prout est assuetum admodiari solitorum,

spacio unius anni hodie incohendi et simili die finiendi, sub firma quartercentum et viginti quinque florenorum p. p., quia nemo plus daturum se obtulit, solvendorum terciam partem in proximo festo Nativitatis Domini, aliam terciam partem in sequente festo Pasche et reliquam terciam partem prima mensis augusti, cum dampnis etc., et hoc cum honore et onere, perdis, lucris et ovalliis assuetis et non assuetis; promictentes solvere et manutenere etc.; submictens se admodiarius omnibus curiis per quas vult capi etc.; dictusque admodiarius, die crastina id[on]ee cavere etc.; renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus Pe. Arbalesterii, Jo. Gallatini, Michaele Lyonardi, Glaudio Bocardi, vigillibus, testibus, etc. — Janyni.

(106) *Martis xija novembris.*

Quatuor sindici; — dominus de Brandis, Aquineaz, Porrallis, Peyrolier, Paquet, Bueti, Lunes, Grossi, Lyonardi, Planis, Crosa, de Sancto Michaele, de Ponte, Vaudo, Malliard, de Borjali.

(*Albergamentum.*) — || D. sindici, de consilio quorum supra, insequendo deliberationes quamplurimas consilliorum generalium et ordinariorum, albergant et titulo albergamenti tradunt n. Gonsaldo de Malvenda, burgensi Gebenn., presenti, stipulanti etc., domum que fuit Girardi de Fogia, sitam in carreria Macelli Veteris, juxta domum egregii Pe. Levrierii ex oriente, domum Aymonis Chapellerii ex occidente, cum curtilli retro, sub introgio xij<sup>c</sup> florenorum habitorum et sub censa et servicio trium solidorum annualium, constante instrumento hodie per me recepto, in presencia quorum supra necnon presentibus egregio Anthonio Richardi, ducali secretario, Anthonio Leporis, Jo. Chavane, Francisco Patri, Johanne Marlii, Jo. Bertrandi etc. || — (*Levatum est.*) — (*Vide retro.*)

|| Et fuit conclusum quod ipse nobilis Gonsaldus albergatarius et sui possint et valeant se juvare et uti quadam parva turri juxta dictam domum, uti usus fuit quondam Girardus de Fogia, hoc addito quod quocienscunque fuerit neccesse, eveniente aliqua guerra, civitas possit se juvare dicta turri. || — (*Letum est.*)

Recepta et lecta lictera missiva a dominis presidente et magistris computorum Chamberiaci respectu dimidiorum grossorum et cartorum de Treves, Avinionensium, Montisdraconis et Orenge, fuit conclusum

quod d. sindici conferant cum dominis de consilio episcopali, et inde fiat secundum tenorem franchisesie.

Non tollatur libertas vendicionis carniū cum bene sit neccessaria, sed servetur quia matura deliberatione fuit concessa et publice cridata de consensu principis.

Ex quo dominus thesaurarius summi imperatoris pergit ad dominam duchissam Sabaudie, fuit conclusum quod rescribatur domino nostro ad causam nundinarum secundum capitula per dominum de Malvenda fienda in presencia domini de Brandis, dominorum sindicorum, Aquineaz et d. de Expagnia.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut intret admodiariis introgii bossetorum vini, pro quaterviginti bossetis et xxiii<sup>or</sup> animalibus tam ad causam monetariorum, magistri Johannis medici, Viennesii et Foyssiaz, videlicet xx ff. viij g.; residuum solvant admodiarii.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut libret d. sindico Gachet, Lunes, Malliardi et Grossi ad hoc deputatis, pro incohacione scole, videlicet quinquaginta florenos. — (*Letum est.*)

(*Caucio.*) — Johannes Gros[s]i, admodiarius alarum, secundum conventa cavet per d. sindicum Petrum Gacheti, quem promisit servare indempnem, et qui promiserunt in forma, quilibet insolidum, submittendo se omnibus curiis per quas capi etc.; et renunciant omnibus juribus etc., maxime fidejussor principalem prius fore conveniendum etc. Actum ubi supra, presentibus Jo. Chavane, Francisco Patri et Johanne Marlii. — Janyni.

|| Ex deliberatione consilii d. sindici de precio introgii domus supra albergate deposuerunt et consignaverunt in manibus honorabilis viri Lyonardi Aquineaz mille et centum florenos p. p., pro satisfaciendo creditoribus civitatis in instrumento albergamenti mentionatis, sub tali condicione quod ipsi d. sindici ratificari faciant in primo consilio generali necnon dictam domum albergatam albergatario reddere vacuum et debrigatam infra unum mensem proximum, alioquin premissis non impletis, dictus Acquineaz teneatur et debeat restituere albergatario prementionatos mille centum florenos et sit quictus de deposito. Et ita est obligatus erga albergatarium prefatus Aquineaz, instrumento per me recepto; de reliquis vero centum florenis precii introgii, dictus albergatarius, non obstante quictancia in instrumento albergamenti

facta, est obligatus erga civitatem et promisit illos solvere infra mensem aut quictanciam afferre de centum scutis per communitatem pridem conventis n. et generoso Anthonio de Rossillione dicto Bovardi, pro eo quod debebat fieri facere per magnificum ducale consilium declarationem civitatem Gebenn. non teneri ad solucionem aliquorum subsidiorum prout nec tenetur, et, licet non fuerit facta declaratio, pro ejus laboribus et penis fuerunt sibi dati centum floreni pro omni solucione dictorum centum scutorum. — (*Solvit totum in manibus receptoris et habet quictanciam.* — Janini).

(107) *Veneris xv novembris.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Lunes, Peyrolier, Paquet, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Borjali, Ponte.

Visitentur et illico domus ruynose civitatis et illico tollantur pericula si que sint, vocatis officiariis.

Non diminuatur censa domus de Fogia, cum istud non possit fieri per consilium ordinarium actenta incorporatione in computis ordinariis.

Domini sindici cum officiariis faciant prohibiciones hospiti in domo cujus externa die mortuus est quidam peregrinus ne intret civitatem, sed claudat ejus domum saltem per unum mensem.

(*Caucio introgii bossetorum.*) — Nicodus Janini, admodiarius introgii bossetorum vini, ut convenit, cavet per honestum virum Johannem Grossi, civem Gebenn., ejus in admodiacione socium, et quemlibet insolidum; promictunt solvere etc., terminis in admodiacione comprehensis, se et quilibet ipsorum, submittendo omnibus curiis secularibus per quas capi, cogi et compelli etc., in majori forma; omnibus propterea juribus renunciando; presentibus Glaudio Boulet, conreatore, Gringaux, Nicodo de Villario, Guillelmo Bocardi.

(*Borgesia.*) — Petrus filius quondam Petri Mondet, de Chillier, parrochie Doveni, admittitur burgensis pro octo ff., escofferius, habitator Marie Magdalenes. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut libret Hugonino de Ponte, pro solucione fienda servitoribus hospitalis pestiferorum, videlicet xxv ff. — (*Letum est.*)

Lecta lictera mictenda r. domino nostro occasione nundinarum, informetur magister hospicii de comodo ejusdem r. domini nostri.



Quia n. Jacobus de Expagniaco exposuit quod dominus noster ei rescripsit occasione iiiij<sup>c</sup> ff. sibi pridem conventorum pro officialatu, macello et fichiis, quia non observavit contenta in instructionibus nichil possunt hic concludere sine magna deliberatione consilii generalis.

*Die Dominica xvija mensis novembris*, in claustro ecclesie cathedralis voce cride et ad sonum majoris campane congregatis:

Quatuor sindicis; — venerabilibus dominis Aymone de Lornay et Petro de Sollerio, canonicis, necnon d. Mermeto Vuarin, iudice excessuum; — ac Johanne de Lunes, Jo. Malliardi, Pe. Porrals, Amedeo Gule, Jo. Grossi, Jo. de Cresto, Jo. de Bolo seniore, Roletto Bordaz, Jo. Frochet, Jo. Fontanelli, Jo. Magnini, Roletto Puensillion, Francisco Galleii, Philippo Marchiandi, Ste. Boviez, Jo. Mollet, Claudio Ludrici, Girardo Vuchardi, Guillelmo de Laz Doy, Andrea Nygri, Jo. de Fontana conreatore, Petro Borgesii, Claudio Canalis, Roletto Vigniez, Jo. Monachi, Pe. Boconis, Ay. Chapellerii, Baldisaldo Sec, Gauterio Bricodi, Nicodo Regis, Ludovico Jo. Petri, Ludovico Philippi, Sermeto de Ponte, Jo. Jacodi, Bastiano Frepperii, Oddeto Paquet, Lyonardo Boytet, Jo. de Chambet, Pe. Noblet, Girardo de Putheo, Jo. Benevenuti, Richardo Benevenuti, Amedeo Pilliodi, Andrea Pensieriz, Nicodo Gantini, Christino Rosseti, Stephano Manget, Symondo Bugniet, Claudio Pilliodi, Jo. Tiollerii, Pe. Ruffi, Anthonio Lyonardi, Ja. Paqueti, Jo. Marlii, Pe. Jo. Bruni, H. Beatrisii, Ludovico de Martereto, Andrea Jordani, Francisco Bechodi, Francisco Poysat, Petrimando Bonivardi, Amedeo de Tulia, Jo. Barachini, Pe. Blonnex, Andrea Chesnuz, Ludovico Brand, Anthonio Peccolat, Jacobo Terrerii, Furtino de Forcadaz, Dominico Sallati, Pe. Mugnerii, Henrico Bochuti, Mermeto Betens, Pe. Hospitis, Jo. Gay, Pernodo Vullier, Ste. de Putheo, Jo. Bertrandi, Claudio Somaretaz, Francisco Marchiandi, Jo. Bocardi, Pe. Flory, Pe. Salterii, Jo. Pilliodi, Pe. de Crouz, Pe. Alliodi, Jo. Flory, Pe. Falqueti, Anthonio Milanessii, Claudio de Castronovo, Colineto Crosley, Anthonio Richardi, Jo. Amyaux, Guigone de Prato, Moneto Bessonet, Jacobo de Nemoribus, Claudio Violeti, Francisco de Bard, Pe. Potrelli, Aymone Challamelli, Hectore de Rages, Bastiano de Nemore, Hugonino de Rages, Jo. Spatule, Ste. Bonijohannis, Humberto Gosset, Moneto Comitiss, Amedeo de Leta, Jo. Jaques,

Jacobo de Rua, Pe. Rosaz, Nicodo Janini, Guillelmo Chapuysii, Jo. Regis, Mermeto Turchet, Jo. Comitiss, Pe. Biolley, Pe. Mantillion, Pe. Monachi, Claudio Rolandi, Pe. Villiet, Stephano Burgondi, Rolando Boni, Jo. Perrodi.

(108) (*Ratificacio.*) — || Quibus supranominatis cum pluribus aliis ut supra, voce cride et ad sonum grosse campane, ut moris est in unum congregatis, pro consilio generali tenendo, ac dictum consilium faciendo et tenendo, totamque communitatem representando et de negociis ejusdem pertractando, prius per d. syndicos organo Prepositi informatiss de albergamento per eosdem d. syndicos et consilliariss factis de domo que fuit Girardo de Fogia, nobili Gonsaldo de Malvenda, sub introgio xiiij<sup>c</sup> ff. et trium solidorum pro censa annuali, pro necessitatibus civitatis et satisfaciendo creditoribus in instrumento albergamenti mentionatis, omnes supranominatis, suis et aliorum nominibus ac nomine tociss communitatis, scientes etc., dictum albergamentum ut supra nobili Gonsaldo factum, licet absenti me tamen notario stipulante, laudaverunt, ratificaverunt et approbaverunt unanimiter, nemineque discrepante; promiccentes una [vo]ce et uno consensu, ut moris est, habere ratum etc., necnon dictam domum manutenere sub ypotheca quorumcunque emolumentorum, jurium et obvencionum dicte civitatis, ut promiserunt d. syndici et consilliariss, cum renunciacionibus oportunitis. Actum in claustro, presentibus Guillelmo Bocardi, Michaeli Lyonardi, Petro Arbalesterii et Bajoles, vigillibus, cum d. canonicis supranominatis, testibus etc. — Janyni. || — (*Levatum est.*)

(*Venda vini.*) — Et ibidem fuit gictata venda vini, de consilio d. canonicorum, ad sex solidos.

*Martis xix novembris.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Lunes, Lyonardi, Paquet, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, H. Ponte, de Borjali.

(*Mandatum.*) — || Mandatur thesaurario ut solvat Michaeli Lyonardi, vigilli, pro serviciis suis ut est assuetum sex ff. super uno burgensi per eum comperiendo. || — (*Letum est.*)

Respectu verberis die Dominica proxime lapsa facti per quendam Anthonium, servitorem d. Bastardi, in personam organiste, d. syndici, vocato vicedompno et procuratore, vadant ad dominum Bastardum

et instent ut capiatur et justitia ministretur et quod reddat eum captivum.

Instent d. sindici erga d. vicarium ut injungat inquillinis domus de Fogia ut vacuent.

Fiant cride publice quod nemo post nonam horam discurrat per civitatem et extranei non defferant gladia sub pena trium extripatarum.

Rescribatur domino nostro tam super lictera missiva cum instructionibus et mictatur aliquis ydoneus ad causam officialis foranei, insultuum et banchorum.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat vigilibus, pro eorum vestibus ordinariis, videlicet triginta florenos. — (*Letum est.*)

Respectu introgii bossetorum occasione Guillelmi Bardini, remaneat pignus donec venerit mansurus in hac civitate, et omnes solvant nisi excreverit in eorum vineis, super quibus se informent cum juramento etc.

(*Borgesia.*) — Ludovicus de Thoyria, de Sancto Jorio, gretor, habitator Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo ff. et juravit in forma. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Jacobus Branchu, de Clusa Loci Dei, cutellerius, habitator Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo ff. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Petrus Vyoneti, cutellerius, de Callia, habitator Sancti Gervasii, pro octo ff. admittitur burgensis. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Andreas de Pratis, de Copponex, mugnerius, habitator Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo ff. — (*Letum est.*)

(109) *Hora meridiana.*

D. sindici acceperunt ad d. vicarium eundem requirendo ut accedere vellet cum eisdem ad d. bastardum Breysie et faceret instanciam quod idem dominus remicteret ejus servitorem qui verberavit organistam, de cujus morte dubitatur, et nedum contentus idem servitor discurrat per civitatem hora suspecta ense evaginato, quod tollerandum non est; et de hiis pecierunt licteras testimoniales. Qui d. vicarius se post vespas obtulit paratum ire cum d. sindicis et facere possibibem instanciam.

*Veneris xxij novembris.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Gavid, Grossi, Crosa, Vaudo, Ponte.

Recepta quedam lictera missiva a n. Ludovico domino Serrate contra Guillelmum Rogeti, d. sindici communicent eam in consilio episcopali, et si portitor petat responsionem, rescribatur distinte etc.

De lictera missiva et de mictendo ad r. d. nostrum eligitur Gabriel de Borjali cum instructionibus super tribus punctis: nundinarum, officialis Annessiaci et insultuum et verborum acque officiariorum.

Domini sindici mictant in possessione n. Gonsaldum de Malvenda domus sibi albergate et injungant inquillinis ut vacuent.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut libret magistro Johanni Guemy, rectori scholarum, pro introgio domus scole, videlicet quinque florenos. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Franciscus de Bovagnia, de Vanzier, escofferius, habitator Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo ff. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Nicodus Paquellet, de Belloforti, escofferius, parrochie Sancti Gervasii, pro octo ff. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Nicodus Spatule, de Veygiez, sallerius, parrochie Marie Magdalenes, pro viij ff. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Franciscus Begault, de Britagnia, escofferius, parrochie Sancti Gervasii, pro octo florenis. — (*Letum est.*)

Supersedeatur in exactione relicte Cortagerii hinc ad Nativitatem Domini.

(*Borgesia.*) — Michael Careymetrand, de Filliez, charrothonus, habitator Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus et prestitit juramentum solitum.

Domini sindici, insequendo deliberationem consilii supra descripti, illico post exitum consilii, posuerunt, miserunt et induxerunt in realem, actualem et corporalem possessionem domus superius albergate nobilem Gonsaldum de Malvenda, albergatarium, per traditionem vectis porte anterioris, introitum, ambitum et exitum dicte domus, presentibus Francisco de Fogia, ejus uxore, et Reymonda, relicta Girardi de Fogia, que non consensit. Ac tamen egregius Pe. Levrerii, procurator fiscalis, eisdem et cuilibet injunxit ut infra sex dies vacuent domum predictam, ipsique d. sindici convenerunt dicto Francisco eidem rationem facere de hiis in quibus civitas tenebitur dummodo faciat idem Franciscus id ad quod tenetur. Presentibus ibidem egregio Guillelmo de Crosa, Francisco



Mariglerii, serviente curie spiritualis, Johanne Grossi, Petrimando de Malodumo, Johanne Gallatini, Michaeli Lyonardi, Guillelmo Bocardi, Petro Arbalesterii, Mermeto Billiardi alias Gringaux, (Petro Arbalesterii,) Johanne Clerici, cum ceteris aliis vigilibus, testibus etc.

(110) *Martis xxvj novembris.*

Quatuor syndici; — H. Emerici, Aquineaz, Gavid, Levrier, Braseti, Lyonardi, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, de Ponte.

De monetis decriandis quarum occasione rescripserunt magistri computorum, deputantur H. Emerici, Aquineaz, qui cum dominis de consilio episcopali conferant.

Quia dominus Serrate est in hac civitate, ideo d. syndici cum d. vicario ad eum accedant et respectu Guillelmi Rogeti se offerant prestare favores ut justitia ministretur unocuique, et quod d. sindicis non spectat iudicio neque cognicio causarum.

De vacuacione domus de Fogia, leventur injunciones facte per d. procuratorem et fiant precise lictere ut vacuent cum instantia debita etc., etiam vi si opus sit.

*Die Veneris xxix novembris.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Lyonardi, Grossi, Crosa, Vaudo.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut expediat Johanni de Platea alias Calabri et Johanni Frochet, pro confectione pontis de Jargunanz fiendi super quatuor burgensibus, videlicet xxiii<sup>or</sup> ff. — (*Letum est.*)

Fiat et levetur mandatum relicte Cortagerii factum die quinta marcii de xiiij ff. — (*Fuit levatum.*)

Petrus Boudet, dictus Coctet, protestatur quod per eum non stat quominus ejus uxor secundum ordinationem d. sindicorum veniat moratura cum eo, que minime curatur venire cum eo moratura; quare peccit licteras testimoniales.

(*Borgesia.*) — Jacobus Jordani, filius quondam Johannis Jordani, habitator Gebenn., escofferius, parrochie Sancti Leodegarii, admittitur burgensis pro octo ff. et prestat juramentum. — (*Letum est.*)

(111) *Martis tercia decembris.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Gavid, Braseti, Porrallis, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaeli, de Borjali.

(*Borgesia.*) — Guillelmus filius quondam Rodulphi Hospitis, escofferius, de Exirier, habitator Gebenn., parrochie Sancte Crucis, admittitur burgensis pro et mediantibus octo florenis p. p., et prestat juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Magister Johannes Elling, chirurgicus barbatus, conquestus est quod quidam prebiter insufficiens in arte chirurgica se intromittit aliquos fractos curare et quos non curavit in integrum; ob quod fuit conclusum quod remittuntur d. vicario qui super iis providere debeat.

Reparetur tectum ale ante Domum ville quia conquestus est Johannes Ponceti ad eo quia pluit super ejus cava.

Domini syndici instent quod fiat pavementum in carreria Sancti Victoris de directo contra ecclesiam, quilibet ante ejus domum, grangiam sive curtile, uti dati fuerunt per rotulum d. sindicis in consilio.

Apperiantur hospitalia cum discrecione hospitalleriorum et cogatur rector hospitalis pontis Rodagni ad deservendum in divinis juxta et secundum fondacionem ejusdem, et hoc via juris, coram d. vicario, et faciant instanciam d. syndici.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut expediat relicte de Fogia decem ff. intuitu pietatis et Dei amore eidem largitos, vacuata prius domo, et hoc super pecuniis Francisci de Fogia.

Respectu gabelleriorum prestant auxilium d. syndici ut exigant ab omnibus et fiat eque quod omnes solvant.

Insequendo deliberationem jam factam, fuit conclusum quod mittatur de Borjali ad dominum nostrum cum instructionibus super nundenis, officialatus et insultuum factorum in hac civitate. Et si a casu dominus noster loquatur de iiiij<sup>e</sup> ff. fiat ei memoriale ad partem quid respondere debeat, videlicet quod si observet contenta in instructionibus eidem dabuntur dicti iiiij<sup>e</sup> ff.

(*Borgesia.*) — Gladius filius quondam Petri de Magnocampo, mugnerius, de Cheynex, parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo ff. et prestat juramentum solitum. — (*Letum est.*)

*Veneris sexta decembris.*

Quatuor syndici; — Porrallis, Lunes, Peyrolier, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo.

Quia Gabriel de Borjali se excusavit eundem ad dominum nostrum, iterum requiratur, et si nolit mictatur alius consillarius et quamcicius melius.

Recepta et lecta lictera missiva Anthonii super tuto accessu ad nundinas hujus civitatis, d. syndici vadant ad d. vicarium et requirant pro eo tanquam burgensi etc.

Respectu insulti et excessus nocturni perpetrati in personam et domo domini Ludovici de Ponte Indi, d. syndici vadant ad d. vicarium et requirant quod justitia ministretur juxta informaciones sumptas per de Tulia.

*(Borgesia.)* — Petrus filius quondam Amedei Aprin, de Thono, affanator, habitator, admittitur burgensis pro octo florenis; prestitit juramentum. — *(Letum est.)*

*(Borgesia.)* — Jacobus filius quondam Francisci Regis, de Neydens, parrochie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis, carpentator. — *(Letum est.)*

*(Borgesia.)* — Gladius filius quondam Moneti Messellier, de Magno Bornando, escofferius, parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis et prestitit juramentum solitum. — *(Letum est.)*

*(Relacio.)* — Nicodus Regis, Johannes Tissocci, lathomi, et Gladius Fontane, carpentator, commissarii per d. syndicos deputati ad visitandum domum egregii Johannis de Putheo, que minatur ruynam domum liberorum Francisci Mallieti, refferunt eam visitasse cum juramento cujuslibet ipsorum et trabacturas domus dicti de Putheo fore retinendas expensis ejusdem, refficiendumque murum super quo appodiantur dicte trabacture; de quibus premissis Pe. Mallieti peciit licteras testimoniales et protestatusfuit de suis dampnis, injuria et interesse.

*(III bis) Die Dominica viija decembris,* congregato consilio ordinario.

Quatuor syndici; — Aquineaz, Porrallis, Peyrolier, Paquet, Lyonardi, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaele.

*(Borgesia.)* — Providus vir Henricus Brune, notarius, de Bonavilla, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro decem florenis, qui prestitit juramentum solitum. — *(Letum est.)*

Cum officarii episcopales nocte lapsa, nullis vocatis vigilibus, ceperint dictum Henricum Brune et in Domo ville duxerint, Henricus Folliosii, custos carcerum episcopalium, peciit illum sibi remitti in domo episcopali, cui responsum fuit quod male fuit processum exercendo jurisdictionem nocturnam contra franchisesias; et quia idem custos facit aut facere videtur partem contra eundem Brune, fuit conclusum quod ducatur ad Insulam; de quibus peciit licteras testimoniales idem custos a Fardodi de ejus requisitione.

Recepta lictera missiva a dominis Bernensibus, occasione domus Cachevalliz que spectat Johanni Janini, de Farges, fuit conclusum quod prestantur omnes favores et instent d. syndici erga d. vicarium ut justitia brevis ministretur.

Exposuit egregius Levrerii quod servitores domini bastardi Breysie eum heri et omnibus hiis diebus lapsis, die ac nocte, perquisierunt ad eundem verberandum vel occidendum cum certis complicibus; quare, cum sit civis et officarius, requisit auxilium et quod requiratur dominus Bastardus quod si delinquerit paratus est emendam condignam facere; fuit conclusum quod d. syndici vadant ad d. vicarium et requirant quod apponat remedium ne opera facti fiant et paratos se offerunt fortes facere officarios.

Quod et fecerunt d. syndici cum omnibus consillariis prescriptis post exitum consilii et in domo d. vicarii presente n. Mermeto Mandellaz eum requisierunt quod apponat remedium ne fiant opera facti, et se paratos obtulerunt fortes facere officarios, alioquin protestantur quod si [fia]nt et malum eveniat, quod per eos non stat etc.; dantur testimoniales.

Qui dominus vicarius se post prandium dixit accessurum ad d. bastardum et omnem possibilitatem faciet sedandi.

Cogatur de Borjali ad acceptandum ambassiatam ad dominum nostrum etc.

*Martis x decembris.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Lunes, Paquet, Grossi, Lyonardi, Bueti, Planis, Vaudo, de Sancto Michaele, Malliard.

*(Borgesia.)* — Nicodus filius Johannis Gay, de Mornex, borserius, habitator Gebenn., parrochie Sancti Victoris, admittitur burgensis pro octo florenis, qui prestitit juramentum solitum. — *(Letum est.)*



(Mandatum.) — Mandatur thesaurario ut solvat Johanni de Lunes decem florenos per eundem Johannem de Lunes solutos Mermeto Albergatoris pro muro constructo prope turrim scole, recipiendo quic-tanciam etc. — (Letum est.)

(Mandatum.) — Fiat mandatum thesaurario intrandi super rotulo per Paquet lecto et signato, videlicet de summa centum decem florenorum, trium solidorum et septem denariorum monete, recepto juramento a Johanne de Lunes, quod recepit a thesaurario et implicuit in refectione artillierie. — (Letum est.)

Fiant tria crebra cupri pro gribello, vocato admodiario domini nostri, et de hiis datur d. sindico Lingot et thesaurario onus.

Reparetur trabactura ale que minatur ruynam et visitent d. sindici.

Eligunt loco de Borjali d. sindicum Gachet, presentem ac consentientem.

Solvant introgium bossetorum qui non morantur in hac civitate, dummodo causa refugii non desierint moram trahere, licet sint burgenses.

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario uti solvat domino Johanni Chapuysii, pro visitacione processuum criminorum, videlicet unum florenum trajectensem.

Fuit ordinatum quod n. Lyonardus Aquineaz expediat receptori sex centum florenos de summa xj<sup>o</sup> ff. precii domus de Fogia, reliqui vero quingenti floreni remaneant pre manibus n. Lyonardi Aquineaz donec concordato cum Francisco de Fogia et obligati sint liberati erga Roletum Nicolay.

(112) *Veneris xiiij decembris.*

Quatuor sindici; — n. Pe. de Pesmes, Lunes, Lyonardi, Gavid, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli.

De licteris placitoriis per dominum de Brandis obtentis a d. vicario contra egregium Levrierii ut ducatur extra civitatem, fuit conclusum quod d. sindici instent erga d. vicarium ut annullentur cum sint concessa ultra franchisesiam.

Recepta lictera missiva a metuendissima domina duchissa Sabaudie in favorem Anthonii de Plaustro contra parrochiam Sancti Gervasii, tradatur dicta lictera missiva Andree Gervasii et instent d. sindici erga parrochiam ut tractetur concordium.

(Mandatum.) — Fiat mandatum novum thesaurario ut expediat vigilibus pro eorum vestibibus per eos fiendis, videlicet lx ff., incluso mandato eis facto die xix novembris. — (Letum est.)

*Martis xvija decembris.*

Quatuor sindici; — Levrier, Braseti, Porralis, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, Ponte, de Sancto Michaeli.

(Borgesias.) — Egregius ducalis secretarius Johannes de Furno, servitor et secretarius rev. domini nostri episcopi, admittitur burgensis gratis, qui prestitit juramentum solitum.

Et fuit conclusum quod quamprimum venerit egregius Johannes de Furno, frater dicti Johannis, fiat equidem burgensis gratis.

Occasione lictere missive domine duchisse in favorem Anthonii de Plaustro, fuit conclusum quod rescribatur qualiter causa pendet et istud fuit factum per bone memorie illu. Johannem Ludovicum etc.

Apponantur omnia remedia ad evictandum pestem et fiant capitula que legantur primo consilio.

(Borgesias.) — Gladius filius quondam Nicodi Trop, de Evordes, patisserius, admittitur burgensis pro octo ff., parrochie Sancti Leodegarii, et juravit in forma.

De illis de Rotulo et Aquiano, qui infrangunt libertates hujus civitatis et faciunt solvere pedagia burgensibus hujus civitatis, cogantur et citentur vigore privilegiorum etc.

Pro appunctuamento fiendo cum Francisco de Fogia deputantur Braseti, Porralis, Crosa, Lyonardi.

Rescribatur dominis Friburgi in favorem certorum burgensium quibus tenebatur Peter Hochiz, nuper defunctus in hospitali pestiferorum.

(113) *Martis xxiiij decembris.*

Prepositi, Nanto, Gachet; — Gavid, Levrier, Porralis, Lyonardi, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaeli.

Non adhuc mictatur ad dominum nostrum donec alloquuto n. Jacobo de Expagniaco, magistro hospicii; quo alloquuto ejus verba referantur in consilio ordinario.

De verbere vigillum per d. Ludovicum de Ponte Indi et d. Chapocti sumantur informaciones per Levrierii, deinde mite agatur cum eis si humilliter veniam petendo venerint, et si pertinaces, rigide procedatur contra eos<sup>1</sup>.

ANNO DOMINI M<sup>o</sup> III<sup>c</sup> LXXXIII<sup>to</sup>

*Martis ultima decembris.*

Quatuor syndici; — n. Pe. de Pesmes, Aquineaz, Gavid, Levrier, Porrallis, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Lunes, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaelae, de Ponte, Braseti.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut restituat Petro de Genesta, alias Arnollet, duos florenos p. p. pridem per eundem civitati mutuo datos in manibus Cavucini, tunc receptoris particularis, recipiendo poliam dicti Cavucini, non obstantibus arreragiis veteribus, de quibus juravit in manibus d. sindicorum satisfacisse in manibus de Fogia; ideo cancellata extiterunt arreragia tam ad causam Glaudii Saney, quam dicti Arnollet.

Venerabiles domini Chappocti, procurator fiscalis, et Ludovicus de Ponte Indi supervenerunt ratione quere[le] vigillum et requisierunt sumi informaciones; et si demeruerint volunt puniri, sinautem exonerari; et si aliquis alius demeruerit, supplicant veniam impartiri, semper paratos offerentes stare cognicioni d. sindicorum et consilliariorum; si sint sumpte informaciones mite cum eis agatur, actento quod cum humilitate venerunt.

Super lictera missiva domini nostri fuit conclusum quod d. syndici alloquantur magistrum hospicii et senciant si sit possibile tractandi cum domino nostro quod obmictat lingas et quietet de vij<sup>c</sup> ff. acceptis per d. syndicos pro pacificacione episcopatus dictis dominis advodiatoribus Berni et Friburgi; et audita responsione refferant in consilio proximo, et facta relatione quia dominus de Brandis icturus est ultra montes detur onus tractandi si ita in futuro consilio concludatur.

(*Testimoniales.*) — Dantur testimoniales Malliardi quod d. Amblardus Goyeti, vicarius generalis, non juravit franchisesias. — (*Letum est.*)

<sup>1</sup> Voir Arch. de Genève, *Procès criminels*, II<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 36.

*Veneris tercia januarii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Gavid, Levrier, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaelae, Malliard.

(*Borgesia.*) — Johannes filius quondam Johannis Chapuysii, de Hermencia, condurerius, habit[at]or Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admictitur burgensis pro octo ff., qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

Respectu quatuor florenorum cum dimidio per n. Pe. Foyssiaz petitorum, quia deerat de tasseis una uncia cum dimidia, non solvantur quia non debentur; etiam fuit semel contentus, presente r. p. d. A. de Malvenda, et ejus obligacio cancellata extitit.

Non solvant introgium bossetorum vini magistri Johannes et Ludovicus, medici, neque egregius Johannes de Putheo, cum sint servitores civitatis; ac tamen intrentur admodiataris secundum numerum bossetorum vini.

(114) Domini syndici cum Aquineaz et Gavid iterum revertantur ad n. Ja. de Expagniaco, magistrum hospicii, et eum alloquantur et ejus verba refferant in consilio ordinario prout proposuit Gavid.

*Martis septima januarii.*

Quatuor syndici; — Gavid, Porrallis, Lunes, Levrier, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Braseti, Planis, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaelae, Malliard.

D. syndici retulerunt alloquutos fuisse magistrum hospicii cum Aquineaz occasione domini nostri respectu summe iv<sup>c</sup> ff., quibus non dedit responsum donec eo vento; et sic nichil fiat donec habita responsione.

Recepta et lecta lictera missiva a domino nostro<sup>1</sup> respectu excessuum, qua lecta bene servetur et d. syndici vadant ad consilium episcopale et instent et se fortes eos facturos offerant etc.; et cum lictera testimoniali.

Ut preservetur civitas mediante divino auxilio a morbo pestilenciali, fiant capitula que legantur hic in consilio ordinario, et pro illis fiendis commictitur Crosa, Levrierii, Paquet, Ponte, cum d. sindicis.

*Mercuri viija januarii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Gavid, Porrallis, Paquet, Grossi, Crosa, Malliard, Ponte, Vaudo, de Sancto Michaelae.

<sup>1</sup> Verceil, 29 décembre 1493, Arch. de Genève, P. H., n<sup>o</sup> 781.



Quia dominus noster decrevit licteras super supplicatione Julliani Copponay alias Gabet, detenti, per quas mandat sub pena excommunicationis relaxari mediante caucione, fuit conclusum quod observentur lictere, et pareant mandatis officarii<sup>1</sup>.

*Jovis nona januarii.*

Quatuor syndici; — Gavid, Levrier, Porrallis, Lunes, Lyonardi, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, Paquet.

Occasione Julliani Badelli, detenti, et respectu licterarum domini nostri per quas mandavit relaxari mediante caucione, fuit conclusum quod fiat responsio super licteris per jurisperitum et consulatur processus per alium doctorem quam per d. Jo. Chapuysii, si sit parendum licteris aut rescribendum domino nostro.

Deputatur d. syndicus Gachet ad mictendum ad dominum nostrum respectu punctorum jam alias consultorum.

(115) *Veneris x januarii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Porrallis, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Crosa, Vaudo.

De prebitero detento remittitur discretioni d. sindicorum.

De Julliano Copponay, detento pro crimine, actentis licteris domini nostri, fuit conclusum quod obediatur licteris et pareatur mandatis, videlicet quod relaxetur mediante caucione de juri stando et de non offendendo quempiam.

N. Anthonius Monitier de vino excreto in vineis uxoris sit franchus de introgio etc.

De facto egregii Levrierii, occasione lxxv ff. per eum petitorum, committitur Gavid, Porrallis, Lyonardi, Paquet.

*Martis xiiiia januarii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Gavid, Braseti, Porrallis, Lunes, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, Levrier.

Continuando super facto domini nostri occasione trium punctorum et ivc ff. conventorum, iterum tractent d. syndici, assistentibus Aquineaz, Gavid, Braseti, Porrallis, Lunes, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, Levrier.

<sup>1</sup> Voir Arch. de Genève, *Procès criminels*, II<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 34.

neaz, Gavid, Crosa, Planis, Lunes, Braseti, Malliard cum magistro hospicii et dominis de consilio ut rescribant domino nostro, et, habita responsione, mictetur aliquis ad dominum nostrum.

Respectu d. Andree de Stabulo si constet patrem aut avum fore burgensem, sit franchus ab introgio vini excreti in vineis suis et non alias, et servetur forma franchises quod solvat.

De facto Levrierii visitent Gavid, Porrallis, Lyonardi et Paquet, et visitato refferant in primo consilio et dantur lictere testimoniales de requisitione facta per Levrierii.

(*Admoditarii introgii; — mandatum.*) — Intrentur et deducantur admoditarii introgii bossetorum vini anni lapsi, tam pro magistro Johanne medico, Viennesii et Foyssiaz, ac monetariorum, videlicet xxji ff. et quinque solidi, inclusis novem solidis expositis in reparatione cathene stupharum, pro omnibus; residuum solvant. — (*Letum est.*)

Respectu illorum de Sancto Gervasio rescribatur domino nostro et domine duchisse si consilium episcopale ita concludat et informentur super omnibus.

Fiat satisfactio magistro monete et liberis Douris.

(116) *Veneris xvija januarii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Levrierii, Paquet, Grossi, Crosa, Vaudo, Malliard.

(*Borgesias.*) — Mermetus Billiard alias Gringaux, vigil, admittitur burgensis gratis, qui prestitit juramentum solitum.

Domina Mediolani sit francha ab introgio vini, non ex debito sed datur gracie pro ejus familia quamdiu hic moram trahet.

Jullianus Badelli relaxatus mediante caucione solvat expensas factas occasione sue detencionis aut ejus fidejussor.

Deputantur cum pavisserio, ad mensurandum pavementum porte Baudet seu teysandum, videlicet Coppet et Spatule qui habent scolam in tachium.

Respectu responsionis magistri hospicii, si serventur et adimpleantur puncta descripta in instructionibus missis per Aquineaz ad r. dominum nostrum et si idem dominus noster quietet civitatem de vije ff. datis Alamanis tempore perturbacionis episcopatus, solventur iiijc ff. conventi

in instructionibus et non alias, et ita respondeant d. syndici eidem magistro hospicii.

(*Remissio et mandatum.*) — Egregius Petrus Levrierii quictat et remittit d. sindicis, nomine communitatis stipulantibus, quicquid juris habet in domo de Fogia, et in signum cessionis remittit instrumentum et jura sua; et hiis mediantibus mandatur thesaurario ut eidem solvat et restituat lxxv ff. per eundem Levrierii pridem exbursatos, prout juravit idem Levrierii recipiendo quictanciam etc.; presentibus Ludovico de Pallude, poterio, et Johanne Marlii, condurerio, burgensibus Gebenn., testibus etc. — (*Letum est.*)

*Martis xxja januarii.*

Quatuor syndici; — Aquineaz, Lunes, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli.

(*Veneris.*) — Occasione Francisci de Fogia videatur transactio per Nanto recepta quam Veneris exhibere debet, quia ita vocatus convenit exhibere.

Respectu liberorum Douris fiat satisfactio super bossetis et aliis; si velint expectare duos ultimos terminos, respondeant admodiarii.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario super rotulo per Paquet signato et lecto, viso per d. syndicos, de summa xlj ff. vij g. — (*Letum est.*)

(117) *Martis xxviija januarii.*

Quatuor syndici; — H. Emerici, Gavid, Braseti, Porrallis, Lunes, Lyonardi, Paquet, Bueti, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli, Grossi.

(*Borgesia.*) — Alexander Fabri, de Extrambieres, laborator, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis, qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Aymo Brune, de Bonavilla, mercator, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro et mediantibus x ff., et prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Egregius Humbertus Boverii, de Logniaco, notarius, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro x ff. et juravit in forma. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat n. Nicolao Gap,

magistro monete, causis in rotulo descriptis, summam lxiiij ff. et xj g. etc.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut restituat n. Michaeli de Rippa duos florenos pridem civitati mutuo datos in manibus Cavucini et de quibus computavit. — (*Letum est.*)

Mictantur amphore vini due domino preposito marescallorum Sabaudie nec permittatur quod exerceat aliquos actus justicie in hac civitate neque infra banna ejusdem, et super hoc advertatur d. vicarius.

De supplicatione magistri scole committitur Braseti et Crosa ut super ea rescribant quid et quantum percipere debet idem magister a quolibet.

Respectu lictere missive domini de Brandis mictatur, ut alias fuit conclusum, d. syndicus Gachet ad dominum nostrum super capitulis et cum instructionibus jam alias descriptis, et rescribatur domino de Brandis.

Prestentur favores admodiariis introgii bossetorum vini anni lapsi ad exigendum a quibus debent.

*Veneris ultima januarii.*

Quatuor syndici; — Gavid, Porrallis, Lyonardi, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard.

De mictendo ad dominum nostrum, fiant instructiones et mictatur ut cicius, et super officialatu, macellorum Longemale et Pontis Rodagni, ac iiiij<sup>c</sup> ff. conventorum, necnon vij<sup>c</sup> ff. erga capitulum acceptorum pro sedacione turbationis episcopatus Gebenn.; quod si observet et quictet, de omnibus dabuntur iiiij<sup>c</sup> ff. et defferantur prime instructiones etiam de curia apostolica.

(*Martis.*) — Quia d. Johannes Bagnion exposuit liberos de Fogia sibi teneri in certis pecuniarum summis, constantibus certis juribus que exhibet, videantur jura per Crosa et Lyonardi, et refferant Martis.

D. syndicus Nanto requisit sibi fieri gratiam de hiis in quibus tenetur; remittitur ad Martis.

De introgio vini domini de Romanens, fratris reverendi domini nostri, non recipiant vadium sed describant admodiarii numerum bossetorum, et inde intrentur eis si ita fuerit deliberatum.

(*Borgesia gratis.*) — Franciscus Galliard, de Vuachio, barbitonsor,



habitor Gebenn., admittitur burgensis contemplacione d. syndici Prepositi gratis, qui prestitit juramentum solitum in forma.

(*Borgesia.*) — Aymo Mercerii, de Chevenuz supra Aquianum, condurerius, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro octo florenis pro omnibus, qui prestitit juramentum solitum post prandium in platea Domus communis, presentibus Bueti, Paqueti; et fuit creatus per Nanto et Prepositi. — (*Letum est.*)

(118) *Martis quarta februarii.*

Quatuor syndici; — H. Emerici, Aquineaz, Lunes, Braseti, Porrals, Peyrolier, Lyonardi, Paquet, Bueti, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, de Sancto Michaeli, Malliard, de Ponte.

De mictendo ad dominum nostrum supersedeatur donec tento consilio generali in quo discrete exponatur convencio facta de iiiij<sup>c</sup> ff.

De opere facti Sancti Gervasii in personam cujusdam mulieris, d. syndici vadant ad d. vicarium et instent cum lictera testimoniali quod fiat justicia ne in futurum fiant opera facti.

(*Mandatum.*) — Respectu d. syndici Nanto, qui peccit sibi fieri gratiam de hiis in quibus tenetur civitati, fuit conclusum quod solvat et nichil sibi detur, ac tamen super summa per eum debita dantur majori filie Johannis de Bolo, quando nupta fuerit, xxv ff. et non alias, videlicet si non nubere non dantur, et quamprimum nupta fuerit, mandatur thesaurario ut solvat de pecuniis debitis per dictum Petrum de Nanto.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Jaques super rotulo, inclusa veste, de iiiij ff. viij g. et ix d. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Recepto juramento a thesaurario exbursasse octo florenos tam marescallo actillierie quam gabellariis pro habendo pecunias, ideo mandatur auditoribus ut eidem intrent dictos octo ff.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat domino syndico Lingot super rotulo lecto et visitato, recepto juramento ab eodem prius, videlicet summam lxxxij ff. ix g. vj d. — (*Letum est.*)

*Veneris vija februarii.*

Quatuor syndici; — Braseti, Lunes, Lyonardi, Paquet, Grossi, Planis, Crosa, Vaudo, Malliard, de Sancto Michaeli.

Rescribatur dominis sindicis et gubernatoribus de Lausanna in favorem Glaudii Pensabini.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum receptori super rotulo per Paquet viso et signato de summa xv ff., incluso mandato Martis lapsa facto, recepto juramento ab eodem. — (*Letum est.*)

De detentis procedatur via juris secundum consilium doctorum mite agendo contra quendam Burgundum; bangniatur simpliciter et condempnetur in expensis.

Solvantur d. syndico Nanto grossi sive pecunie omnium dierum Martis tocius anni.

(*Mandatum.*) — Mandatur Johanni Grossi, admodiario alarum veterum et introgii bossetorum vini, ut solvat liberis de Douris super duobus ultimis terminis tercentum florenos, recipiendo quietanciam cum instrumento obligacionis per quod civitas est obligata, sublatis sequestris in illis tercentum florenis appositis.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Johanni Ruffi, olim vigilli, videlicet iiiij<sup>or</sup> ff. vij g. sibi graciose largitos pro nonnullis serviciis etc. — (*Letum est.*)

(119) JHESUS

*Die Dominica nona mensis februarii*, in claustro ecclesie cathedralis ad sonum grosse campane congregatis:

Guigone Prepositi, Michaeli Lingot, Petro de Nanto et Petro Gacheti; — Guillelmo de Quarro, Girardo de Vaudo, Petrimando de Malodumo, P. Porrals, Jo. Grossi, Anthonio Cochonis, Pe. Grassier, Jo. Frochet, Jo. Calabri, Ny. Janini, P. Levrerii, Philiberto Bertellerii, Budichono Barberii, Jaquemino Belli, magistro Jo. medico, d. Francisco de Veyriaco, Jo. Chavanelli, Roletto Bordaz, Ludovico Reynaudi, Jacobo Nepotis, Petro Boconis, Jo. Fontanelli, G. Cavucini, Jo. Clementis, Humberto Grossi, Jo. Magnini, Francisco de Fossis, Petro Vanerii, Glaudio Grassier, Pe. Monachi, Jo. Tiollerii, Jo. Truffet, Pe. Hospitis, Gauterio Bricodi, Francisco Mercerii, Petro Mercerii, Anthonio Bidelli, Ludovico de Becio, Amedeo Mutonis, Anthonio Bullifruz, Jo.

Coytouz, Glaudio Jaquerii, H. de Ponte, Andrea Nigri, Pantaleonus Boucier, Glaudio Perrini, Guyocto Vuydat, Jacobo Paqueti, Jo. Bocardi, Jo. Pamaz, Jacobo Burgensis, Jo. de Nemore, Glaudio Pensabini, Petro de Arlo, Janino de Bornando, Pe. Jo. Bruni, G. Cadodi, Glaudio Philippi, Pe. Viougerii, Jo. de Poste, H. Ramelli, Roletto Gerdi, Mermeto Betens, Johanne Marlii, Amedeo Thome, Mermeto Regis, Aymoneto Bessonnet, Glaudio Balli, Guillelmo Bessonnet, Perrino de Mara, Francisco Mariglerii, Jo. Ruffi, Nicolao Pilliet, Jo. Jacodi, Pe. Copponay, Perreto Chuacti, P. Ronsieres, Jo. Malliardi, B. Sancto Michaele, P. Versonnex, P. Orsieres, Pe. Balli, Jo. Ponceti, Nicolao Everbaudi, Jo. Bufflet, Mycaele de Cabulo, Pe. de Biolesio, cum pluribus aliis tam burgensibus quam civibus dicte civitatis.

Qui omnes prenominati et plures alii cives et burgenses civitatis Gebenn. pro majori et amplissima voce elegerunt ac constituerunt dicte civitatis syndicos et procuratores, videlicet nobiles et commendabiles viros: Gladium Gavid, Hugoninum Consilii, Ludovicum Vesperis et Amedeum Gule, quibus dederunt potestatem ut assuetum est, promittentes unanimiter et una voce habere ratum etc.; presentibus in dicto claustro Michaele Lyonardi, Guillelmo Bocardi, Mermeto Billiardi, Johanne Clerici, vigilibus, testibus etc. — (*Levatum est.*)

(*Auditores computorum.*) — Et deputantur auditores et receptores computi Petrimandi de Malodumo, anni proxime preteriti receptoris, videlicet honorabiles Petrus Braseti, Jacobus Paqueti et Hugoninus de Ponte.

(120) Anno Domini millesimo quatercentesimo nonagesimo quarto et die undecima mensis februarii fui constitutus secretarius civitatis per nobiles et honorabiles viros Gladium Gavid, Hugoninum Consilii, Ludovicum Vesperis et Amedeum Gulle, syndicos ejusdem civitatis, in presencia consiliariorum in sequente folio descriptorum, in quorum quidem dominorum syndicorum manibus juramentum per alios secretarios civitatis predecessores meos prestari solitum super Dei Scripturis prestiti. Et successive in hoc libro appunctuamenta et ordinationes consilii civitatis registrare incohavi, prout inferius seriatim continetur.

(121) M<sup>o</sup> III<sup>o</sup> LXXXX QUARTO FEBRUARII

*Martis xj februarii.*

Quatuor syndici: G. Gavid, H. Consilii, L. Vesperis, A. Gulle; — d. Franciscus de Veyriaco, G. Prepositi, P. Versonay, P. Braseti, Jo. de Lunes, Pe. Peyrolerii, Jo. Bueti, Ja. Pacqueti, Jo. de Planis, M. Lingocti, P. de Nanto, P. de Orseriis, Girardus de Vuauo, Bo. de Sancto Michaele, G. de Crosa, P. Serrallion alias Charbonerii.

Quiquidem supranominati consules electi per d. syndicos juraverunt in forma.

Et quia illibi per d. syndicos, consilium eorum ordinarium tenentes, relatum extitit quod heri reverenciam debitam fecerunt reverendo d. vicario.

Postque eidem de vachis ablati Johannete, relicte et heredi testamentarie Johannis Bouloz, fuerunt loquuti, qui eis respondit quod omnes erant restitute preter una quam detinet dominus Corsiaci pro expensis. Super quo fuit conclusum quod instent erga d. vicarium super restitutione integrali.

Committitur magistris Jacobo Quibleti et ceteris nominatis ibidem, quorum nomina ignoro, quod visitent: primo domum propinquiorem domus domini de Ranvers, item domum Anthonii de Sollerio, item domum heredum Guillelmi Cogne, que domus sunt site in carreria Civitatis; item domum quam inhabitat Mallicen bocherius; item domum sitam in Perrono, que est Johannis de Putheo; item domum n. Bonifacii et Jo. de Sancto Michaele, sitam in Ripparia; item domum Philiberti Bertellerii, sitam in Ripparia.

*Veneris xiiij februarii.*

Quatuor syndici; — Lyonardus Acquineaz, Guillelmus de Crosa, Percevallus Peyrolerii, Jo. Bueti, Jo. Janyni, Ja. Pacqueti, P. Versonnay, d. Franciscus de Veyriaco, G. Preposito, P. Braseti, M. Lingocti, P. de Nanto, P. de Orseriis, B. de Sancto Michaele, G. de Vuauo, H. de Ponte, Besanczon Dorieres, P. Serallion, Nycodus Testuti, Jo. Malliardi, Jo. de Planis.



Fuerunt ibidem constituti visitatores piscium venalium in civitate prefatus Girardus de Vuauo et Johannes Buffleti, qui iuraverunt in forma.

Ibidem fuerunt electi pro consulibus cum ceteris jam electis honorabiles viri Lyonardus Acquineaz, Johannes Janini, Besanczonus Dorieres, et Nycodus Testuti, qui iuraverunt in forma.

Prestentur omnes favores possibiles domino vicedompno occasione disruptionis sue domus et aliarum ejus vicinarum, dummodo hoc non sit in prejudicium civitatis.

Quoad informacionem quam peciit d. vicarius de illis qui detinebantur in carceribus Insule, audita relacione per de Crosa, scribam vicedompnatus, fuit conclusum quod non detur eidem d. vicario alia informacio de relacione eorundem doctorum, cum non fuerit consuetum.

De petitis per Michaellem de Ripa super captione Michaelis Martinaz infra domum ubi erat retractus, conclusum est quod non capiatur infra domum ubi est, nisi dictus de Ripa criminaliter denunciaret et se capi faceret, ne imposterum franchisesie dici possent ob hoc in aliquo enervate.

Super facto iij<sup>c</sup> ff. petitorum per d. vicarium nomine reverendissimi d. episcopi Gebenn., fuit dictum quod Martis proxima in consilio videantur instructiones facte super hoc, et tunc deliberatur quis destinandus erit ad prefatum rev. d. episcopum.

De pecuniis quas magister Amedeus, sutor, exbursasse asserit Johanni de Nemore pro eo qui novissime fuit pro suis demeritis bampnitus, dictum est quod d. syndici loquantur eidem de Nemore et quod hujusmodi negocium appunctuent graciose, ne abinde subsequatur querela in consilio.

(122) *Martis xvij<sup>a</sup> februarii.*

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Prepositi, Versonnex, Braseti, Crosa, Lunes, Peyrolier, Paquet, Bueti, Janyni, Planis, Lingot, Nanto, Orsieres, de Sancto Michaelle, Vaudo, Ponte, Serrallion, Testuti.

Humbertus Guyneti protestatur contra eos qui habent domos ruy-nosas contiguas sue domus et d. syndici se obtulerunt facere instanciam erga d. vicarium ut disruantur.

De fatuo qui per hanc civitatem cantavit carmen contra Alemanos, d. syndici instabunt erga d. vicarium ut capiatur et puniatur.

De peysonneriis et cossonis ementibus pisces extra forum, fiant cride et observentur franchisesie.

Quoad iij<sup>c</sup> ff. petitos per d. episcopum Gebenn. fuit conclusum quod fiant instructiones que in consilio crastina die legentur, et tunc fiet electio de eo qui iturus erit ad eundem d. episcopum dictas instructiones explicaturus.

*Mercurii xix februarii.*

Quatuor syndici; — Prepositi, Versonay, de Crosa, Ja. Pacquet, Jo. de Planis, P. de Nanto, P. de Orseriis, Gi. de Vaudo, Malliardi, H. de Ponte, Testuti, P. Charbonerii.

Fuit electus ad eundem ad dominum nostrum nobilis Ludovicus Vesperis, deffectu Lyonardi Acquineaz; refficiantur instructiones in bona forma secundum resolutionem consilii; videbuntur in consilio.

Petantur pecunie pro expensis eorum qui ibunt ad dominum Johanni Grossi, qui debet civitati centum florenos pro resta computorum suorum.

Conclusum est quod d. syndici vadant ad r. d. vicarium et nobilem Jacobum de Expagniaco, et ab eis senciant si ibidem posset fieri concordium de hiis que petunt d. syndici sibi impartiri per dominum nostrum Gebenn. episcopum, absque eo quod non opporret quod civitas destinaret ambassiatorem ad prefatum dominum nostrum; et refferant in primo consilio.

Instent eciam prefati d. syndici erga dictum d. vicarium ut ipse rescribat officariis d. Andriani de Boemberg super detencione duarum navium mercanciis onustarum per dictos officarios facta, que mercancie spectant certis mercatoribus et burgensibus Gebenn., aut de justicie remedio provideat.

*Veneris xxj februarii.*

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, P. de Versonnay, Jo. de Lonnes, Ja. Paqueti, Lyo. Acquineaz, P. de Nanto, P. de Orseriis, B. de Sancto Michaelle, Gi. de Vaudo, Jo. Malliardi, P. Serrallion, Ny. Testuti.

De tribus punctis pro quibus conclusum erat mictere ad dominum nostrum fuit conclusum quod d. syndici tractent ibidem cum d. vicario et nobili Jacobo de Expagniaco, si possibile est, pro omnibus inclusis septem centum florenis, quos petit idem dominus noster, et qui fuerunt

de fructibus episcopatus capti pro dando Allemanis qui associaverunt dominum Gruerie usque ad Coppetum et eum pacificaverunt pro quingentis florenis<sup>1</sup>. Et, si non possint, addant ipsi d. sindici id quod eisdem videbitur, dummodo non excedat sex centum florenos, et quod ipsi habeant securitatem ab eisdem si id quod ibi tractabitur idem dominus noster ratificabit antequam mictatur ambassiator ad eundem dominum.

Vadant d. sindici ad d. vicarium et sollicitent ut informet dominum Breyssie de illo qui cantabat carmen contra Allemanos, quem ipsi d. sindici capi fecerunt penes dominos Montiscanuti, de quo carmine Allemani non contentantur.

De quingentis florenis pro quorum solucione moniti sunt n. Gladius Gavit et Petrus Braseti, conclusum est quod procurator communitatis citari faciat Roletum Nycolay visurum revocationem et prosequatur causa sumptibus civitatis.

(123) *Martis xxv. februarii.*

Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Versonnex, Aquineaz, Braseti, Crosa, Lunes, Peyrolier, Paquet, Bueti, Janyni, Planis, Lingot, Nanto, Orsieres, de Sancto Michaele, Vaudo, Malliard, Ponte, B. Dorieres, Serrallion, de Borjali, Testuti.

(*Cride.*) — Fiant cride publice quod non blaphemetur nomine Domini nostri etc.; mondentur carrerie; fiat panis rationabilis et tolerantur habitaciones porcorum infra civitatem et non discurrant porci per civitatem.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut expediat n. Glaudio Gavid, consindico, xxiiij ff. pro fieri faciendo pavementum in doya sive carreria publica existente inter domum ejusdem d. sindici et illorum de Genvillaz, et hoc super quatuor burgensibus, et si dictum pavementum ad plus ascendat solvant ipsi d. sindicus et Genvillaz.

Datur potestas ambassiatori concordandi cum domino nostro super omnibus punctis sine perceptione lingarum et quod confirmari faciat ejus expensis per summum pontificem macellum Longemale, et quod quietet de vij<sup>c</sup> ff. acceptis erga venerabile capitulum pro sedacione impe-

<sup>1</sup> Voir t. IV, p. 426 et passim.

dimentorum episcopatus, et quod obtineat veniam pro hospitali pestiferorum; et hiis obtentis dabuntur v<sup>c</sup> ff. eidem et ab extra centum floreni.

D. sindici requirant d. vicarium quod, factis cridis, si quis comperiatur inobediens tollere impedimenta et fimos, quod d. sindici impugne sua auctoritate tollere possint.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut expediat Pe. Oliverii et Guillelmo Bocardi, qui fuerunt missi apud Petrum et dictus Oliverii fuit detentus, videlicet unum florenum ultra alium jam tradictum.

*Veneris ultima februarii.*

Quatuor sindici; — d. Franciscus de Veyriaco, P. de Versonay, Ly. Acquineaz, G. de Crosa, Ja. Paqueti, P. Peyrolerii, M. Lingoti, B. de Sancto Michaele, Gi. de Vaudo, Jo. Malliard, B. Dorierez, P. de Orseriis.

Prefati d. sindici et providus Johannes Ponceti fuerunt protestati contra Johannem Velluti de muro existente inter ipsum et dictum Ponceti, qui minatur ruynam, casu quo ipse Velluti contribuere non velit ad refficiendum dictum murum, eciam de dampno et interesse quod inde evenire posset; et de premissis pecierunt licteras testimoniales, dicto Johanne Velluti presente, dicente ad hoc non teneri quia domum dedit in assectum Stephano Bachodi ad quem spectat refectio dicti muri.

Preceptum est Comiti, qui habet in admodiacionem platheam Burgi Foris, quod illam reparari et nectidari faciat hodie per totam diem, alioquin dabitur fimum in ea existens vigilibus civitatis.

Preceptum est Johanni Jacobi quod repparari [faciat] gradus super Rodanno ubi opportunum fuerit, et hoc per hodie, et bene satisfiet sibi.

De illo qui detinetur in castro Petre vadant d. sindici ad d. vicarium et sciant ab eo quid intendit super detencione vel relaxacione illius detenti agere, et de omnibus petant licteras testimoniales.

Fuit dictum quod ambassiator qui destinatur ad dominum nostrum informet dominum ad plenum adeo ut ipse dominus noster informet illu. dominam nostram Sabaudie duchissam de domo quam petit Anthonius de Plastro in burgo Sancti Gervasii.

Commictitur nobili Ludovico Vesperis quod fieri faciat pastilos destinandos ad dominum nostrum, de quibus ipse Vesperis faciet presentacionem eidem domino nostro.



Fuit ordinatum quod dentur eidem nobili Ludovico Vesperis, pro faciendis expensas suas eundo ad eundem dominum nostrum et redeundo, viginti scuta Sabaudie, et faciat rotulum suum quem in consilio dum venerit presentabit.

Preceptum est thesaurario quod exburset eadem xxii scuta eidem Vesperis et solvat pastilos, exbursetque illi qui portabit dictos pastilos id quod fuerit necessarium.

Conclusum est quod dictus Vesperis non polliceatur domino nostro, pro obtinendo ea que continentur in suis instructionibus, nisi quingentos florenos solvendo super prisia fructuum civitatis anni proxime venturi.

(124) *Die Dominico 2 marcii.*

Quatuor syndici; — de Planis, Orseriis, de Vaudo, Dorerii, Aquineaz, de Malodumo.

Instet nobilis Ludovicus Vesperis, qui nunc destinatur cum instructionibus ad dominum, obtinere ut idem dominus suis expensis a summo pontifice obtineat confirmationem horum que continentur in ipsis instructionibus pretextu macelli Longuemale et indulgenciarum hospitalis pe(n)stilentium, quod si nolit, ob hoc non desinat procedere ad obtencionem contentorum et requisitorum in ipsis instructionibus, quin potius obtinebuntur a prelibato summo pontifice civitatis sumptibus, etiam ubi renuerit idem dominus noster elargiri tres grossos civitati dari postulatos pro penis sumptis mundacionis carreriarum.

*Martis quarta marcii.*

Gavid, Consilii, Gule, consindici; — d. F. de Veyriaco, Versonnex, Aquineaz, Crosa, Lunes, Peyrolier, Paquet, Bueti, Janyni, Planis, Lingot, Nanto, Orsieres, de Sancto Michaele, Vaudo, Ponte, B. Dorieres, de Borjali, Testuti, Malliard, Prepositi, Braseti.

De domibus ruynosis instent d. syndici erga d. vicarium ut disruantur et protestentur cum lictera testimoniali.

De Petro Grangerii, alias de Bolo, detento, quia egregius Levrierii exhibuit privilegium clericale, peccit remicti; d. syndici vadant ad d. vicarium et instent quod justicia ministretur publica, actento quod publice deliquit, et privetur borgesia et banniatum secundum franchisesias.

De bombarderio si velit servire adhuc per unum annum pro decem florenis pro una veste, remaneat, et datur potestas Paquet et Lunes cum eo concordandi, et si nolit discedat.

Illico post exitum consilii d. syndici et consilliarum accesserunt ad reverendum d. vicarium, qui supplicaverunt quatenus domos ruynosas dirui faciat; etiam de detento apud Petram qui carmen contra Alamanos decantavit justiciam ministret, alioquin protestati fuerunt de dampno si quod eveniat, et de hiis licteras testimoniales quas concessi, presentibus egregio Andrea Viennesii et Henrico Folliosii; qui se obtulit ita facturum.

*Die Jovis sexta marcii.*

Gavid, Consilii, Gule; — d. F. de Veyriaco, Aquineaz, Gachet, Peyrolier, Crosa, Levrierii, Paquet, Planis, Lingot, Nanto, Malliard, Ponte, Vaudo, Testuti.

De Petro Grangerii, detento, qui habebat salvum conductum, fuit conclusum quod observetur salvus conductus ita quod d. syndici instent ut justicia ministretur, actento quod fecit contra franchisesias.

(125) *Sabati viij marcii.*

Gavid, Consilii, Gule; — Crosa, Prepositi, Bueti, Lingot, Janini, Paquet, Nanto, Orsieres, Malliard, Dorieres, Serrallion, Testuti.

Occasione Glaudii Oddet, habitò consilio cum dominis Jo. Chapuisii et de Saxo, fuit deliberatum quod suspendatur<sup>1</sup>.

Banniatum simpliciter Spiritus Raguet.

*Martis xj marcii.*

Gavit, Consilii, A. Gule, consindici; — Prepositi, Levrierii, Aguneaz, Jo. de Lonnes, Peyrolierii, Paqueti, Bueti, Jo. de Planis, Lingoti, P. de Nanto, Orsieres, B. de Sancto Michaele, de Vaudo, Malliard, Bezanonus Dorerii, Charbonerii, G. de Crosa, Braseti, Testuti.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum bombarderio de xx ff. pro suis stipendiis anni novissime lapsi m iij<sup>c</sup> lxxxx iij, seu verius de xvij ff. ex resta xxii quia thesaurarius computavit de tribus. — (*Levatum est.*)

Deducatur effectui scola prout ceptum est edificium, quod mancipetur effectui.

<sup>1</sup> Arch. de Genève, *Procès criminels*, n° 159.

Et receptor ea de re retineat grossos lapides etc.

Dictus Experit, detentus suis demeritis, per tres annos relegetur.

(*Relacio computi.*) — Fuit facta relacio computi receptoris anni nuper lapsi per auditores computorum. Debentur eidem receptori x ff. iiij d. et quatuor partes unius denarii. Qui receptor exactam faciat diligenciam exigendi erragia, cum cominacione quod alias non sibi intrabuntur ejus stipendia xxv ff. nisi premena per suos precessores percipi solita.

Exhibitis parte Petri Santhonaci ejus indulgencie licteris, prefati d. consindici paratos se obtulerunt illis obedire.

De v<sup>c</sup> ff. de Fogia, videatur obligacio de illis facta etc.

Dominus vicarius solitum sui vicariatus officii prestat in manibus d. sindicorum juramentum incitando formam franchesiarum.

Super marcha dicti Grivel Petrus Taconis, vadens ad partes Flandrie, se obtulit facere prout sibi fuerit facultas in favorem civitatis, dummodo de exbursandis per eum aliqui boni mercatores hujus civitatis ipsum valide servent indempnem et se obligent etc.

(126) *Veneris xiiij marcii.*

Gavid, Consilii, Gule, consindici; — Gachet, Perolier, Janyni, Acquineaz, Paquet, Crosa, M. Lingoti, P. de Nanto, P. Orsieres, B. de Sancto Michaelē, Gi. de Vaudo, Jo. Malliardi, Ga. Borjalli, Jo. de Planis, P. Cherbonerii.

Pugniantur hii qui apportant parvulos infantes ad civitatem, de quibus patres et matres ignorantur; et fiant cride ne de cetero appor- tentur ipsi parvuli; alyoquym tales pugnientur, sic quod ceteris cedet exemplum, juxta juris formam, habito consilio cum peritis.

Fiant cride ne diebus dominicis quicquam vendatur, eciam ne ipsis diebus dominicis et aliis festivis fiat aliquod opus, sed colantur festa et non ludatur ipsis diebus festivis in publico neque tempore predicacionis et quo divinus cultus celebratur; eciam ne nomen Dei et sanctorum ejus in vanum blaphemetur, et quod non apperiantur diebus festivis appothece.

In facto domus de Fogia Franciscus de Fogia elegit d. Johannem Bagnion et d. sindici d. Andream de Malvenda, qui domini electi videbunt Lune proxima, hora prima post meridiem, jura parcium et cognoscent super eisdem quid juris.

Instent d. sindici erga dominos de capitulo et d. vicarium ne diebus

festorum apostolorum, quibus solite sunt teneri nundine in presenti civitate, de cetero teneantur, sed mutantur in alios dies, prout decencius visum fuerit; et fuit visum quod mutantur dicte nundine in vigillia dictorum festorum.

Commictitur Girardo de Vuado quod caveat de isto tempore suspecto ne hospitentur Allemani mendicantes et peregrinantes infra civitatem, sed solum in loco de Cornavin, uno sero dumtaxat; et in crastinum si tales volunt transire per civitatem, transeant absque sesjornando.

Capiat procurator Animarum parvulos apportatos ad civitatem et nutrire faciat et fiat crida ne de cetero appor- tentur aliqui infantes nisi apportantes notificent dicto procuratori Animarum.

*Martis xvii<sup>a</sup> marcii.*

Gavid, Consilii, Gule, consindici; — Aquineaz, Gachet, Crosa, Peyrolier, Paquet, Bueti, Janyni, Levrierii, Prepositi, Lunes, Braseti, Planis, Lingot, Nanto, Orsieres, de Sancto Michaelē, Vaudo, Ponte, de Borjali, Testuti.

Mandatur auditoribus computorum ut expediant computa receptoris, ut inde faciat ejus recuperam.

Domini sindici instent erga d. vicarium quod juret franchesias et eidem exhibeant capitulum quod homicida non intret civitatem donec satisfacto parti, occasione mortis de Nantua.

Vacuet domum et non intret civitatem magister Aymo cecus, quia morbosus, et ad hoc compellatur et instent d. sindici.

Fiant cride publice de infantibus non afferendis ante ecclesias sine denunciacione procuratoris Omnium Animarum; non apperiantur appothece; occiosi vacuent civitatem; morbosi non intrent; de blaphemis; de porcis et habitacionibus eorundem; nec accipiantur vi filie; neque frangantur porte; et de lusoribus nocturnis; sub penis juris incarcerationis et trium tractuum corde.

Receptor promictit infra octo dies afferre quictancias omnium stipendiorum ordinariorum.

(127) *Veneris xxj marcii.*

Gavid, Consilii, Gule, consindici; — e. d. F. de Veyriaco, P. de Ver- sonay, P. Levrier, P. Gachet, P. Peyrolerii, Ja. Pacqueti, L. Acquineaz,



Jo. de Lompnes, G. de Crosa, Jo. de Planis, P. de Nanto, P. de Orsieres, B. de Sancto Michaeli, Jo. Malliard, B. Dorieres, H. de Ponte, P. Serrallion.

Ibidem rever. d. Amblardus Goyeti, apostolicus prothonotarius et vicarius Gebenn., solitum prestitit juramentum, presentibus reverendo domino Petro Grueti, officiali, nobilibus Mermeto de Mandallaz et Jacobo de Expagniaco<sup>1</sup>.

Ibidem magister Glaudius de Comba, barbitonsor, de Seyssello, habitator Gebenn., conqueritur de Michaeli de Cabulo qui, ut asserit, eundem Glaudium percussit pugno in capite ac ejus gladium evaginavit, volens eum accrius percutere, quod fecisset si non fuisset obvium per astantes.

*Sabbati xxij marcii, hora noctis.*

Gavid, Gule, consindici; — e. d. de Veyriaco, Levrierii, Acquineaz, Peyrolerii, Pacqueti, Jo. de Planis, de Nanto, P. de Orseriis, B. de Sancto Michaeli, Malliardi, Dorieres, Serrallion.

Fuit ibidem ordinatum quod informetur dominus noster de debato seu verbere facto in personam nobilis Ludovici Festi per Petrum de Velles, Michaeli de Cabulo et alios eorum complices; et fiat informacio bene ad plenum ut non fiat cuiquam ex ipsis complices indulgentia. Et quia hujusmodi negocium maturam deliberacionem exigit, dictum est quod ponatur in deliberacionem Lune proxima in consilio.

*Lune xxiiij marcii, ordinarium loco Martis quia festum Anunciacionis beate Marie virginis.*

Gavid, Consilii, Gule, consindici; — e. d. F. de Veyriaco, P. Levrierii, Acquineaz, Jo. de Lunes, Peyrolerii, Pacqueti, Bueti, Jo. Janyni, de Planis, M. Lingocti, de Nanto, P. de Orseriis, B. de Sancto Michaeli, Gi. de Vaudo, Jo. Malliardi, B. Dorerii, P. Cherbonerii, Testuti; — J. Velluti, Jo. Frocheti, Glaudius Arnaudi, H. de Fontaneis, H. Bolard, Ste. Peccollat, Jo. Luppi, Ja. Nepotis, Hudriodus Ferracti, Guillelmus Visicourt, P. Rambosson, P. de Palude, Christinus Tombeti, Meynodus Salterii, P. Levrierii conreator, Anz. Hugonis, P. Morelli, Humbertus

<sup>1</sup> Arch. de Genève, *Manuscripts historiques*, n° 62, fo 61 vo.

Monachi, A. Gervasii, Jo. Amyau, Jo. de Mollario, P. de Genesta, P. Gabet, B. Puthodi, P. Mantillion, Colinus Chiccand, H. Arthaud, Glaudius de Castronovo, n. A. Veygier, Guioctus Fornerat, P. Navis, P. Perrodi, Glaudius Pensabin.

Fuit ibidem ordinatum quod omnes de civitate sint in eorum domibus et habitacionibus bonis gladiis armati, et fortificent dominos justicie in concernentibus justiciam.

Instent d. sindici quod fiat justicia de Petro de Velles detento et aliis suis complices, quando reperiri poterint, racione verberis per eos postremo facti in personam n. Ludovici Festi; et ne ceteri insultus abinde fiant, die noctuque, observentur cride super hoc facte et ponatur cathella et corda.

Claudantur hospitallia et reliquie ponantur coram januis eorum, tempore hujus magne ebdomade, ne intretur infra ipsa hospitallia.

Nectidentur carrerie; non teneantur porci infra civitatem, nec anceres que generant infectiones, et observentur cride super hoc facte.

(128) Commictitur Girardo de Vaudo et Ja. Pacqueti quod visitent hospitallia et illa claudere faciant; et mendicantes non egrotantes a civitate expellant et vacuare faciant; eciam petifferos ab eadem civitate expellant nec permittant eos in civitate sejourmare; et in hoc talle apponant remedium possibile ut civitas eximi possit a peste cum Dei adjutorio. Advertant insuper vicarios septem curatorum quod ipsi caveant ne mendicantes per ecclesias suas, tempore divini cultus, gradiantur prout faciunt.

*Martis xxv marcii.*

Non fuit tentum nisi propter adventum Vesperis.

Gavid, Vesperis, Gulle, consindici; — e. d. F. de Veyriaco, P. Versonay, Lyo. Acquineaz, P. Gachet, P. Peyrolerii, Jo. Bueti, Jo. Janyni, Jo. de Lunes, G. de Crosa, Ja. Pacqueti, Michael Lingocti, P. de Orseriis, Gi. de Vaudo, Jo. Malliardi, Hugoninus de Ponte, B. Dorieres; Ny. Testuti, P. de Nanto, P. Cherbonerii.

Prefatus nobilis Ludovicus Vesperis, consindicus, reddiens a rever. domino nostro, ubi parte d. sindicorum fuerat destinatus, presentavit licteram parte d. episcopi, que est credencie; qua lecta, eciam lectis capitulis responsionis super articulis datis Vesperis de puncto ad punctum;

ac etiam licteris patentibus super officialatu foraneo Anessiaci, ac lictera missiva domini Brandicii, auditaque relazione ejusdem nobilis Ludovici, maxime super facto bocherie de Longemalle, quam dictus dominus noster noluit passare modo petito, sed remisit ad ejus adventum proxime futurum in presenti civitate, nichil fuit super hoc ulterius conclusum.

Fuit ordinatum dari debere fratri qui predicavit ista Quadragesima, videlicet sex scuta auri regis.

*Martis prima aprilis.*

Quatuor syndici; — e. d. F. de Veyriaco, Prepositi, P. Versonnay, G. de Crosa, Jo. de Lunes, Jo. Bueti, Jo. Janyni, Lyo. Acquineaz, P. Perolerii, Jo. de Planis, M. Lingocti, P. de Nanto, H. de Ponte, B. Dorieres, P. Cherbonerii, G. de Vaudo, Ny. Testuti, P. de Orseriis, B. de Sancto Michaeli.

Committitur Janyni quod procuret habere quamdam bullam quam penes se habet hospitallerius hospitalis Omnium Animarum de certis indulgenciis, et illam apportet ad primum consilium ut videatur quid ipsa bulla canit.

Fuit electus Johannes Grossi in consillarium, qui juravit in forma tenere secreta etc.

Quoad policiam pestis, de qua presencialiter dubitatur, fuit conclusum quod quidam hospes appellatus Beuf, qui residet in loco de Cornavin, hospitetur omnes illos Allemanos tam mendicantes quam alios ad hanc civitatem venientes. Et dum ipsi voluerint ab ejus hospicio recedere, si per dictam civitatem voluerint transire ipse hospes teneatur eos conducere seu conduci facere usque ad Planum Pallacii ut non se arrestent in eadem civitate; et si non habeat domum satis amplam ad hospitandum, dictum est quod sumptibus civitatis locet unam prope se. Et ita dicant sibi d. syndici et casu quo recuset comminent eum ad vacuandum quoniam providebitur de alio; et premissis mediantibus claudantur hospitalia et porte eorum ne in illis quisquam contagiosus infra ea intrare possit.

Ponantur holobostra per parrochias ad habendum pecunias ad succurrendum in necessariis pro hospitali pestifferoso; et interim dictum est quod vocetur magnum consilium in quo exponatur neccessitas pecu-

niarum, tam pro dicto hospitali quam construi faciendo scolam, ut videatur modus habendi pecunias pro premissis neccessarias.

Ibidem quidam filius Petri Jaqueti, quondam, proposuit certum inh[i]isse appunctuamentum cum Anthonio Lyonardi, occasione bonorum dicti sui condam patris, in quo canetur quod casu quo frater suus illud gratum habere nollet, quod idem appunctuamentum esset nullum; declarans animum fratris nolle tenere dictum appunctuamentum, petens sibi justiciam brevem ministrari, alioquin si aliquid sinistri contra cives Gebenn. non imputetur sibi nec ejus fratri. Tunc prefati d. syndici dixerunt eidem quod rogarent d. vicarium, cujus interest unicuique in presenti civitate justiciam ministrare, quod sibi expeditam ministret justiciam. Et, vocato dicto Anthonio Lyonardi ipsoque ingresso ac premissa sibi declarata, dixit se fore contentum facere et adimplere quod super hujusmodi differencia justicia suadebit. — (*Protestacio ad opus d. syndi-corum.*) — Nichillominus prefati d. syndici fuerunt protestati contra ipsum Lionardi de habendo recursum contra eum casu quo contigeret aliquod sinistrum ob premissa evenire; presentibus consiliaris supranominatis pro testibus etc.

(129) Quo ad illos qui suas habent possessiones in Arecossis prope Arerem, quorum aliqui ex eis recusant se juvare ad deffendendum aquam Areris, fuit dictum quod petatur quidam appellatus Le Sordet ad Veneris, et habita oppinione sua super deffensione aque providebitur de modo et cujus sumptibus ipsa aqua deffendi debeat.

Mandatur thesaurarius quod solvat tres solidos illi qui herina die primum bossetum aque cherreavit pro suffocando ignis incendium quod erat in domo reverendi domini Petri de Veyriaco.

*Veneris quarta aprilis.*

Gavid, Vesperis, Gule, consyndici; — d. F. de Veyriaco, Versonnex, Crosa, Lunes, Peyrolier, Paquet, Lingot, Orsieres, Vaudo, Malliard, B. Dorieres, Testuti, Grossi, Ponte.

(*Mandatum.*) — Ex deliberatione consilii mandatur Johanni Grossi, presenti, quatenus illico expediat pecunias lathomis pro confectione et structione scole.

Egregii Johannes de Putheo et Henricus de Fontaneis, occasione domus Johannis de Leone et aliarum que minantur ruynam contra



eorum domos, protestati fuerunt de periculo si remedium non apponatur; d. sindici se obtulerunt visitari facere et instare erga d. vicarium, ut scandalla vitentur, quod reparentur.

De bullis capelle Omnium Animarum Marie Magdalenes, fuit conclusum quod d. sindici vocent d. curatum et vicarium Marie Magdalenes coram domino vicario, et ibidem instent ut sequestrentur donec restituti pecuniis et repositis secundum tenorem bulle, cum male usi fuerint etc.

(*Lictere testimoniales.*) — N. Anthonius de Versonnex se obtulit paratum adimplere quicquid sibi fuerit preceptum per d. syndicos super differentia inter eum et n. Petrum Versonnex, ejus fratrem, et licteras testimoniales.

*Martis viij<sup>a</sup> aprilis.*

Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Prepositi, Aquineaz, Crosa, Peyrolier, Paquet, Gachet, Bueti, Janini, Lunes, Planis, Lingot, Nanto, Orsieres, de Sancto Michaeli, Vaudo, Ponte, B. Dorieres, Serrallion, Grossi.

Quia nonnulli de carreria Sancti Leodegarii destruxerunt pavimentum et apposuerunt fymos, fuit ordinatum quod tollantur fymi et quod ipsi reparent pavimentum, alioquin compellantur et detur fymus vigilibus si fuerint morosi postquam eis fuerit notificatum.

De egregio Johanne de Putheo committitur Crosa et Paquet quod tractent cum eo ut melius poterunt et fiet sibi satisfactio.

Prohibeantur vigillie Sancti Yvonis propter periculum morbi epidemye cum etiam sint prohibite in legenda Sancti Laurentii<sup>1</sup>.

De macellariis Longemale qui die Dominica proxime lapsa publice in banchis vendiderunt carnes et fuerunt assignati in castro Insule, fuit conclusum quod serventur cride, requirentes d. vicedompnum, presentem, quatenus eos gracie tractet.

Custodiantur porte civitatis expensis ejusdem ad prohibendum quod morbos non intrent civitatem.

Iterum Stephanus Sothonaci exhibuit indulgentiam per dominum

<sup>1</sup> Sur la chapelle de Saint-Yvon dans le couvent de Palais, voir t. IV, p. 280; — J.-B.-G. Galiffe, *Genève historique et archéologique*, p. 300 n.

nostrum factam fratri suo; domini se obtulerunt paratos obedire; dantur testimoniales.

Mondentur carriere civitatis nec prohiciantur aque immunde.

(130) (*Juramentum per locumtenentem d. vicedompni.*) — || Honorabilis Stephanus Peccolacti, substitutus per nobilem Mermetum Mandellaz in officio vicedompnatus, prestitit juramentum super observacione franchesiarum || . — (*Letum est.*)

De Guillelmo Bocardi contra egregium Petrum Floreti servetur ordinacio et appunctuamentum alias factum, presente domino de Brandis.

*Veneris xj<sup>a</sup> aprilis.*

Quatuor sindici; — G. de Crosa, Ja. Pacqueti, Jo. Janyni, Gi. de Vuauodo, Hugoninus de Ponte, P. Serrallion, P. de Nanto, N. Testuti.

(*Borgesia, gratis.*) — Fuit creatus burgensis Gebenn. Petrus filius quondam Guillelmi Arpini, de Chivillier, parrochie de Essenevay, ad intercessionem nobilis Ludovici Vesperis, consindici, cujus est servitor, qui pro eo intercessit cujus contemplacione factum est gratis, qui juravit in forma. — (*Letum est.*)

Committitur taxa transactionis inite inter communitatem hinc et Franciscum de Fogia, recepte per Henricum de Nanto, Guillelmo de Crosa et michi.

Preceptum est vigilibus quod vacuare faciant Glaudium Bertheti et ejus uxorem, et claudatur domus ipsius.

(*Messillieria.*) — Fuit constitutus messillierius franchesiarum civitatis nobilis Petrus de Cretes, habitator Gebenn., qui juravit in forma; et hoc sub stipendiis trium den. Gebenn. pro qualibet posa terre.

Committitur Petro Serrallion quod visitet a porta Sancti Leodegarii usque ad ecclesiam, et pavimenta destructa reparari faciat.

*Martis xv aprilis.*

Quatuor sindici; — Lyo. Acquineaz, P. Gacheti, Jo. Bueti, Jo. Janyni, G. de Crosa, Ja. Pacqueti, Jo. de Planis, P. de Orseriis, Gi. de Vaudo, Jo. Malliardi, H. de Ponte, B. Dorieres, N. Testuti, Jo. Grossi.

(*Borgesia.*) — Mermetus Tevenodi, filius Johannis Tevenodi, de

Clusa Loci Dei, habitator Gebenn., parrochie beate Marie Magdalenes, fuit admissus in burgensem pro octo florenis, qui juravit in forma. — (*Levata est.*)

(*Compromissum.*) — Ibidem existente diferencia inter Hugonem Cohentheti hinc et Bezacon Dorieres inde, occasione cujusdam domus, dictus Hugo eligit pro se Jo. Grossi et Johannem Janyni; et Bezacon eligit Ja. Paqueti et Hugoninum de Ponte; promiserunt dicte partes habere ratum quid per eos fuerit ordinatum, cum clausulis opportunis, presentibus supranominatis consiliariis pro testibus etc.

De muro Testuti pro quo diferencia fuit orta cum d. Roberto Conodi, visitent d. sindici dictum murum et appu[n]ctuent partes prout eis equum videbitur.

Quoad stuphas civitatis fuit conclusum quod observentur cride super hoc facte.

Fuit conclusum non debere custodiri portas civitatis cum nichil seu parum profficiat, ymo committitur de Vuauo et Paqueti quod visitent omni die hospitallia et civitatem, et faciant vacuare suspectos.

In facto Areris audita relatione Paqueti et de Ponte refferencium quod Sordetus mutavit alveum pro xiiij<sup>xx</sup> ff., committitur dictis Paqueti et de Ponte quod se informent quot sunt pose terre et qui sunt tenementarii et quo precio; et refferant, et facta taxa, si non sufficiat taxa ipsa, conclusum est prebere auxilium istis tenementariis.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat egregio Johanni de Putheo, causidico Chamberiaci, videlicet xxiiij ff. ix grossos sibi debitos causis in rotulo signato et visitato per de Crosa, Paqueti et de Ponte plenius descriptis. — (*Expeditum est.*)

Ibidem fuit lectus rotulus expensarum factarum per nobilem Ludovicum Vesperis et, facta resecacione, committitur Paqueti et de Crosa quod signent et conclusum est debere fieri mandato de solvendo ipso signato prius.

(132) (*Messillieria.*) — Fuit ibidem constitutus messillierius cum alio superius constituto franchisesiarum civitatis Amedeus de Boulo, de Jussier, habitator Gebenn., qui juravit in forma.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat provido Henrico de Nanto, notario, quinque florenos qui sibi debentur pro receptione et grossacione transactionis instrumenti inite inter communitatem hinc

et Franciscum de Fogia inde, ad tantum taxate per egregium Guillelmum de Crosa et me Anthonium Richardi, vocatis nobiscum Anthonio Lyonardi et Guigone Prepositi. — (*Expeditum est.*)

*Veneris xviii aprilis.*

Gavit, Consilii, Vesperis, consindici; — P. Levrierii, Lyonardus Acquineaz, P. Gacheti, G. Crosa, Ja. Paqueti, Jo. de Planis, Gi. de Vuauo, B. Dorieres, P. Cherbonerii, Ny. Testuti, Jo. Grossy.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Jacobo Machardi, pavisserio, pro pavimento per eum facto in doeria existente inter domum nobilis Glaudii Gavit et domum nobilium Georgii et Girardi de Jenvillaz, de et super obventionibus burgensium fiendorum et factorum, videlicet xxiiij ff. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod detrahat de firma Johannis Fontanelli, cride civitatis, quatuor florenos qui fuerunt sibi Johanni dati pro una veste de lyvrea civitatis, aut si maluerit eidem Johanni solvat dictos iiiij<sup>or</sup> ff.

Fiant cride pro infectis de peste quod vacuent civitatem et quod infecti non veniant sub pena lx solidorum.

(*Lictere testimoniales pro civitate.*) — Quia multi fiunt insultus in civitate, prefati d. sindici rogaverunt Petrum Levrierii, procuratorem, ut inquirat et justiciam ministrari procuret, et de premissis petunt licteras testimoniales in presencia d. consiliariorum pro testibus etc.

Fuit ibi lecta quedam missiva lictera parte domini nostri super illis qui invaserunt nobilem Ludovicum Festi; fuit conclusum quod rescribatur sibi in bona forma.

Faciat egregius Petrus Floreti, occasione vigillis in quem manum apposuit violentam, id quod consilium ordinavit, ne ob hoc oriatur scandallum.

Fuit ordinatum quod non teneatur scola isto tempore pestiferoso, saltem in loco publico.

Quoad claves porte Rippe violenter amotas per Janus de Versonnay illi cui erant tradite in custodiam, fuit conclusum quod fiant sere et claves nove; et puniatur ipse Janus de hujusmodi opere facti; et remittitur ad Martis proximam de consensu egregii Petri Levrierii, procuratoris.



*Martis xxij aprilis.*

Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Levrerii, Prepositi, Acquineaz, Crosa, Lunes, Peyrolerii, Gachet, Pacquet, Bueti, Janyni, Planis, Lingoct, Orsieres, Vaudo, Sancto Michaelae, Nanto, Malliard, Ponte, B. Dorieres, Borjalli, Grossi.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Jacobo Machardi, pavisserio, pro pavimento per eum repparato in plathea Burgiforis, videlicet decem octo grossos. — (*Expeditum est.*)

(*Compromissum Gondisalvi et Levrerii.*) — In facto difference existens inter n. Gondisalvum de Malvenda et egregium Petrum Levrerii, dictus Gondisalvus eligit pro lathomis dictos Lespaulaz et Coppet, et carpentatorem Jacobum Quibleti; et dictus Levrerii eligit Glaudium Roland pro carpentatore et pro lathomo Johannem Borot; quibus dant facultatem cognoscendi de eorum difference, et promittunt stare eorum (eorum) ordinacioni omnibus arbitris concordantibus, cum omnibus clausulis opportunis. Actum ibidem, presentibus omnibus supranominatis, testibus etc...

(*Pro vigilibus mandatum.*) — Fuit ordinatum dari debere vigilibus, pro eo quod ipsi defferunt eorum baculos continuo, super obventionibus duorum burgensium fiendorum, videlicet xij ff. inter se equaliter dividendos. — (*Levatum est simul cum mandato 20 maii.*)

(133) (*Ordinacio pro magistro scole.*) — Quia fuit prohibitum magistro scole ne isto tempore pestiferoso exerceat scole officium, et ne ob hoc gravatus dici possit, fuit ordinatum quod detur sibi unus scutus pro singulo mense quo non exercebit scolam in civitate, ut vivere et se intertinere possit.

|| Conclusum est quod Janus de Versonay solvat seras et claves factas de novo in porta Rippe et quod fiat sibi demonstracio ne in futurum ad talia opera procedere presumat, impetrata prius gracia a domino vicario. || — (*Supersedeatur: reavisatum.*)

Committitur d. Francisco de Veyriaco quod loquatur egregio Petro Floreti quod adimpleat ordinata et pronunciata quoad Guillelmum Bocardi, vigillum, quem fuerat aggressus; et casu quo recuset id agere, jubeat sibi ut veniat Veneris proxima ad consilium.

Fuit ordinatum quod si nobilis Anthonius Monestier, burgensis Gebenn., hactenus contribuerit in rebus et negociis eciam et talliis

civitatis, quod ipse gaudeat privilegio aliorum burgensium dicte civitatis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario quod solvat nobili Ludovico Vesperis sexaginta sex ff. et unum grossum et novem denarios sibi debitos ut in rotulo per Crosa et Pacqueti signato. — (*Expeditum est.*)

*Veneris xxv aprilis.*

Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, P. Gacheti, Jo. Janyni, e. d. Brandicii, P. Levrerii, Ly. Acquineaz, Hugoninus de Ponte, Jo. Grossy, Jo. Malliard, P. Cherbonerii, B. de Sancto Michaelae.

Ibidem e. d. Brandicii fuit creatus consiliarius, qui juravit in forma.

De illo appellato Esperit qui fuit bampnitus per triennium faciat d. vicarius id quod voluerit, quoniam conclusum est quod sindici non se immisceant.

(*Pro illu. d. comitissa.*) — Insequendo ordinacionem per predecessores nostros factam conclusum est quod illu. domina comitissa eximatur a solutione gabelle vini pro ejus domo.

*Martis penultima aprilis.*

Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, P. Versonay, P. Levrerii, Leo. Aquineaz, G. de Crosa, Jo. de Lunes, Per. Peyrollier, Ja. Pacqueti, P. Gacheti, Jo. Bueti, Jo. Janyni, P. de Orseriis, Gi. de Vaudo, H. de Ponte, P. Cherbonerii, Ny. Testuti, B. de Sancto Michaelae, Ga. Borjalli, Jo. Grossy, P. de Nanto, B. Dorieres.

(*Borgesia.*) — Anthonius Burnodi, filius quondam Stephani Burnodi, parrochie Mure mandamenti Morniaci, parrochie Magdalenes, fuit creatus et admissus in burgensem precio octo florenorum, qui juravit in forma. — (*Leta est.*)

Item dictus Anthonius Burnodi fuit constitutus vigil loco de Pillisson, deffuncti, qui iterum juravit in forma.

De illo qui induxit vachas, dictum est quod d. sindici instent erga d. vicarium ut honor civitatis salvus remaneat.

Quoad bocheriam de Longemale conclusum est nullum fieri edificium, donec concordato cum domino nostro, et faciant d. sindici in consilio episcopali protestacionem de linguis quas officarii episcopales exigunt vi a bocheriis dicte plathee Longemale.

Petantur illi qui occupaverunt platheam Molaris in prejudicium Petri Exerton, fermarii dicte plathee, quibus precipiatur ut satisfaciant eidem Exerton juxta dampnum passum.

Habeat thesaurarius transactionem initam cum de Fogia, et portetur d. cantori, et fiat id quod fieri debet consilio ejusdem d. cantoris.

De bula aurea<sup>1</sup> et aliis libertatibus quas dominus noster obtulit passari facere erga imperatorem, fiant graciaram actiones in consilio episcopali et nichil exponatur.

Visa lictera missiva domini Breysie directa vicario mencionem [faciente] de monetis, dictum est quod in consilio episcopali, vocatis dominis de capitulo, fiat resolutio quid agendum erit.

(*Mandatum.*) — Mandatur intrari thesaurario in suis computis quadraginta septem floreni decem grossi et tres denarii monete per ipsum librati, ut in rotulo signato per de Crosa, de Ponte et Paqueti. — (*Expeditum est.*)

(134) *Veneris secunda maii.*

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, G. de Crosa, P. Gacheti, P. Perolerii, Jo. Janyni, Ja. Pacqueti, Gi. de Vaudo, B. Dorieres, P. Cherbonerii.

Instent d. syndici erga septem curatos seu eorum vicarios ut ipsi provideant de aliquibus capellanis, uno vel pluribus, qui resideant in hospitali, qui deserviant in septem parrochiis, quia rector hospitalis non potest ubique deservire.

Committitur de Ponte et Paqueti quod ipsi provideant de uno prebitero qui deserviat in hospitali cum moderno rectore, qui prebiter debeat habere regimen et administracionem tocus dicti hospitalis ipsius, prius instructo per dictos de Ponte et Paqueti.

*Martis sexta maii.*

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonnex, Levrier, Aquineaz, Lunes, Gachet, Paquet, Peyrolier, Bueti, Janini, Lingot, Nanto, Orsieres, de Sancto Michaele, Vaudo, Malliard, Ponte, B. D[or]ieres, Serrallion, de Borjali, Grossi.

<sup>1</sup> Voir t. IV, p. 120 n.

Recepta lictera credencie a domino nostro<sup>1</sup> per n. Jacobum de Expagniaco qui exposuit quod dominus noster restituit curiam et occasione macelli ad medietatem emolumentorum cum linguis, et etiam ratione fichiarum extractarum, pro quibus conventi fuerunt iiii<sup>c</sup> ff.; quod si non dentur procedet per justiciam; etiam exposuit quod fortes faciant justiciam; d. syndici se obtulerunt ut alias fortes facere et licteras testimoniales, etc.

De residuo ut alias fiat responsio secundum tenorem instructionum n. Lyonardo Aquineaz datarum, et alias non nec alio modo, et quod cicius per aliquod tempus cesset macellum antequam solvantur lingue, cum sit vectigar novum.

Quia n. Bartholomeus Darmex mandavit d. sindicis quod Florentini residentes Lugduni nituntur huc venire moram tracturi ad eo quia rex Francie eos infestat, et qui Florentini venient si teneantur securi ad causam cujusdam marche Alamanorum, fuit conclusum quod mictatur Jo. Grossi ad dictum Darmex cum lictera credencie et sciat certitudinem eorum adventus, et deinde mandabitur ad d. Bernenses et Friburgenses pro eorum securitate.

De librariis, ulnis et mensuris heri per assertum castellanum Pineti non permittant d. syndici hoc fieri, sed reparari faciant et instent d. syndici, cum pene debeant applicari bastimentis et fabrice et afferantur ad Domum ville prout solitum est.

Solvat Michael Martinaz introgium bossetorum vini cum non resideat in hac civitate.

Respectu platee communis Molaris admodiate Exerton, nichil eidem deducatur, cum terra tempore admodiacionis esset jam ibidem reposita.

Occasione differenciarum n. Gonsaldi de Malvenda et egregii Petri Levrierii, n. Gonsaldus peciit refferri per deputatos; Levrierii allegat eos suspectos causis adductis; tamen fuit conclusum quod audiatur relacio deputatorum; qui Levrierii protestatur de nullitate pronunciacionis, casu quo non fiat secundum tenorem compromissi; Petrus Borot, lathomus, juravit pronunciare etc. cum aliis lathomis. — (*Ad cras.*)

Rescribatur castellano et sindicis Bone in favorem macellariorum qui sunt franchi de quibuscunque pedagiis.

<sup>1</sup> Vigone, 28 avril 1494, Arch. de Genève, P. H., n° 781.



*(135) Mercuri vij maii.*

Gavid, Vesperis, consindici; — d. F. de Veyriaco, Versonnex, Crosa, Peyrolier, Paquet, Janyni, Lingot, Orsieres, Vaudo, Malliard, Grossi.

Quia Johannes Grossi se excusavit ire ad n. Bartholomeum Darmex, quare loco illius eligitur Pe. Gachet cum lictera missiva credencie.

Allocatur d. procurator fiscalis et fiant cride quod vacuentur portus Lacus sub pena perdicionis nemorum sive lignorum.

Petrus Falqueti, apothecarius, exposuit quod Franciscus Mariglerii, serviens episcopatus, heri duxit ejus fratrem et eundem Petrum ad carceres episcopales non expectata caucione quam noluit admictere, et hoc pro debito iv<sup>or</sup> ff., sic quod fuit incarceratus et solvit introgium contra formam franchises; fuit conclusum quod d. sindici instent erga d. vicarium et quod reparetur et satisfiat dicto Falqueti indebite capto.

Dominus syndicus requisit egregium Levrierii, procuratorem, ut premissis justiciam ministret, alioquin protestatur agere contra servientem, et licteras testimoniales.

Johannes Spatule, Coppet, Amedeus de Sirier, Nicodus Porreti, lathomi, et Jacobus Quibleti, carpentator, dicunt visitasse curtile super diferencia n. Gonsaldi de Malvenda et Pe. Levrierii cum Petro Borot et Claudio Rolandi, sed quia non sunt concordēs se demictunt de tali cognicione cum fuerint allegati suspecti, et sic.

*Veneris nona maii.*

Gavit, Vesperis, Gule, consindici; — d. P. de Pesmes, d. F. de Veyriaco, Jo. Lunes, Paquet, Janyni, P. Levrierii, P. de Nanto, B. de Sancto Michaelē, Jo. Malliard, B. Dorieres, P. Cherbonerii.

Fuit ibidem electus Petrimandus de Maladumo ad eundem Lugdunum ad nobilem Bartholomeum Darmel pro nundinis recuperandis, cui detur lictera credencie directiva dicto nobili Bartholomeo.

*(Admodiatio plathee Burgi Foris.)* — Fuit facta admodiatio plathee Burgiforis Petro Oliverii, vigilli civitatis, per unum annum inchoatum die prima hujus maii, precio decem octo solidorum per ipsum solvendorum in manibus receptoris communitatis, juramento suo etc. et sub obligacione bonorum suorum etc., cum clausulis opportunis, presentibus nobilibus consiliariis superius nominatis, testibus etc.

*(Ordinacio pro n. Gond. de Malvenda.)* — In facto difference existentis inter n. Gondisalvum de Malvenda hinc et egregium Petrum Levrierii inde, magister Jacobus Quibleti, carpentator, Johannes Spatule, Andreas Coppeti, lathomi, suis et Amedei de Seriaco ac Nycodi Regis lathomis nominibus, commissarii ad hoc deputati, retulerunt ut in folliacio per eos dato. Et Petrus Chambe, Petrus Borrot, lathomi, suis et Glaudii Rolandi nominibus, commissarii, retulerunt equidem ut in uno alio folliacio. Quibus relacionibus et folliaciis visis, nobilis Gladius Gavit et Ludovicus Vesperis, de consensu consiliariorum supranominatorum, ordinaverunt ut in folliacio dato per dictos Jacobum Quibleti, Johannem Spatule et Andream Coppeti. Cui ordinacioni non consensit Petrus Levrierii, protestans etc. — Richardi. — *(Alibi est registrata.)*

*(136) Martis tresdecima maii.*

Quatuor sindici; — e. d. F. de Veyriaco, Prepositi, Crosa, Gachet, Bueti, Janini, Paqueti, Jo. de Lunes, Gi. de Vuauo, H. de Ponte, P. Cherbonerii, Ny. Testuti, Jo. Grossi, P. de Orseriis, M. Lingoti, P. de Nanto, B. Dorieres, Jo. Malliard.

Nobilis Amedeus Gulle, consindicus, quia, ut proposuit, in presenciarum est affuturus, deputavit loco sui in syndicatu Johannem Malliard, ejus socerum, quem postulat admicti ejus absentia durante.

Instent d. sindici erga d. cantorem ut ferat ordinacionem super facto de Fogia.

Fiant cride quoad portus prout est solitum.

Fuerunt ibidem vise sentencie scripture contra duos Alemanos in carceribus Insule captivos, tam per e. d. Jo. Chapuysii quam d. Franciscum de Veyriaco, et fuit approbata sentencia scripta per dictum d. Franciscum de Veyriaco et bampniantur in loco assisie; quoad eorum expensas observetur franchisesia.

De illo qui conquestus est de Verdeto, serviente vicedompnatus, et cui abstulit vestem volendo eum ducere ad carceres, fuit dictum quod restituat vestem et instent d. sindici erga vicedompnum ut prohibeat eidem Verdeto officium, actento quod non est burgensis; et si contingat quod ipse veniat et requirat se admicti in burgensem, non recipiatur incontinenti.

In facto bocherie Longemalle de qua Veneris proxima dominus Brandicii aliqua proposuit, quia materia requirit bonam deliberacionem, ideo remittitur ad Veneris proximam et tunc petatur bonus numerus burgensium et civium.

Quia de captivis prenarratis pro expensis nichil narrat franchisesia fuit conclusum quod condempnentur in expensas.

(*Borgesia.*) — Ibidem fuit admissus in burgensem Reymondus filius condam Petri Verterii, de Vovrey, parrochie de Herchant, sellerius, habitator parrochie beate Marie Magdalenes, pro et mediantibus octo florenis parvi ponderis, solvendis in manibus thesaurarii, qui juravit in forma. — (*Levata est.*)

(*Borgesia.*) — Fuit admissus in burgensem Johannes filius Colleti Ruphi, parrochie de Thiez, mandamenti Castellionis et Clusarum, pro et mediantibus octo ff. parvi ponderis solvendis in manibus thesaurarii infra annum, qui juravit in forma. — (*Levata est.*)

*Veneris xvj maii.*

Gavit, Vesperis, consindici; — e. d. F. de Veyriaco, P. Gachet, P. Perollier, Ja. Paquet, Jo. Janini, G. de Crosa, P. de Orseriis, Jo. Malliard, P. Cherbonier, Jo. Grossi, B. Dorieres, P. de Nanto, Gi. de Vaudo, Testuti.

(*Admodiatio plathee Mollaris.*) — Admodiatur Colleto Collini, excoferio, presenti, plathea Mollaris per unum annum incohatum prima hujus maii, precio quinque ff. cum dimidio solvendorum terminis solitis in manibus receptoris communitatis, cum promissionibus, submissionibus et ceteris clausulis opportunis, presentibus quibus supra.

(*Admodiatio plathearum Sancti Gervasii, Domine Nostrae Pontis Rodani.*) — Admodiantur plathee Sancti Gervasii, eciam ante Dominam Nostram Pontis Rodani et subtus portam domus hospicii Trium Regum nobili Girardo de Vaudo, presenti etc., per unum annum incohatum die vicesima prima hujus maii, precio trium florenorum parvi ponderis solvendorum terminis solitis in manibus receptoris communitatis, cum promissionibus, submissionibus, renunciacionibus et aliis clausulis opportunis, presentibus quibus supra, testibus etc.

De duobus Alamanis detentis, banniantur per annum et diem secundum franchisesiam et || condempnentur in || sine expensis, secundum

deliberacionem Martis lapsa factam, quod factum est hic illico in presencia omnium consilliariorum.

Iterum renoventur cride quod non fiant coree in domo nec extra domum cum instrumentis sive carminibus, et quod non fiant congregaciones.

(137) *Martis xx maii.*

Gavid, Consillii, Vesperis, Malliard loco Gule; — e. d. F. de Veyriaco, Aquineaz, Crosa, Gachet, Braseti, Grossi, Janini, Nanto, Vaudo, Ponte, B. Dorieres, de Borjali, Testuti.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Hugoni de Rages, archerio, pro confectione baculorum d. sindicorum, videlicet xij g. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Johanni Jaques, operario civitatis, causis in rotulo, videlicet ij ff. xj g. vj d., qui juravit in forma.

Fiat responsio magistro hospicii quod supersedeat et rescribat domino nostro quod pascienciam habeat causante morbo epidemie donec cessaverit.

Fiant cride quod macellarii vendant carnes ad pondus: libram mutonis vj d. et bovis iij d. cum obolo, abhinc usque ad festum sancti Andree.

(*Substitutio in syndicatu.*) — Domini sindici Gavid et Consillii causante morbo epidemie sunt recessuri, substituunt loco sui videlicet: dictus Gavid Petrum Gacheti, presentem, et Consillii, Petrum de Nanto, presentem, cum promissionibus oportunis.

Guillelmus Huchier, associatus Buffleti, Ja. de Alamanis et Pe. de Velles, exposuit quod Ludovicus Fernet eum verberavit in brachio quod est impotens; et die festi Pentecostes Amblardus Veygier cum quodam ejus servitore verberaverunt Pe. Turri, macellarium, in brachio, ymo adhuc non cessant minas inferre eos occidendi, quare requisierunt eis justiciam ministrari, protestantes quod si eos invadant et se deffendendo eos occidant, quod non imputetur eis, presente Ste. Pecolat, locumtenente d. vicedompni, et Crosa, a quibus d. sindici instantiam fecerunt et requisierunt ministrari justiciam, se offerendo fortes facere; et dantur testimoniales hinc inde.



Pariter frater Hugo, religiosus Palatii, exposuit quod dictus Amblardus Veygier minas eidem intulit eum occidendi; supplicavit apponi remedium; d. syndici se obtulerunt ut supra.

Et fuit conclusum quod, occasione premissorum, d. syndicus Consilii et Vesperis vada[n]t ad d. vicarium et eum venire facia[n]t, et congregentur procurator, vicedopnus et syndici, et apponatur pacificacio rei, cum sit magnum periculum.

(*Admodiatio platee Longemale.*) — D. syndici admodiant Baudichoni Barberii, aurifabro, plateam Longemale, spacio unius anni prima hujus maii incipientis, precio xvij gr., cum promissionibus oportunis.

Fiant cride quod infecti non intrent civitatem neque ecclesias infra xl dies ab infectione eorum, sit pena lx florenorum.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut libret vigilibus, ultra mandatum duorum burgensium, super duobus burgensibus xij ff. — (*Letum est.*)

*Martis xxvij maii.*

Vaudo, Malliard, Nanto, Gachet, substituti syndici; — Crosa, Braseti, Paquet, Grossi, Janyni, Lingot, de Borjali, B. Dorieres, Aquineaz.

De fornerio remictitur a[d] magnum consilium quam primum redierint consules.

De macellariis maneant cride facte et que observentur.

De detento qui invasit vigillum Johannem Gallatini et servientem remictatur d. sindicis et secundum demerita pugniatur rigide<sup>1</sup>.

De Alamanis infectis insedentibus per civitatem, remictitur d. sindicis quod vacuari faciant civitatem, etiam de eo qui inivit ad defferendum corpus fratris Martini Bellocti.

Religiosi non intrent parrochias ad petendum elemosinas, cum illi de Palacio sint infecti.

N. castellanus Gay exposuit se adhuc habere detentum qui carmen decantavit contra Alamanos, qui fuit captus vigore licterarum d. vicarii, et de mandato domini Breysie ivit quesitum idem castellanus; quia non nomine civitatis, ideo remictitur d. vicario.

<sup>1</sup> Arch. de Genève, *Procès criminels*, II<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 39.

(138) *Martis tercia junii.*

Vaudo, Malliard, Nanto, Gachet, syndici substituti; — Crosa, Paquet, Grossi, Janini, Lingot, B. Dorieres, de Borjali, Braseti.

(*Borgesia.*) — Mermetus Albi, de Peycier, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admictitur burgensis pro et mediantibus octo florenis p. p., qui prestitit juramentum solitum. — (*Levatum est.*)

(*Vigil.*) — Idem Mermetus Albi loco Oliverii admictitur vigil, qui prestitit juramentum fidelitatis in forma.

Ponderetur et visitetur pagnis per d. syndicos.

Fiant cride quod nullus extraneus occiosus maneat in hac civitate ultra unam diem, sub pena incarcerationis; aut saltem prohibeatur hospitibus quod non receptant extraneos ultra unam diem absque notificatione justicie sive dominorum sindicorum.

*Veneris vjta junii.*

Vaudo, Malliard, Nanto, Gachet; — Lunes, Grossi, Lingot.

Dominus de Brandis exposuit nonnullas fore diferencias inter eundem et dominos de Montecanuto, occasione cujusdam prati per eum empti a d. Johanne Chapuysii; requisit sibi dari unum de civibus parte civitatis expensis suis ad mictendum cum certis aliis ejus parte ad dictos de Montecanuto. Fuit conclusum quod prestentur favores possibiles.

Respectu cujusdam detenti condempnati ad mortem per d. Jo. Bagnion, custodiatur usque Lune, ad eo quod possint haberi nonnulli ejus complices.

*Sabati vija junii.*

Gavid, Consillii, consindici; — Aquineaz, Braseti, Lunes, Gachet, Malliard, Vaudo, B. Dorieres, Jo. Grossi.

Recepta lictera missiva a nobilibus de Montecanuto per n. Ludovicum de Viriaco, occasione certorum verborum heri sibi dictorum per Jacobum Le Grissiney, ut asserebat nomine communitatis, ad causam d. de Brandis, fuit conclusum et responsum illico quod non fuit missus parte civitatis nec habuit quicquam in mandatis, et ultra quod ipsi et tota civitas volunt esse amici uti fuerunt retrofluxis temporibus, nec quicquam unquam fecisse quid propter quod debeant habere odio civitatem, recommissos reddendo etc.

(139) *Die Martis decima junii*, in castro Insule ad causam detenti.

Vaudo, Malliard, Nanto, Gachet; — Aquineaz, Crosa, Paquet, Janini, Be. Dorieres, Lingot, Grossi, Testuti.

Ibidem dictus detentus, servitor Mantillier, fuit per Ste. Peccolat, locumtenentem d. vicedompni, remissus d. sindicis tanquam criminosus contra quem formatus fuit processus et fuit accusatus per dictum Beguyni, plexum Hermencie.

Domini substituti loco sindicorum visitent panem et ponderent.

*Mercuri xj juni.*

Gavid, Consilii, Malliard, consindici; — Versonnex, Crosa, Gachet, Paquet, Grossi, G. Roget, G. de Castronovo, Marquetus Ton-neaux, Ste. Peccolat, Lingot, Nanto, Orsieres, Vaudo, B. Dorieres, Testuti.

Pe. Biolley, burgensis et monetarius Gebenn., requisit sibi fieri rationem de Pe. Serraceni qui eundem invasit et lesit; d. sindici se obtulerunt facere quod in eis est et instare erga justicie ministros ut justicia ministretur.

Tandem supervenerunt illico subnominati, videlicet: Ja. Nepotis, Pillizon, Hector de Rages, Anthonius Versonnex, Bossonis tonsor, Jo. de Poste, Ja. de Alamanis, Perrinus de Mara, Michael Bernardi, Franciscus Patry, G. Banosii, Ny. Janini, Henricus de Ulmo, cum certis aliis, qui supplicarunt dominis sindicis manuteneri franchisesias et justiciam ministrari de illis qui eos invaserunt concomitando et ducendo fenum Nicodi Janini.

Fuit conclusum quod Jo. Serraceni privetur officio suo, quod et factum fuit, et sibi fuerunt amota arma et prohibitum ne abinde defferat arma civitatis; de residuo ad eo quod lesit duos, faciat justicia cursum suum et puniatur juris tramite.

De d. sindico Vesperis, si sit amovendus baculus a manibus et privandus officio, remictitur ad majus consilium ordinarium et permutetur si talia egerit sindicario nomine, cum non possit amoveri sine consilio generali et non possit consilium teneri propter morbum. Fuerunt contenti omnes.

Respectu debati Ludovici Festi, Veygier et aliorum, fuit conclusum quod d. sindici vadant ad d. vicarium et instent quod eos concordet, et

qui non voluerit acquiescere ejus ordinationi prohibeatur ne defferat gladium etc.

Remictuntur Vesperis et Janini ad Veneris audiendum ordinationem d. sindicorum super differentia prati.

(140) *Veneris xiiij junii.*

Gavid, Consilii, Malliard; — Crosa, Paquet, Grossi, Lingot, Nanto, Vaudo, B. Dorieres, Testuti.

De facto Nicodi Janini et Ludovici Vesperis remictitur ad Martis, et interim tradant jura sua.

*Martis xvija junii.*

Gavid, Vaudo, Malliard, Nanto; — Monsieur de Brandis, Crosa, Braseti, Paqueti, Gachet, Grossi, Janini, Orsieres, Ponte, de Borjali, Serrallion, Testuti.

Non redeant adhuc infecti hospitalis ad civitatem sub pena in cridis comprehensa, nec fiant coree neque congregaciones sub penis in dictis cridis, que renoventur si opus sit.

Recepta quedam lictera missiva a Petro Equitandi, respectu hospitis Clavis Perse Sancti Gervasii qui retraxit servitores domini de Monjoex, sumantur veriores informaciones et bene ample antequam capiatur.

(*Mandatnm.*) — Mandatur thesaurario ut expediat Anthonio Burnodi, vigilli, pro tribus viaggiis factis per eum Hermencie ad causam informacionum sumendarum contra detentum, videlicet ix gr.

(*Veneris.*) — Supervenerunt Ny. Janini, Michael Bernardi, Franciscus Patri, Pe. Biolesii, Pillizon, Jo. de Poste, Aymo Grueres, Jacobus Alamanandi, Hector de Rages, cum certis aliis, supplicantes franchisesias observari contra Ludovicum Vesperis et ejus sequaces, pariter uxor dicti Merluz, qui fuit lesus, requisit justiciam ministrari et provideri de alimentis, quibus responsum fuit quod d. sindici facient quod in eis erit et instabunt super omnibus et differentia Janini et Vesperis. Remictitur ad Veneris.

*Veneris xx junii.*

Gavid, Vaudo, Malliard, Nanto; — Versonnex, Aquineaz, Crosa, Gachet, Paquet, Grossi, Lingot, Ponte, B. Dorieres, de Borjali, Serrallion, Testuti.



(*Martis.*) — De facto Nicodi Janini et Vesperis remittitur ad Martis et interim Testuti mandet eum querere ad audiendum ordinacionem d. sindicorum cum condicione quod, ipso absente, procedetur; et consensit Testuti.

De supplicacione Francisci de Fogia, datur onus Guillelmo de Crosa appunctuandi cum eo ad iij<sup>c</sup> ff., et si velit illico expedientur.

Recepta lictera missiva ab illu. domino Breysie ad causam Jane Allison, léprose, rescribatur quod sui contemplacione fiet per modum quod contentabitur.

Recepta alia lictera missiva a dominis de Friburgo in favorem Ludovici Fernet ad eo quod fuit lesus per Rosetaz et Guillelmum Huchier ac aliorum verborum per Bufflet probatorum, d. sindici vadant ad consilium episcopale et inde secundum deliberationem rescribatur et vocetur heyraldus Friburgi et Guillelmus Huchier, et deinde mictatur aliquis Friburgi et eos informet.

Recepta lictera missiva a magistro hospicii domini principis Orengie ad causam marche Johannis Grivet, servitoris dicti domini, fuit conclusum quod perquirantur expleta intus existencia, et mandetur Aquiani ad habendum processum; deinde mictatur Gabriel de Borjali, qui eligitur, cum lictera credencie et juribus ad eos informandum.

De Johanne de Turre, ad causam caucionis detenti qui est admissus ad ejus deffensiones, si possit cavere caveat, sinautem non denegentur propterea ejus deffensiones.

Domini sindici requisierunt Ste. Peccolat quatenus provideat liberis dicti Merluz lesi, qui se obtulit facturum quod in eo est.

(*Vigil.*) — Johannes Regis alias Floquet, sutor, burgensis Gebenn., admittitur vigil, qui prestitit juramentum solitum.

(141) *Die Lune xxiiij junii.*

Gavid, Gi. de Vaudo, Maliardi; — Lompnes, Gacheti, Aquineaz, Grossi, Nanto, Testuti, de Ponte, Dorerii, Janini.

Nobilis Georgius Friborguot, Bernensis, et honorabilis Anz Ursellin, Friburgi ambaxiatores, exposuerunt sicut nonnulli eorum subdicti, illienciati voluntate dominorum postposita, alio proficiscuntur in displicenciam ipsorum dominorum, requirentes ut fiant eis, dum in hac civitate affuerint, demonstraciones ut abstineant et revertantur.

Item quod si opus sit capiantur parte instante et eis remittantur aut fiat in hac civitate justicia.

Fuit conclusum ut fiat prout requisierunt uti supra dicti ambaxiatores, excepta remissione que fieri non debet, obstantibus franchisesis.

Dominus Andreas de Croseto consensit quod recipiatur Jana Allison in maladeria Carrogii, dummodo instent recipi filium Aymoneti Charrotoni in malladeria Quercus, et ita d. sindici prebuerunt consensum et instare etc.

*Martis xxiv junii.*

Gavid, Gule, Nanto; — Monsieur de Brandis, Versonnex, Aquineaz, Crosa, Lunes, Gachet, Paquet, Grossi, Orsieres, Vaudo, de Sancto Michaelae, Malliard, B. Dorieres, Janini, Testuti.

De marcha Johannis Grivet mictatur unus vigil ad d. cantorem si habeat jura concernencia hujusmodi materiam quod velit tradere; deinde mictatur aliquis ad de Planis quod veniat, quia eligitur loco de Borjali mictendus ad dominum principem Orengie ad eum informandum.

Martinus Bellot supplicari fecit quod permittatur redire ad unam de domibus suis; fuit conclusum quod non redeat neque alii, sed serventur cride.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum super rotulo Aymoneto Bessonnet, viso et signato per Paquet, de summa ix ff. v g. — (*Letum est.*)

(142) *Martis prima jullii.*

Gavid, Vesperis, Gule; — Versonnex, Crosa, Paquet, Gachet, Grossi, Janini, Levrier, Lingot, Vaudo, Nanto, Ponte, Dorieres, Serrallion, Testuti.

Martinus Bellot pluries supplicari fecit quod permittatur redire ad domum suam Fusterie; equidem supplicari fecit Colinus Chicandi quod ei permittatur redire ad ejus domum Pelliparie. Fuit conclusum quod permittatur Martino Bellot venire ad suam de Fusteria, non tamen Colino Chicandi permittatur adhuc intrare civitatem.

De marcha dominorum de Monjoex et magistri Anthonii Bonaterii qui fuit per eosdem dominos depredatus et captus, ob quod conqueritur et requisit talia notificari ceteris mercatoribus hujus civitatis ut sibi caveant. Fuit conclusum quod talia notificentur domino Breysie

et rescribatur domino nostro quatenus advertat illustrissimam d. duchissam quod pacificetur et concordetur cum dominis de Monjoex.

De facto n. Anthonii de Versonnex qui heri, hora vij<sup>a</sup> post meridiem, fuit invasus et apprehensus in nanto de Treynans per tres homines equites bochiatos cum uno parvo mangone et in eum traxerunt unam sagitam balliste. Sumantur informaciones et fiat inquisitio, et notificetur domino Breyssie.

Quia d. syndici obtinuerunt in facto Levrierii contra Bertrandum de Cholex super una supplicacione licteras, fuit conclusum quod proseguatur, et, ad hoc faciendum, d. syndici substituunt egregium Braseti loco sui ad causam hujusmodi negotii ad comparendum coram domino in causa.

De marcha Johannis Grivet, servitoris domini principis Orenge, perquirantur jura et rescribatur cum nuncio domino principi Orenge.

Johannes Vallet et Henricus Pollerii conquesti fuerunt de Petro de Rotulo qui percussus est morbo prope eorum domos. Fuit conclusum quod si velit ire ad hospitale vadat, sinautem claudatur ejus hostium et ministrentur neccessaria absque eo quod exeant domum neque quod hospitallerii veniant ad eum de die.

*Martis viij jullii.*

Gavid, Gule, Nanto; — Versonnex, Gachet, Paquet, Grossi, Janini, Lingot, Vaudo, de Sancto Michaeli, Malliard, Dorieres, de Borjali.

Quia magister Nicolaus, bonbarderius, exposuit quod pro stipendiis suis non posset hic comode vivere, quare peiit sibi licenciam impartiri discedendi cum lictera testimoniali quod bene servivit; fuit conclusum quod fiat sibi lictera testimonialis, per quod bene fuit satisfactum. — (*Letum est.*)

De macellariis serventur cride et procedat castellanus secundum formam cridarum.

Quia relicta Nantua super lictera missiva illu. domini Breyssie ad causam homicidii requisit justiciam ministrari et responsionem dari, fuit conclusum quod fiat responsio et rescribatur quod, indulgentia revocata, facient justiciam; et fecerunt instanciam erga d. vicarium qui vocari fecit partem que est parata satisfacere secundum possibilitatem.

Super taxa Nicodi Janini contra n. Ludovicum Vesperis fuerunt additi duo floreni pro interesse et perda feni.

De facto Johannis Grivet, habitis juribus a curiali Aquiani, fuit conclusum quod rescribatur magistro hospicii domini principis Orenge cum copia jurium, et eliguntur Jo. de Mons, servitor Aquineaz, aut loco sui Michael Vallerii seu alius si comodius etc.

(143) Registrum confectum in conventu Fratrum Minorum.

(144) *Martis xv jullii.*

Gavid, Gule, Vaudo, Nanto; — Versonnex, Crosa, Gachet, Dorieres, Paquet, Janini, Malliard, Aquineaz, Ponte, Grossi, Lingot, de Sancto Michaeli.

Vadant infecti ad hospitale et non alibi.

Respectu bladi visitentur greneria et injungatur quod vendatur bladum in foro publico et non alibi, qualibet die fori certam quantitatem prout videbitur equum.

De insultis et debatis fiat concordium si possit fieri, sinautem sumantur informaciones et fiant instructiones et mictatur aliquis ad dominum nostrum quod apponat remedium.

Commictitur Paquet quod concordet cum de Fogia ad causam quingentorum florenorum.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Roletto Nicolay, pro expensis factis in concordio cum de Fogia per deputatos parte civitatis, videlicet xxxij g. — (*Letum est.*)

Quia Jacobus Hugoneti vult extraere res suas a domo Laurencii Neyrodi, promittit, ipso vento, stare ordinationi d. sindicorum super sallario. Mandatur uxori quod relaxet bona.

*Die Veneris xvij<sup>a</sup> jullii.*

Gavid, Nanto; — Paquet, Gachet, Grossi, Lingot.

Fuit injunctum Paqueti, sub pena lx solidorum, quatenus reparari faciat tectum ale Longemale, tanquam admodiataro domus domini Camere, secundum tenorem instrumenti in Domo et libro communi descripti.



(*Martis.*) — De Claudio Vuarouz ad causam sui bladi venalis, remittitur Martis.

Fuerunt electi Gachet et Nanto ad eundem ad d. vicarium super conclusione facta Martis proxime lapsa ad causam justicie et debitorum etc.

(*Testimoniales.*) — Ex deliberatione consilii Martis et hodie tenti, Petrus Gacheti, nomine d. sindicorum et consillariorum ac tocus communitatis, requisit Ste. Peccolat quatenus tanquam locumtenens d. vicedompni caperet aut capi faceret Guillelmum Huchier et Mermetum Tierri, qui ultimo invaserunt et leserunt n. Amblardum Veygier; qui Peccolat obtulit se facturum quod est in eo, sumptis verioribus informacionibus; dantur testimoniales, presentibus Paquet, Lingot, Nanto, in Ripparia superiori, ante domum heredum n. Guillelmi de Bosco.

Illico dictus Peccolat, locumtenens d. vicedompni, accessit ad Johannem Balli in ejus apotheca prope Allam et, illo comperto, eidem prohibuit, sub pena lx solidorum et confiscacionis bladi ne venderet bladum in ejus greneriis, domibus sive grangiis, nisi dumtaxat in foro publico; qui Johannes Balli se obtulit obedire ac tamen dixit quod miceret bladum suis operariis apud Alavardum pro substentacione ipsorum; dominus locumtenens consensit et non alias, presentibus n. Pe. de Grieres, Nanto, Gachet, Paquet.

(145) *Martis xxij jullii.*

Gavid, Gule, Vaudo, Nanto; — Crosa, Gachet, Paquet, Bueti, Grossi, Janini, Lingot, de Sancto Michaele, Dorieres, Malliard.

Quia Claudius Bochet desigillari fecit bona Serraceni, asserendo se acquiescere velle pronunciacioni d. sindicorum, quod facere non vult, instat dictus Merluz sibi provideri de justicia; fuit conclusum quod sequestrentur bona existencia in domo Berlioz, qui asseruit se habere de bonis ad satisfaciendum; et ad hoc rogantur dictus Berlioz et Bochet.

De Claudio Vuarouz et Comitibus qui vendiderunt bladum in domibus, serventur cride nec vendant abinde nisi in foro publico.

Fiat preceptum medice commoranti ante domum Canalis, ex quo frequentatur morbosos, quod non exiat domum, nec se immisceat cum sanis.

Super facto Jacobi Hugoneti, dicti Paniot, ad causam suorum mobilium existencium in domo Laurentii Neyrodi, committitur Crosa quod mediante caucione relaxentur.

De facto Heynardi Fontane qui vendidit bladum circa unam horam post cridas, committitur Crosa quod via amicabile eum tractent dulciter.

(*Borgesias.*) — Gaspardus filius Jaquemini Arbelli, de Querio, apothecarius, parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis mediantibus octo ff., qui juravit in forma. — (*Letum est.*)

Domini consillararii ratificaverunt promissionem factam per d. consindicos in lictera testimoniali recepta per Petrum Perrodi, notarium, ad opus Johannis Gando contra Johannem Balli, ferraterium, cui Balli mandaverunt per servientem inhiberi ne alibi quam coram officiariis domini nostri conveniat dictum Gando ad causam certi bladi eidem Johanni Balli venditi quod exponi venale fecerunt d. sindici in foro publico.

Fuit ordinatum quod d. castellanus sigillari faciat grenerium Chenevalis prope Pratum d. Episcopi ad eo quia vendit bladum de nocte Pectellionis.

Committitur policia bladi Nanto et Gachet et ipsis duobus simul, quibus datur omnimoda potestas etc., etiam sigillandi ut moris est.

*Veneris xxv jullii.*

Gavid, Gule; — Crosa, Paquet, Gachet, Grossi, de Sancto Michaele, Vaudo, Malliard, Lingot.

Quia Vignoli tenebatur civitati in xi<sup>xx</sup> ff., sigilletur domus et inventarizentur bona.

Fuit conclusum quod nullus defferat vestes vigillum ad arma civitatis nisi sit vigil, infra nec extra civitatem.

Sumantur informaciones ad causam medice, quia d. vicarius rescripsit, et si comperiat infecta, vacuet; sin autem dimictatur in pace.

(146) *Die Sabati xxvj jullii.*

(*Testimoniales.*) — Ibidem d. consindici Gavid et Gule, assistentibus Braseti, Nanto et Gachet, accesserunt ad d. vicarium Goyeti in ejus camera, presente d. Andrea de Croseto, qui exposuerunt organo Gavid quod multi fiunt excessus in hac civitate cotidie, et de quibus nulla

ministratur justicia, culpa ejusdem d. vicarii, procuratoris et vicedompni, licet fuerint requisiti per eos; et audiverunt quod dominus Breysse aliqua super hiis protulit verba, dubitantes ne in dies istud cederet in incomodum reverendi principis nostri et tocius civitatis. Requisierunt d. vicarium quatenus apponeret remedium aut rescriberet domino nostro; et de hiis licteras testimoniales. Dominus vicarius respondit facere omne hoc quod in eo erit et quod Lune tenebit consilium episcopale et vocabit d. syndicos cum certa parte eorum consilii. Dantur testimoniales.

*Martis xxix jullii.*

Gavid, Gule; — Crosa, Braseti, Gachet, Paquet, Grossi, Janini, Nanto, Vaudo, de Sancto Michaele, Lingot, Malliard, Dorieres, Serrallion, de Borjali.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Michaeli Lyonardi et Gringaux cuilibet unum florenum pro subv[en]iendo neecessitatibus eorum, cum sint in grabato.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat Gabrieli de Borjali, super rotulo per Paqueti, videlicet iij ff. vj d. — (*Letum est.*)

Ad causam excessuum lectis nonnullis capitulis per d. vicarium missis quibus non obstantibus non innovetur franchisesis, sed ministretur justicia secundum tenorem franchisesiarum.

Item et iterum datur potestas Paquet et Braseti concordandi cum de Fogia ad iijc l ff.

Petrus de Sanctis dixit quod sunt circa xx<sup>ti</sup> anni quibus ipse tradidit certas plombatas ferri ponderantes circa xx<sup>ti</sup> quintalia; petit satisfieri aut restitui. Remittitur consilio episcopali, cum due partes spectent domino nostro.

*Veneris prima augusti.*

Gavid, Gule, Nanto, Vaudo; — Crosa, Gachet, Paquet, Grossi, Lingot, Dorieres, Malliard, Cherbonerii.

(*Admodiatio.*) — Domini syndici, nomine communitatis, admodiant Nicodo Janini, presenti etc., plateam existentem ante portam Sancti Anthonii econtra fossalia ad colligendum fimum spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, sub firma sex solidorum monete

solvendorum in manibus receptoris secundum bonos usus etc.; promittentes, renunciantes etc., ita quod Charavelli percipiat fimum existentem nunc in eadem platea si voluerit, vocato ipso, presentibus quibus supra.

(147) *Die Martis quinta augusti.*

Gavid, Gule; — Crosa, Braseti, Gachet, Paquet, Bueti, Grossi, Janini, Nanto, Vaudo, de Sancto Michaele, Malliard, Dorieres, Serrallion, de Borjali.

Solvat introgium dominus Ste. Piardi cum non sit novum vectigar sed ex antiquo.

De frumento Vuarouz, quia vendiderat ante cridas, restituatur sine constu.

De quatuor frumenti cupis Heynardi Fontane una sit castellano, alia hospitali pestiferorum, relique due eidem restituantur, et pro banno solvat ij ff., ita arrestatum cum castellano facta gracia.

(*Custos vinearum.*) — Henricus Basseti fuit electus custos vinearum Sancti Anthonii, qui prestitit juramentum in forma.

Non vendant a modo extranei carnes die mercati nisi adducant illas ad scoriam ad mactandum, prius visitatis per Nanto et Gachet, quibus committitur; non vendant et uno denario minus quam macellarii hujus civitatis; et super hiis fiant cride.

*Martis xija augusti.*

Gavid, Gule, Nanto, Vaudo; — Crosa, Paquet, Gachet, Grossi, Janini, de Sancto Michaele, Malliard, Serrallion, de Borjali.

Renovetur crida quoad patisserios quod faciant panem secundum precium bladi, alioquin privabuntur.

Admodiarii piscarie Rodagni non impediunt piscatores hujus civitatis piscari supra et infra Lacum et franchisesias; et casu quo impediunt, d. syndici eos deffendant, cum sint in possessione prescripta.

(*Martis.*) — Jacobus Hugoneti et Laurencius Neyrodi super eorum differentiis ad causam locagii domus se compromiserunt in d. syndicos et consillarios ad pronunciandum Martis cum promissionibus opportunis.

Cives et burgenses sint exempti a pontenagio et eorum animalia, etiam si moram non trahant in hac civitate.



Dominus Ludovicus Ciclacti, rector capelle hospitalis Pontis Rodagni, deserviat in divinis in eadem, ali[o]quim d. sindici instent erga d. vicarium quod provideat de alio.

Quia illi de Seyssello prohibuerint multos de hac civitate intrare in eorum villa, fiant cride publice quod nullus de loco infecto veniens intret hanc civitatem.

(148) Fiant prohibiciones particulares illis qui impediunt portus Lacus, tam occasione lignorum quam fimorum, quod per totam hanc septimanam vacuent sub pena lx solidorum et perdictionis nemoris; et abinde non impediunt ultra tres dies. Et si opus sit fiant proclamata in portibus Lacus etc.

(*Custos vinearum.*) — Johannes Parti, de Sancto Gervasio, custos vinearum ejusdem loci, prestitit juramentum super ejus custodia.

Si Lyonardus Acquineaz mutuo tradat civitati centum florenos pro continuando opus scole, d. sindici se obligent et emolumenta civitatis.

Ibidem Jacobus Nepotis, Jo. de Poste, Ja. de Alamanis, Anthonius Pillizon, Michael Bernardi, Glaudius Banosii, cum certis aliis, exposuerunt quod Amblardus Veygier tenet campos et nictitur occidere omnes eos qui fuerunt in ejus capcione facta de mandato sindicorum quando idem Amblardus vulneravit Bertillerii<sup>1</sup>; quare supplicaverunt quod apponatur remedium, cum aliqui non audeant ad eorum possessiones et negocia pergere; alioquim si se deffendendo eum occiderent, quod sint immunes; et de hiis licteras testimoniales. Fuit conclusum quod sumantur informaciones, et si constet reducantur bona ejusdem Amblardi ad manus domini, et si possit apprehendi, fiat justicia.

Respectu marche Johannis Grivet, se obtulit servire civitati n. Ludovicus de Sancto Jorio, prout retulit d. sindicus Gavid, ob quod quamprimum venerit dentur ei due amphore malvatici et intertineatur donec habita responione a domino nostro occasione dicte marche.

*Die Jovis xiii<sup>ja</sup> augusti.*

Gavid, Gule; — Crosa, Gachet, Paquet, Grossi, Nanto, Malliard, de Sancto Michaele, Serrallion, de Borjali.

<sup>1</sup> Voir Arch. de Genève, *Procès criminels*, II<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 40.

Datur potestas vigilibus, presente Peccolat, locumtenente vicedompni, percipiendi et in suos usus convertendi fimos secundum franchisesias, qui ultra triduum in carreriis et plateis publicis fuerint repositi tempore estivo et yemali post octo dies.

Fuit conclusum quod limitetur fusteriis platea Longemale ad tenendum fustam venalem, sic quod non impediunt totam plateam.

Madina, Mogin et Pe. Laurentii supplicaverunt fieri temptacionem de frumento, si sit possibile fieri secundum tabulam ville; annuerunt domini de consilio et commiserunt Nanto et Gachet.

Lecta lictera missiva n. Ludovici de Sancto Jorio in favorem civitatis ad causam marche Johannis Grivet, fuit conclusum quod mictatur cum copiis marche et detencionis.

(149) *Martis xix augusti.*

Gavid, Gule, P. de Nanto, G. de Vaudo, sindicis; — Braset, Gachet, Grossi, de Borjali, B. de Sancto Michaele, B. Dorerii, Paquet, G. de Crosa, Bueti, Lingoti, Maliardi, Agueaz.

Fuit protestacio fieri requisita per venerabilem d. vicarium Sancti Leodegarii super recepcione relicte Joseph de Clauso leprosi in maladeria Carrogii, que recipi debebat in maladeria Quercus etc.

Super pane fiendo per patisserios, panis unius quarti fiat ad pondus xx onciarum, et mice ad pondus xxij onciarum, facta debita visitacione et ex minuto ad valorem otane frumenti xvj g.

Si ponderator bladi sit mugnerius destituatur a pondere.

Accipiantur mutuo a Lyonardo Agueaz c ff. pro scola fienda, assignandi super emolumentis alarum.

De Ludovico Fenert supersedeatur donec alia nova habita fuerint a Friburgo.

*Martis xxvj augusti.*

Gavid, Consillii, Gule; — Hemerici, Lunes, Prepositi, Gachet, Paquet, Crosa, Grossi, Bueti, Vaudo, Lingot, Nanto, de Sancto Michaele, Malliard, Serrallion, Dorieres, de Borjali, Janini.

(*Testimoniales.*) — Ibidem supervenerunt Ja. de Alamanis, Johannes de Poste, Jacobus de Burnes, Michael Bernardi, Anthonius Pillizon, Jo. Bufflet, Mermetus Terrici, Ludovicus Ravunelli, Bernardus Meynoz,

Anthonius Versonnex, Nicolaus Everbaudi, Pe. de Velles, suis et aliorum nominibus, qui exposuerunt se semper fuisse paratos stare ordinationi d. sindicorum et consilliariorum super differentiis inter eos et Amblardum Veygier, qui minime quiescit minas in eos inferre et die Dominica lapsa eques cum ballista bendata venit ad Pratum domini Episcopi, eosdem aut alterum perquirendo ad eo quod ipsi, fortes faciendo d. syndicos et justiciam, fuerunt presentes quando idem Amblardus fuit captus eo quod vulneraverat Philibertum Bertellerii; quare protestati sunt quod per eos nec stetit nec stabit quo nunquam concordium sorciatur effectum et quod si eos invadat se deffendent; et de hiis licteras testimoniales. Domini syndici remiserunt eos d. vicario, facta relacione per Petrum Serrallion quod idem Veygier noluit venire ad concordium; presentibus Anthonio Burnodi et Jo. Clerici, vigillibus.

Fiat justicia de admodiario ponderis bladi et mugneriis ac de delinquentibus contra cridas etiam ratione nemorum.

Johannes Faguey, de Chamberiaco, emit a magistro hospicii certam quantitatem bladi de precepto dominorum de camera Chamberiaci; fuit conclusum quod permictatur transire.

Fuit deputatus Gachet ad mictendum Chamberiaci dominis regentibus super traffickinge bladi cum lictera d. vicarii que fuit lecta.

(150) *Die Veneris xxix augusti.*

Gavid, Gule; — d. F. de Veyriaco, Versonnex, Lunes, Lingot, Paquet, Grossi, Aquineaz, Nanto, Serrallion, Dorieres, Malliard, Vaudo.

(*Martis.*) — Super diferencia muri Symondi Bugniet et Amedei de Gerdili, pro quo fuit vocatus Johannes Luppi, committitur Coppet, Albergatoris et Spatule, lathomis, et ad refferendum Martis nisi interim inter se fuerint concordés.

De vino fratris Cugnieti, si juret non vendidisse et ipse Cugnieti non emisse, non solvat introgium, et si vendiderit solvat introgium.

Super policia bladi servetur ut fuit incohatum et loco sigilli fiant brevetti et signentur per Nanto uti signabat moniciones, habita conferencia cum d. vicario qui super hiis dedit assensum.

(*De piscaria.*) — De piscaria Lacus infra franchias manuteneantur piscatores in possessione qua fuerunt per tanti temporis spacium quod non est memoria in contrarium, et ad hoc manuteneant eos d. syndici.

*Martis secunda septembris.*

Gavid, Consillii; — d. Franciscus de Veyriaco, Versonnex, Gachet, Paquet, Jo. Grossi, Crosa, Prepositi, Bueti, Janini, Vaudo, de Sancto Michaele, Lingot, Nanto, Serrallion, de Borjali, B. Dorieres.

Gachet, destinatus ad d. magistrorum computorum Chamberiaci, rediens retulit quod hiidem domini gratam habuerunt ejus ambassiatam super policia bladi, et eidem convenerunt rescribere castellanis Seysselli, Bellicii, Annessiaci et ceteris quod non permictant exire bladum a patria, necnon rescribere omnibus castellanis juxta Lacum villarum existencium quod non permictant transire neque trafficare bladum per alium locum quam per civitatem Gebenn., ubi servatur policia distributionis per patriam et pro bono publico tocus patrie.

Venerabilis frater Petrus Hornerii, nomine tocus conventus Minorum, exposuit quod Berthodus Gaux et Johannes Jaques nundum reddiderunt eorum tachium de tecto platee predicabili, supplicavit eos evocari coram consilio et reddere tachium modo quo debent, alioquin satisfaciant; fuit conclusum quod aliqua die vocetur consilium et dicti carpentatores et tractetur ut melius fieri poterit.

Mulier quedam infecta in Sancto Gervasio et in Crestis Sancti Laurentii expella(n)tur per vigilles, quibus fuit preceptum illico.

(*Relacio.*) — Super diferencia Symondi Bugniet et Amedei de Gerdili, presente Johanne Luppi, fuit relatum per Coppet, Spatule et Albergatoris visitasse locum et quod dictus Bugniet, actento quod est jam appodiatus in prima trabactura, quod possit se appodiare usque ad tectum jam per eum erectum, soluta medietate muri continentis quatuor teysias cum dimidia ad rationem xxviiij g. pro teysia, que medietas est v ff. iij g., et quod idem Bugniet possit cancellare archerias usque ad dictum tectum et solvere jornatam unius lathomi qui supra dictum tectum faciat novas archerias; partes ratam habuerunt pronunciacionem, videlicet Luppi et Bugniet.

(151) *Martis nona septembris.*

Consillii, Gulle, consindici; — de Crosa, Gachet, Peyrollier, Pacquet, Bueti, Janini, Levryer, Versonay, Gi. de Vaud, P. du Nant, P. Dorsieres, Serrallion, Borjallii, de Planis, Beczanczon, B. de Saint Michiel, Jo. Grossy.



Quo ad bladum quod extrahitur a civitate, tam per burgenses quam alios, conclusum est quod ordinationes super hoc edite observentur ad unguem.

Conclusum quod stuphe non calidentur toto isto mense.

In facto Francisci Neyrodi, detenti in castro Insule, fuit conclusum quod non relaxetur actamen admictatur ad deffensiones que sibi non possunt denegari<sup>1</sup>.

Dictum est quod unus ex vigilibus vadat cum uno ex servientibus episcopatus ad exequendum interdictum contra n. Bertrandum de Cholex.

(*Borgesie.*) — Fuit admissus in burgensem Stephanus Emblard, de Myndelham, hostellerius et habitator Gebenn., pro et mediantibus decem florenis pro omnibus, solvendis in manibus thesaurarii, qui juravit in forma. — (*Levata est.*)

Fuit ordinatum quod Beczanconus Dorieres, qui peciit ut transfigari posset certum bladum per civitatem, non debere permictere.

Eciam quoad Ludovicum Curtet, qui peciit ut extrahere posset bladum quod emit a Petro Levrierii, fuit conclusum, ut servetur equalitas, non debere tollerare quod illud extrahat.

*Veneris xij septembris.*

Gavid, Vesperis, Gule, consindici; — e. d. Franciscus de Veyriaco, P. Versonnay, G. de Crosa, P. Gachet, Jo. Janyni, M. Lingocti, P. de Nanto, Gi. de Vaudo, Ga. Borjallii, P. Serrallion, Jo. Grossy.

Quia pedagiator Acquiiani certas mercancias detinuit in Acquiano pro pedagio habendo, que mercantie pertinebant cuidam ex burgensibus Gebenn. et alias non erat solitum quicquam in eodem loco Acquiiani a burgensibus Gebenn. pedagium recuperare, actento quod in presenti civitate fuerunt hii de ipso loco Acquiiani ab omni pedagio exempti, fuit conclusum quod ipse pedagiator evocetur ad instanciam d. sindicorum coram conservatore privilegiorum civitatis et viriliter contra eum procedatur.

Quoad extractionem bladi a presenti civitate, prout inter ceteros petitum est per Johannem et Petrum Balli, fuit conclusum quod ordinatio super hoc facta observetur.

<sup>1</sup> Arch. de Genève, *Procès criminels*, II<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 46.

Conclusum est quod Serrazin, olim vigil, de cetero ferre non audeat vestem sibi factam et datam per syndicos de la devisaz civitatis, actento quod non est vigil et quod ita eidem injungatur sub pena.

Parte Francisci Neyrodi, detenti in castro Insule, petitum est ut a compedibus quibus subest liberaretur. Fuit ibi ordinatum non debere liberari dictis compedibus.

(152) *Martis xvj septembris.*

Gavid, Consillii, Vesperis, Gule; — Levrier, Prepositi, Aquineaz, Crosa, Braseti, Lunes, Gachet, Paquet, Janini, Planis, Lingot, Nanto, Vaudo, Dorieres, Serrallion, Grossi.

De quingentis florenis debitis de Fogia si ratificari faciat per ejus matrem et restituat jura, expedianur iiiij<sup>c</sup> ff., facta prius quictancia, obligatis per Roletum Nycolay; reliqui vero centum floreni implicantur in edificio scole, servata..

Recepta lictera missiva a dominis presidente et magistris computorum Chamberiaci ad causam trafficationis bladi per Anthonium Cohendet, rescribatur et mictatur unus vigil cum instructionibus super propositis per eundem Cohendet.

De facto Levrierii et Cholex prosequatur causa nomine communitatis viriliter et commictitur Braseti quod compareat.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Gachet super rotulo per Paquet signato de summa iij ff. ix g., intratis iij ff. j g. vj d. per eundem receptis a fornerio.

*Martis xxiiij<sup>a</sup> septembris.*

Quatuor sindici; — Aquineaz, Crosa, Braseti, Paquet, Bueti, Janini, Prepositi, Versonnex, Planis, Lingot, Nanto, Vaudo, Malliard, Dorieres, Testuti.

(*Borgesie.*) — Henricus filius quondam Johannis Bolleti, de Compesio, mercator, parrochie Marie Magdalenes, admictitur burgensis pro viij ff. et prestitit juramentum. — (*Levatum est.*)

(*Borgesie.*) — Petrus filius quondam Francisci Jacobi, de Villier le Boveret, macellarius, parrochie Marie Magdalenes, admictitur burgensis pro viij ff. et prestitit juramentum in forma. — (*Levatum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur relevari instrumentum borgesie Petri

Grangerii, tissocti, receptum per quondam Amedeum Faverii, per Johannem Grossi, receptorem, perdictum<sup>1</sup>.

Recepta lictera missiva a spectabili domino de Aquis responsiva ad causam jurium et instrumentorum amotorum Levrierii.

Recepta lictera missiva a dominis presidente et consilliariorum Chamberiaci ad causam trafficacionis frumenti, que servetur cum sit graciosia et ad utilitatem patrie.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod intret Petro Mariglerii, fornerio, super rotulo per Paquet signato de summa xij ff. vj g. vj d. super firma furni Domus ville, adjunctis vij g. vj d. — (*Letum est.*)

De facto Cholex et Levrierii prosequatur causa nomine dominorum sindicorum expensis Levrierii et non alias, et si possit pacificari laborent d. sindici et eos venire faciant, et audiatur Levrierii antequam fiat appunctuamentum cum Cholex.

Pater provincialis Fratrum Augustinorum supplicavit elargiri certam plateam de communi Palacii; visitetur per d. sindicos et consillarios, nec concedatur nisi ex deliberatione consillii generalis.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut libret Petro Mariglerii, fornerio, pro nonnullis laboribus per eum hoc anno de mandato dominorum substitutorum habitis, videlicet tres florenos p. p. — (*Letum est.*)

(153) (*Borgesia.*) — Glaudius filius quondam Stephani Ruffi, de Gingino, escofferius, parrochie Sancti Germani, admittitur burgensis pro viij ff., qui prestitit juramentum in forma. — (*Levatum est.*)

(*Borgesia.*) — Glaudius Jornalis, de Collunges supra Bellam Rippam, affanator, parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro viij ff. et juravit in forma. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Aymonetus Spatule, de Veygier sive de Verreriis, filius quondam Johannis Spatule, laborator, parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro viij ff.; juravit in forma. — (*Levatum est.*)

Idem admittitur vigil, qui juravit in forma.

*Martis ultima septembris.*

Gavid, Consilii, Gule; — d. F. de Veyriaco, Versonnex, Aquineaz,

<sup>1</sup> Voir R. C., t. IV, p. 168.

Crosa, Gachet, Peyrolier, Paquet, Janini, Planis, Lingot, Nanto, Vaudo, Malliard, Ponte, Dorieres, Serrallion.

(*Aquineaz.*) — De quingentis florenis per Aquineaz debitis ad causam depositi recte precii domus de Fogia, fuit conclusum quod idem Aquineaz expediat lathomis scole pro edificacione illius centum ff.; et, hiis mediantibus, tanquam receptor Petrimandus de Malodumo promittit ratificari facere per Levrierii, et eundem Aquineaz tenere quictum ad causam barre ad sui instanciam apposite. Et pariter d. sindici promittunt eundem receptorem servare indempnem de hujusmodi centum florenis erga Levrierii et de Fogia.

De ceteris vero quater centum florenis per eundem Aquineaz debitis fuit ordinatum quod idem Aquineaz illos expediat Roletto Nicolay, presente de Fogia; et illis mediantibus quictet de quingentis, cum alios centum dederit pro edificio scole, facta ratificacione prius per relictam de Fogia; ita etiam quod idem Roletus Nicolay restituat jura que habet pertinencia communitati.

De reparatione tecti Longemale fiat injunctio Paqueti per d. vicarium quod reparet, quia minatur ruynam.

De grangiis Francisci Oddet receptor recipiat claves et alteri admittentur, cum non sit solvendo idem Oddet.

Consulatur processus detenti viridice et procedatur contra eum via juris cum bono consilio.

Expellatur prebiter hospitalis et restituat bona que habet a morboris, et provideatur de alio ydoneo.

(*Borgesia.*) — Glaudius filius quondam Stephani Fabri, de Russino, chapellerius, parrochie Marie Nove, admittitur burgensis pro viij ff.; juravit in forma. — (*Levatum est.*)

Visitentur domus ruynose et disruantur, et fiat instancia erga d. vicarium.

(*Mandatum.*) — || Fiat mandatum Guillelmo Bocardi super rotulo per Paquet de summa xx g. vj d. ||

*Veneris tercia octobris.*

Gavid, Consilii, Gule; — Planis, Nanto, Gachet, Paquet, Aquineaz, Levrierii, Vaudo, Malliard, Borjali, Serrallion, Dorieres, Testuti.

(*Borgesia.*) — Franciscus filius quondam Bartholomei de Mareto, de



Dous, parrochie de Vy, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, condurerius, admittitur burgensis pro et mediantibus octo ff., qui juravit in forma. — (*Levatum est.*)

Deputantur ad visitandum domos ruynosas per unum annum hodie incipiendum Amedeus de Sirier, Jo. Spatule, Jacobus Quibletti ac Johannes Jaques, qui promiserunt visitare et refferre; et d. sindici eis satisfacere secundum laborem.

(154) Dominus Anselmus Velluti, ad causam Francisci Neyrodi, detenti in castro Insule, proposuit vidisse et visitasse processum, et suo videre et iudicio suo non venit torquendus nec ulterius detinendus sed relaxandus, quod fieri postulavit; cui fuit responsum quod facient consulere processum et facient iusticiam.

Reddito per egregium Petrum Levrierii mandato sibi facto de solvendo eidem septuaginta quinque florenos p. p. directivo thesaurario, remittitur solutio eorumdem lxxv<sup>que</sup> ff. super restat debitum per Johannem Grossi, olim thesaurarium, et quod nichil possit exigi ab eodem Johanne Grossi de dicto restat, donec satisfacto eidem Levrierii de dicta somma. Et hoc mediante dictus Levrierii consentit levacioni sequestri in pecuniis quas penes se habet Lyonardus Acquineaz, et quantus opus est levat.

Datur licencia Petro Balli extrahendi omni ebdomada a presenti civitate quinque bestias honestas bladi, dummodo non emat in mercato civitatis et quod non extrahat a dicta civitate ultra centum cuppas frumenti.

*Martis septima octobris.*

Gavid, Consilii, Gule; — Prepositi, Lunes, Gachet, Jo. Buetti, Janini, Paquet, de Crosa, Braseti, Planis, de Nanto, de Vaudo, Malliard, de Ponte, Dorieres, Cherbonerii, Borjallii, Lingocti.

Fuit conclusum quod visitatores domorum que ruynam minantur ibidem deputati domos ipsas ruynam minaturas disruant et de spoliis ipsorum domorum sibi satisfaciant, et retinenda eciam retineant sallario moderato debite taxato super dictis spoliis percipiendo, casu quo hii quibus dicte domus pertinebunt satisfacere recusent; et hoc fiat de mandato d. vicarii et iusticie, qui debent deputare taxatores laborum.

Facta est demonstracio Glaudio Taconis de quibusdam linguis quas levare voluit Sabbati lapsa in plathea Molaris in prejudicium franche-

siarum; qui respondit quod amplius non faciet et quod id quod fecit fuit de mandato no. Ja. de Expagniaco.

Bampniantur a civitate quedam mulieres que die noctuque vadunt ad hospitale pestifferosum et postmodum revertuntur cum sanis, hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Jhesu Christi.

Instent d. sindici erga d. vicarium ut prohibeat levantibus leydam ne ipsi de cetero abutantur nec quicquam exigant in prejudicium franchiseiarum.

Apportet Jo. de Lunes quasdam licteras super facto leyde Veneris proxima in consilio.

Prefati d. consindici sindicario nomine substituunt in causis Petrum Braseti et Johannem Janini cum omnimoda potestate et clausulis opportunis, presente Petrimando de Maladumo. — (*Levatum est.*)

(*Borgesia.*) — Admittitur in burgensem Jaffredus, filius Georgii Cocti, de Vygone, habitator Gebenn. in parrochia Magdalenes, pro et mediantibus duodecim florenis cum dimidio p. p. pro omnibus. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Jacobus filius condam Michalleti Vicini, de Scalenges, habitator in parrochia beate Marie Magdalenes Gebenn., apothecarius, fuit similiter admissus in burgensem pro et mediantibus xij ff. cum dimidio pro omnibus. — (*Levatum est.*)

(155) *Veneris x octobris.*

Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Prepositi, Lunes, Gachet, Paquet, Planis, Vaudo, Dorieres, Serrallion.

Recepta lictera missiva ab illu. domina duchissa Sabaudie in favorem Anthonii de Plastro, quia fuit scripta xv maii nulla fuit data responsio propter discursum temporis.

*Martis xiiij octobris.*

Gavid, Consilii, Gule, Vesperis, sindici; — d. F. de Veyriaco, Acquineaz, Crosa, Gachet, Buetti, Peyrolerii, Pacquet, Janini, Prepositi, de Planis, de Nanto, Vuauo, Malliard, de Ponte, Dorieres, Cherbonerii, Testuti.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Amedeo Gule

quinque florenos, unum grossum et novem denarios per ipsum libratos ut in rotulo signato per Pacquet. — (*Letum est.*)

Fuit conclusum de materia bornellorum quod communicetur dominis de capitulo; dehinc fiet deliberatio in consilio generali.

Quoad principem d'Orenge, qui venturus per civitatem hanc, fuit conclusum quod dentur sibi xij faces, xij boytas dragiate, unam cocassiam malvatici et unam cocassiam ypocrati, et visitetur tam honeste quod fieri poterit, et detur sibi supplicatio occasione marche quam Arthaudus de Revigny prosequitur contra illos de civitate. Et si ipse princeps non veniat per hanc civitatem, conclusum est quod mandentur ad eum aliqui prudentes de civitate ad obtinendum provisionem super dicta marcha.

In facto Francisci Neyrodi, detenti in castro Insule, fuit conclusum quod d. sindici faciant venire doctores, qui viderunt processum, et advocatos parcium, et disputetur materia ibi, et quod fiat id quod inter ipsos omnes concludetur.

In facto differentie existentis inter priorem et conventum beate Marie de Graciis et Leonardum Aquineaz, d. prior dicti conventus et dictus Leonardus fuerunt contenti de et super dicta differentia stare ordinationi dominorum A. de Malvanda, cantoris, et A. Goyeti, canonici et vicarii Gebenn.

*Supradicta die xiiij octobris*, post meridiem.

Quatuor sindici; — de Crosa, Prepositi, Lunes, Aquineaz, Perolerii, Bueti, de Nanto, Pacqueti, Dorieres.

Super facto detenti, scilicet Francisci Neyrodi, auditis disputationibus dominorum Jo. Chapuysii, Jo. de Saxo, Francisci de Veyriaco et Anselmi Velluti, doctorum, super hujusmodi materia, conclusum est quod bene consulatur sub secreto et, viso consilio doctorum, deliberabitur.

(156) *Martis xxj octobris.*

Consillii, Vesperis, Gule, consindici; — d. F. de Veyriaco, Aquineaz, Lunes, Crosa, Gachet, Paquet, Peyrolier, Bueti, Grossi, Janini, Planis, Lingot, de Sancto Michaeli, Nanto, Vaudo, Malliard, Ponte, Dorieres, de Borjali, Serrallion; — Jo. Luppi, Jo. Galliard, A. Millanesii, Ay. Bochet, Palluz, Jo. Albi, H. Timbrini, Jo. Pollituz, Glaudius Rolandi,

Jo. de Rayez, Jo. Jaques, Jo. Navetaz, Jo. Blancheti, Ja. Quibleti, Jo. Bouluz, Colino Chicandi, Nycodo Madar, Glaudio Bocheti, Amedeo Grivet, Jo. Fontanelli, Pe. de Cruce, Pe. Jacobi, Glaudio Chambot, Rolando Boysserii, Ludovico Durandi, Roletto de Gerdili, Amedeo macellario, H. Fontaneis, Marqueto Thoneaux, Pe. Jo. Bruni, Hudriodo Ferrati, Pe. de Genesta, Pe. Falqueti, Pe. Rambosson, Jo. Bufflet, Ja. Nepotis, Jo. Mugnerii, Ste. Bonijohannis, Laurencio Neyrodi, Nicodo de Nemore, n. Nicolao Gapt, Jo. Charavelli, Glaudio Arnodi, Jo. de Lyon, Mermeto Coppet, Jo. Frochet, Roberto Savigniez, Nicodo Janini, Pe. de Bolo, Roletto Nicolay, cum pluribus aliis.

Occasione bornellorum et aque adducende ante ecclesiam cathedralem Sancti Petri, ante Judeam et ad platheam Burgi Foris, fuit conclusum, nemine discrepante, quod perficiatur opus et alloquantur domini de capitulo qui dicant de quanto juvabunt, et deinde die Dominica proxime futura celebretur consilium generale et ibidem comperietur modus habendi pecunias.

Petrus Johannes Bruni restituit in Domo ville sex lanceas quas habebat in custodiam a communitate tanquam desinarius.

N. Nicolaus Gapt, magister monete, requisit sibi satisfieri de lxxj ff., alioquin rescribet domino nostro quod sibi satisfiat ad causam coopercli tassee.

Non immisceat se civitas pro Fiorentinis erga Alamanos.

Macellarii pecierunt sibi licenciam impartiri vendendi diebus Dominicis usque ad horam octavam; vadant d. sindici ad d. vicarium et quod bonum videbitur faciat.

*Veneris xxiiij octobris.*

Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Aquineaz, Peyrolier, Paquet, Testuti, Braseti, Planis, Lingot, Vaudo, B. Dorieres, Serrallion.

(*Mandatum.*) — Mandatur receptori quod libret Jacobo Quibleti, Johanni Jaques, Amedeo de Sirier et Johanni Spatule, lathomis et carpentatoribus, videlicet quatuor ff. pro laboribus visitacionis domuum ruynosarum. — (*Letum est.*)

Respectu servitoris Francisci Neyrodi, detenti, fuit conclusum quod absolvatur expensis compensis etc.

Recepta lictera missiva a r. domino nostro occasione certorum Suy-



cherorum gencium armorum meancium ultra montes et per hanc civitatem cum lictera missiva serenissimi Franchorum regis, fuit conclusum quod remictatur d. vicario onus et defferatur lictera missiva.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut libret Michaeli Lyonardi, vigilli, sex florenos eidem largitos pro nonnullis laboribus et penis, ut solitum est super uno burgensi per eum comperiendo. — (*Letum est.*)

Super nonnullis propositis per magistrum hospicii domini nostri ad causam vijc ff. acceptorum a dominis de capitulo pro pacificatione turbacionis episcopatus et ad causam iiiijc ff. conventorum per instructiones Lyonardi Aquineaz, quorum respectu si serventur contenta in instructionibus tradentur dicti iiiijc ff., alias non; de vijc ff. perquirantur appunctuamenta Domus communis et, habita conferencia cum dominis de capitulo, fiet responsum.

Nanto et Gachet visitent, prout fuit eis commissum, carnes venales advidendo quia animalia moriuntur per vilagia, maxime porci de loveto.

(157) *Die Dominico xxvj octobris*, fuit tentum consilium generale in claustro cathedralis ecclesie, voce cride et ad sonum campane congregatum, in quo interfuerunt: primo nobilis Jacobus de Expagniac, magister hospicii et receptor generalis reverendissimi domini Gebenn. episcopi et principis; deinde quatuor syndici; — P. Levrierii, Jo. de Lunes, Jo. Bueti, P. Cherbonerii, Jo. Malliardi, Ny. Testuti, Guigo Prepositi, B. Dorieres, P. Porrals, Glaudius de Castronovo, Guillelmus de Quarro, Jo. de Lyon, Henricus de Nanto, P. Navis, A. Lyonardi, P. Bachodi, Henricus de Fontaneis, Jo. Luppi, Jo. Boconis, Ay. de Cresto, Christinus Tombeti, P. de Biollesio, P. Poterelli, G. Caddodi, G. Lespa, Ay. de Bosco, Ja. Quibleti, Jo. Patry, Ay. Mercerii, n. P. de Orseriis, A. Gervasii, Cergacti notarius, n. P. Versonay, n. A. Versonay, Rolandus Boysserii, Anthonius Pecollat, Ja. Lyveti, Jo. Sept, Baltisardus Sep, Ja. de Fonte, Jo. Puthodi, P. Mantillion, Ny. Vincencii, Jo. Fontanelli, G. Vandelli, Jo. de la Post, Gi. Velluti, Charavelli, Theobaldus Albi, P. Farqueti, Ja. Guilliocti, P. Laurencii, G. Phillippi, Andreas Chabodi, Thoreni, Jo. Amyaux et quamplures alii tam cives quam burgenses civitatis quorum nomina huc faciliter habere non potui et que ibidem scribere obmisi causa brevitatis.

Et facta ibidem proposicione de bornellis aque quos curatus Hostone,

Gebenn. dyocesis, asserit facere venire in sommitate hujus civitatis artificiose, fuit conclusum hoc debere fieri et, quoad pecunias expensas ad dictos bornellos habendum et faciendum, fuit dictum quod antequam incohetur opus sciri debeat quantum dabit prefatus r. d. episcopus et princeps et quantum voluerit dare venerabile capitulum, et habita securitate de hiis syndici vocabunt duos de qualibet disena in consilio ordinario Domus communis, et ibidem advisabunt ubi capi debeat residuum quod deerit ad dictum opus complendum. Et de omnibus fiet relacio in uno alio consilio generali adeo ut super hoc penitus concludatur.

*Die Lune xxvija octobris*, in claustro voce cride candela incensa congregati:

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, N. Janini, Pe. Boconis, Pe. Nanto, Ste. Bonijohannis, Pe. Balli, Andreas Viennesii, Anthonio Lygonis, Jo. Malliardi, Guillelmo Balleti, Ja. Goctrosii, Jo. de La Toy, H. Fontaneis, Jo. Galliard, Amedeus Thome, Jo. de Nemore, Ste. Bachodi, Michael Lingocti, Jo. Novelli, P. Leta, B. de Sancto Michael, Braseti, Ste. Peccolat, Rey. de Platea.

(*Admodiatio alarum veterum et grossi ponderis.*) — Ibidem d. syndici nomine communitatis, factis pluribus proclamatis et candela penitus consumpta, admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt honesto viro Petro Magistri Petri de Arlo, mercatori, burgensi Gebenn., presenti, tanquam plus offerenti, nomine Johannis Grossi, videlicet jus alarum veterum, grossi ponderis, ruagii et rivagii communitati pertinens, spacio unius anni die crastina incohendi et simili die finiendi, sub firma quatercentum et triginta florenorum p. p., per eum nomine quo supra sponte oblatorum nomine dicti Johannis Grossi, solvendorum terciam partem in festo Epiphanie Domini, aliam terciam partem in festo Pasche sequente et reliquam terciam partem in sequentibus nundenis augusti etc.; promictentes d. syndici manutene et dictus admodiarius loco sui die crastina substituere dictum Johannem Grossi, qui cavere tenebitur aut idem Arlo caucionem prestare etc.; submictentes omnibus curiis etc.; renunciantes. Actum in dicto claustro, presentibus Guillelmo Bocardi, Michael Lyonardi, vigilibus, cum predictis testibus etc.



(*Admodiatio gribelli.*) — Equidem d. syndici admodiant Petro, filio quondam Humberti Tissocci, apothecario, civi Gebenn., presenti, partem gribelli communitati pertinentem, spacio unius anni cras incohandi, et simili die finiendi, sub firma tresdecim florenorum p. p. solvendorum terminis consimilibus supra proxime descriptis; et cavet per nobilem Michaellem Lingocci, ejus magistrum, presentem, qui promisit in forma etc. Promictens etc., renuncians etc. Actum ubi supra, presentibus quibus supra.

(158) *Martis xxviii octobris.*

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Guigo Prepositi, Leo. Acquineaz, G. de Crosa, P. Gacheti, Per. Perolerii, Ja. Paqueti, Jo. Janini, Jo. Bueti, Planis, G. de Vaudo, M. Lingoti, P. de Orseriis, B. de Sancto Michaelle, Jo. Malliardi, Hugoninus de Ponte, B. Dorieres, P. Cherbonerii, Jo. Grossi.

Fiat actestacio P. de Filiaciis quomodo ipse est civis Gebenn. et filius Burgonii de Filiaciis condam, burgensis Gebenn., actento quod ipse Burgonion in libro fuit compertus burgensis.

Visa supplicacione Henrici Oddeti super facto grangiarum quas de feudo civitatis obtinet et quas quictare vult satisfacto sibi de domifficacione; commictitur Pacqueti, Janini, Grossi et Bezanczon quod visitent omnia et refferant.

(*Mandatum.*) — Mandatur receptori quod solvat spectabili domino Johanni Bagnion duodecim grossos pro visitacione duorum processuum sibi ad visitandum traditorum. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut solvat vigillibus pro pulsacione grosse campane, videlicet decem florenos. — (*Expeditum est.*)

De lictera obligacionis quingentorum florenorum facte per d. syndicos olim Roletto Nycolay, de qua sibi satisfieri postulat idem Roletus actento quod illam reddidit cum quictancia, dictum est quod nichil pro eadem solvatur.

Quo vero ad aurum seu pecias auri quas idem Roletus asserit recepisse a Leonardo Acquineaz non boni sed minoris ponderis fuit dictum, postquam dictus Acquineaz se obtulit paratum eidem Roletto de minoritate ponderis dictarum peciarum satisfacere ordinacioni proborum; si ipse Roletus non contentetur, vadat ad ordinarium.

(*Borgesia.*) — Fuit admissus in burgensem Jacobus filius condam Petri Frojonis, de Trefforcio, apothecarius, habitator parrochie Magdalenes, pro et mediantibus octo florenis p. p., qui juravit in forma etc. — (*Leta est.*)

Fuit conclusum quod socius dicti Jacobi Frojonis recipiatur in burgensem pro simili quantitate octo florenorum.

Quia r. d. vicarius dixit consilium generale in civitate congregari non debere sine ipsius d. vicarii licencia, dixitque et asseruit quod d. cantor, olim vicarius, tempore sui vicariatus non paciebatur tenere consilium sine ipsius licencia, fuit conclusum quod syndici, associati consulibus et senioribus, presertim olim sindicis, vadant ad d. cantorem petantque ab eo si talia dixerit domino vicario, deinde vadant ad d. vicarium rogantque eum ut ipse non impediatur ipsos suis consuetudinibus, libertatibus et franchesiis prout actenus usi sunt uti et gaudere, demonstrando sibi quomodo hoc ita fieri consuevit pro negociis civitatis nulla obtenta licencia.

Quoad malos garciones civitatis quorum culpa multa oriuntur scandalla in hujusmodi civitate, procurent syndici erga d. vicarium ut talis in consilio episcopali fiat eis demonstracio et prohibicio, quod abinde scandalla non generentur. Alioquin detur eis comminacio perhemptoria quod de eis justicia fiet.

De Johanne Amyaux, carterio, qui derisit consilium generale ultimo tentum, syndici procurent erga d. vicarium quod illi faciat debitam demonstracionem et, si opus est, in eum processum formari faciat.

Petrus Gacheti et Johannes Grossi, qui ad bancherios florentinos destinati fuerant, refferunt dictos bancherios reperisse in Monte Luppello et eis exposuisse ea que fuerant sibi onerata, unde dicti bancherii multiplices reddiderunt graciaram actiones; sed quia major pars magistrorum bancheriorum ibi non erat, distulerunt dare responsum si venirent ad hanc civitatem permansuri vel non, dicentes quod hoc significarent suis magistris ut inde responsum tucioem dare possent.

(*Substitutio admodiacionis halarum.*) — Ibidem Petrus Darloz admodiarius halarum civitatis, de consensu et voluntate sindicorum et consulum supra proxime nominatorum, in dicta admodiacione dictarum halarum substituit Johannem Grossi, civem Gebenn., ibidem presentem et acceptantem, cum clausulis opportunis; qui Johannes Grossi, tan-



quam in dicta admodiacione principalis, necnon ad ipsius Johannis preces et requisicionem Petrus Gacheti, ejusdem Johannis Grossi fidejussor, promiserunt solvere firmam dicte admodiacionis per dictum Petrum Darloz solvi promissam in manibus receptoris et terminis in eadem admodiacione laciis expressis, cum juramentis, bonorum obligacione, submissione ad omnes curias et renunciacionibus, maxime, quoad fidejussorem, juridicenti principalem etc., et ceteris clausulis opportunis. Actum in Domo communi civitatis, presentibus egregio Johanne de Planis et Johanne de Lunes, testibus etc.

Supradictus Johannes Grossi, principalis, promittit juramento et obligacionibus quibus supra dictum Petrum Gacheti a fidejussione suprascripta servare indempnem et illesum, presentibus quibus supra testibus etc.

(159) *Veneris ultima octobris*, nichil.

*Martis quarta novembris.*

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, P. Versonay, P. Leverrii, Lyo. Acquineaz, Jo. de Lompnes, P. Gachet, P. Peyrolerii, Jo. Bueti, Jo. Janini, Ja. Paquet, Jo. de Crosa, M. Lingocti, Jo. de Planis, B. d. Sancto Michaele, P. Orsieres, Gi. de Vaudo, P. de Nanto, H. de Ponte, B. Dorieres, Cherbonerii, G. Borjallii, Ny. Testuti.

Preceptum est thesaurario quod fieri faciat *les gidards* neccessaria in furno Domus communis prout decet.

Committitur Ja. Paqueti, procuratori Animarum, et Girardi de Vaudo quod visitent hospitalia Sancti Bernardi et Bolomerii, et provideant prout eis equum videbitur.

Visa minuta lictere transmictende r. d. episcopo pro et ad causam pecuniarum sui parte petitarum, conclusum est illam sibi debere transmicti per d. Philibertum de Bona, euntem ad partes Pedemontanas.

Preceptum est thesaurario quod de primis pecuniis que provenient satisfaciat magistro monetarum de his que sibi debentur.

(*De Francisco Oddet.*) — Committitur eidem thesaurario quod grangias quas tenebat Henricus Oddeti de feudo civitatis venales proclamari faciat. Et dantur eidem Henrico erreragia per eum occasione dictarum

grangiarum debita; et si Jo. Grossi, olim receptor communitatis, plus receperit quam computaverit, restituat eidem Oddeti.

Visa supplicacione Jo. Grossi ipsoque audito, conclusum est nichil sibi detrahi debere de firma halarum pro anno lapso; actamen quia ipse multos sustinuit labores, tam in constructione scole quam alias pro civitate, fuit dictum quod respectus haberi deberet et in fine scole in recompensam sui laboris sibi satisfaceret prout equum videbitur.

Quoad bornellos aque dictum est quod hora post meridiem veniant ad Domum communem nobiles syndici et consilarii ubi intererunt duo ex dominis capituli, et vocatis ibidem curato Hostone necnon dictis Le Sordet, magistris Jacobo Quibletti, Petro Mantillion, Johanne de Parisius et aliis, et auditis omnibus deliberabitur quid agendum fuerit.

(*De quictancia d. Bovardi.*) — Preceptum est Jo. Janini quod vadat receptum quictanciam fiendam per d. cantorem velut procuratorem d. Anthonii de Rossellione, militis, olim magistri hospicii domini Auxitanensis, de centum scutis sibi conventis per civitatem tempore quo idem dominus Auxitanensis in humanis agebat<sup>1</sup>. — (*Fuit facta quictancia die 27 novembris 1494; recepit quictanciam Jo. Janini, ut constat in computo receptoris.*)

*Die proxime dicta*, hora prima post meridiem.

Fuerunt in Domo communi civitatis congregati: nobiles Gladius Gavid, Hugoninus Consilii et Ludovicus Vesperis, consyndici; — necnon Leonardus Acqueneaz, Guigo Prepositi, Petrus de Nanto, Petrus Cherbonerii et plures alii ex consulibus civitatis, ubi eciam interfuerunt parte venerabilis capituli ecclesie Gebenn. venerandi domini Andreas de Croseto et Mermetus Penneti. Et vocatis ibidem pro materia bornellorum curato Hostone necnon Sordeto de Charlier, Petro Mantillion, Jacobo Quibletti, Johanne de Parisius, magistro Aymone de Bosco, poterio. Et facta disputacione de hujusmodi materia, dictisque et prolatis per eos et quemlibet ipsorum oppinionibus suis, unanimiter concluderunt materiam posse de facili fieri et suum sortiri effectum. Quare preceptum est magistris Jacobo Quibletti, Aymoni de Bosco et Johanni de Parisius quod crastina die se invicem reperiant cum dicto curato

<sup>1</sup> Voir R. C., t. III, p. 379; t. IV, p. 41.

Hostone et carculent quantum opportuerit pro complemento dicte materie.

Et quia Sordetus sepenumero fuit pro negociis civitatis ad veniendum vocatus absque aliquali mercede, fuit propterea conclusum sibi debere dari duos florenos; et pro aliis prenominatis operariis pro vino dentur tres solidi.

(160) *Veneris vija novembris.*

Gavid, Vesperis; — Aquineaz, Crosa, Gachet, Paquet, Peyrolier, Grossi, Planis, Orsieres, Vaudo, Dorieres, Malliard.

(Octo.) — De facto Cholex supervenit dicens se non velle neque intendere litigare contra communitatem, quare peciit se in pace dimicti, cum nunquam commiserit quicquam sinistri contra communitatem. Remictitur ad octo et tunc veniat et vocetur Levrerii; tunc audiantur et, si possibile sit, concordentur.

(Martis.) — Quia Nicodus Janini tradidit unum rotulum et petit fieri deductionem super introgio bossetorum, commictitur Paquet referendum Martis.

Rescribatur consilio Chamberiaci in favorem matris Aquin et hoc ad conservandum franchisesias hujus civitatis.

(Martis.) — Quia Petrus Balli ultra licenciam impartitam extraxit frumentum a civitate sine bulleta et licencia, quod permissum non fuit aliis, remictitur Martis ad magnum consilium.

De coopertura scole videlicet fusta et tegulis commictitur receptori quod instet ut coopertetur et comp[leatur].

(Borgesias.) — Ibidem fuit creatus burgensis Peronetus filius Johannis Joly, de Visignin[i], mugnerius, habitator Sancti Gervasii, (admictitur burgensis) pro octo florenis; juravit in forma. — (*Letum est.*)

*Martis xj novembris.*

Quatuor sindici; — P. Versonay, G. Prepositi, Lyo. Aquinee, G. de Crosa, P. Braseti, P. Gacheti, Jo. Bueti, Jo. Janini, Jo. Grossy, Ja. Paqueti, B. de Sancto Michaeli, Jo. de Planis, M. Lingoti, P. de Nanto, P. de Orseriis, Gi. de Vuauo, Hugoninus de Ponte, B. Dorieres, Ga. Borjallii, P. Cherbonnerii, Jo. Malliard.

Quoad relictam Girardi de Fogia, que certam obtinuit provisionem

ad causam certorum membrorum domus ejusdem quondam Girardi, et pendet causa coram d. officiali inter ipsam relictam et nobilem Gondisalvum de Malvenda, cui dicta domus fuit vendita, fuit conclusum quod communitas assumat onus deffensionis dicte cause pro eodem nobili Gondisalvo.

In facto difference existentis inter Petrimandum de Maladumo, receptorem civitatis, hinc, et Johannem Grossi, inde, commictitur de Crosa, Braseti et Paqueti quod videant eorum differentiam et eos appunctuent.

(Mandatum.) — Mandantur intrari receptori moderno in suis computis septuaginta tres ff. octo grossi et unus denarius per ipsum librati ut in rotulo signato per Paqueti. — (*Expeditum est.*)

(Mandatum.) — Mandatur detrahi Nycodo Janini, firmario introgii bossetorum vini, de sommis descriptis in quodam rotulo signato per Paqueti, videlicet quinque florenos octo grossos et sex denarios.

Conclusum est quod heraldus regis Romanorum, qui huc applicavit parte ejusdem regis in favorem n. Ludovici Festi, sublevetur de expensis per ipsum factis huc diebus Dominico et Lune proxime lapsis et hodie, et ita preceptum est thesaurario.

De quingentis florenis consignatis in manibus Lyonardi Acquinee de pecuniis domus de Fogia, quia in computo receptoris postremo reddicto fuit appositum quod ipse Lyonardus pro dictis quingentis florenis remanebat obligatus in arreragium, et actento quod ipse Lyonardus satisfecit in manibus ejusdem receptoris, conclusum est quod ponatur in fine dicti computi quomodo ipse Lyonardus satisfecit et quod thesaurarius tenetur computare in primo computo reddendo per receptorem.

(161) Proclamentur aree quas relinquerit communitati Henricus Oddeti ad xxxij ff. pro introgio et unum solidum annui redditus, quas areas ad tantum posuit Johannes Grossy.

Proclamentur introgia bossetorum hujus anni ad iij<sup>c</sup> ff. quoad tantum posuit Petrus de Nanto.

Solvant introgia bossetorum nobiles Georgius de Anthiochia, Antho-nius de Monestier et Hugon. de Joex, actento quod ipsi non resident in civitate.

*Die predicta, hora vesperorum in claustro ecclesie cathedralis.*



Quatuor syndici; — Crosa, Malliard, Lingot, Paquet, G. Roget, Pe. Nanto, Gachet, Grossi, Ny. Janini, Jo. Jacodi, Pe. Boconis, Gusemant, Jo. Galliard, Jo. Marlii, M. Sonnerii, Laurencius Neyrodi, Jo. Chavane, Lyonardi, Jo. Spatule, Jo. Nergaz, Humbertus Beatrisii, Pe. Serrallion, Ste. Bonijohannis, B. Dorieres.

(*Admodiatio introgii bossetorum vini.*) — Quibus congregatis voce cride super admodiacione introgii bossetorum candela incensa ac penitus consumpta et multiplicatis proclamatibus, nullus comparuit qui de dicto introgio bossetorum vini plus dare voluerit de quatercentum florenis parvi ponderis preterquam providus vir Galterius Regis, notarius, civis Gebenn., qui dictos quatercentum florenos se daturum obtulit. Ea propter d. syndici nomine communitatis admodiant dicto Galterio Regis, presenti etc., videlicet dictum introgium bossetorum spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi revoluto anno, cum honore et onere, perdis, lucris et ovaliis assuetis et non assuetis, sub firma dictorum quatercentum florenorum solvendorum per dictum admodiatarium, videlicet terciam partem in festo Epiphanie Domini, aliam terciam partem in festo Pasche et reliquam terciam partem die prima mensis augusti cum dampnis etc. Promictentes d. syndici manutenere et admodiatarius solvere et caucionem ydoneam prestare die Veneris proxime futura; submictens se omnibus curiis per quas vult capi etc.; renuncians etc. Actum in dicto claustro, die predicta, presentibus Guillelmo Bocardi, Romaneto Carpini et Michaele Lyonardi, vigillibus, testibus etc. — Janyni.

*Veneris xiiija novembris.*

Gavid, Vesperis, Gule; — Monsr de Brandis, Versonnex, Crosa, Gachet, Paquet, Peyrolier, Grossi, Planis, Vaudo, Serrallion.

(*Caucio introgii bossetorum vini.*) — Galterius Regis, admodiatarius introgii bossetorum vini, insequendo conventa per eum, ipse tanquam principalis et ad ejus preces et requisitionem Petrus Copponex et Johannes Marlii, condurerius, burgenses Gebenn., quilibet insolidum, promictunt firmam introgii bossetorum solvere pro eodem, ascendentem ad iijc ff.; submictentes se omnibus curiis per quas volunt capi etc., renunciantes omnibus juribus, maxime principalem prius fore conveniendum etc., cedendarum etc. Et hoc terminis in admodiacione descriptis. Et

quiquidem Galterius promictit dictos fidejussores servare indempnes sub obligacione omnium bonorum et hujusmodi obligacionem ratificari facere per ejus uxorem, cum aliis clausulis oportunis. Actum in aula nova Domus communis, presentibus honorabilibus consilliariis prescriptis ac Michaele Lyonardi et Guillelmo Bocardi, vigillibus, testibus etc. — Janyni.

(*Borgesia.*) — Mauricius filius quondam Johannis Lyassuz, myruserius, habitator Sancti Gervasii, admictitur burgensis pro viij ff., qui prestitit juramentum in forma. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Franciscus filius quondam Johannis Berteti, de Chissina, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, admictitur burgensis pro viij ff., qui prestitit juramentum in forma. — (*Letum est.*)

De sallario magistri scole remictitur ad Martis animo melius delibrandi, et interim perquirantur computa ut videantur sallaria aliorum magistrorum.

(162) *Die supradicta*, post meridiem.

Gavid, Vesperis, Gule; — Levrerii, Crosa, Braseti, Lunes, Acquineaz, Perolerii, Janini, Planis, Orseriis, Malliard, Beczancon, Cherbonerii.

In facto differencie et marche quam pretendit habere n. Ludovicus Festi contra civitatem, fuit conclusum quod conclusio hodie in consilio episcopali facta suum sorciatur effectum et quod d. vicarius parte sua mandet Petremandum de Maladumo et Petrum Cherbonerii cum uno heraldo d. episcopi apud Sanctum Gladium, ad persuadendum dicto Ludovico Festi et sequacibus suis ut veniant ad hanc civitatem causa concordii fiendi.

*Die Dominica xvja novembris*, in claustro voce cride ad sonum grosse campane, ut moris est, fuerunt congregati :

Venerabiles d. Pe. Farodi, Pe. de Sollerio; — consillii : Vesperis, Gule; — Pe. Orsieres, Lyonardi, Bachodi, Gachet, Grossi, G. Choussardi, Ja. Boverii, Franciscus Patry, Jo. Amyaux, Ja. de Cresto, Jo. Ballieti, Petrimandus Bonivardi, Pe. Chynuerii, Jo. Regis, Mermetus de Furno, G. Prepositi, Symondus Bugniet, Jo. Chapuysii, Ja. Vuan-delli, Gladius Fontane, G. Pilliodi, Pe. Pontrelli, Oliverius Chapuysii, G. Carro, Ja. Fonte, Gladius Rolandi, G. Cadodi, P. Navis, Jo. Buf-



flet, Pe. Gardet, Jo. Panissodi, Theobaldus Laurencii, Baldisaldus Sec, Glaudius Vernaz, Pe. Morelli, Franciscus de Fontana, Michael Bernardi, Jo. Bertrandi, Pe. Falqueti, Ste. Bonijohannis, Pe. Flory, Ludovicus de Stelletis, Hugonetus de Rages, Ste. Biolesii, Nycodus Cornuti, Jo. de Fontana, Glaudius Hudrici, Pe. Masuerii, Jo. Fontanelli, Ay. de Cresto, Franciscus de Vinea, Jo. Mantilliez, G. Bocardi, Michael Lyonardi, Jo. de Cresto, Andreas Pensieriz, Jo. Pollitoz, Roletus Poncignion, Glaudius Pilliodi, Ste. de Villa, Paulus Macheret, Franciscus Vugnet, Girardus Vuchardi, Jenonus Vuarambert, Benedictus Franzonis, Jo. Mugnerii, Jo. Spatule, Jo. Magnini, Andreas Mantillier, Hugo Boulardi, Joffredus Cocti, Pe. Monachi, Jo. Calabri, Ay. de Bosco, Ja. Nepotis, Anthonius Peccolat, Ny. Gentilis, Jo. Bertodi, Pe. Boconis, G. Joly, H. Fontaneis, Berthodus Gaux, Jo. Sec, Ja. Berteti, Jo. de Paris, Ja. Quibleti.

(*Venda vini.*) — Ibidem fuit gictata venda vini pro quolibet sextario ad octo solidos et sex denarios monete.

In materia bornellorum retulerunt Aymo de Bosco, Jacobus Quibleti, Berthodus Gaux et Jo. de Paris, habita conferencia cum Sardeto de Charliez, rem posse fieri et pro minori posset ascendere ad mille ff.; et exposuerunt d. sindici nundum habuisse responsum a domino nostro cui materia fuit significata. Fuit conclusum unanimiter quod, habita responsione a domino nostro de quantum se juvare voluerit, committitur consilio ordinario et quinquagenario ad comperiendum pecunias pro perficiendo dictos bornellos.

*Martis xviii novembris.*

Consilii, Vesperis, Gule, consindici; — Jo. de Planis, Guillelmus de Crosa, Jo. Malliardi, Ja. Paqueti, P. Cherbonerii, Jo. Janini, Perce. Perolerii, P. Gachet, P. Dorsieres, Gi. de Vaudo, H. de Ponte, B. Dorieres, Ga. Borjallii, Testuti, B. de Sancto Michaele, P. de Nanto, M. Lingocti.

(163) (*Borgesia.*) — Fuit admissus in burgensem Johannes filius Mathei Bellot, condam, Rotomagensis diocesis, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Germani, impressor librorum, pro et mediantibus octo florenis p. p., qui juravit in forma. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Quia Petrus Gacheti et Johannes Grossi fuerunt destinati apud Montluex, ad bancherios florentinos, sine deliberatione

consilii, nichillominus hoc fuit pro comodo civitatis, ideo expense ipsorum oneri civitatis incumbere debent, fuit conclusum quod eis satisfaciatur de expensis predictis. Et ita mandatur thesaurario quod solvat eisdem decem florenos pro dictis expensis et laboribus. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario ut satisfaciatur hospitalleriis de hiis que sibi debentur, videlicet in manibus Hugonini de Ponte, videlicet xxx ff. — (*Expeditum est.*)

Audita relacione Pretrimandi de Maladumo et Petri Cherbonerii in facto Ludovici Festi, conclusum est quod d. sindici instent erga d. vicarium cum nobilibus de Pictigniaco, qui causa illius debacti cedendi huc applicare debent, ut ipse faciat eidem Ludovico brevem et expeditam justiciam, sic quod merito contentetur; et de his petant licteras testimoniales, cum protestacionibus ad idem de Jo. de Orseriis.

Quoad petita per d. Theobaldum Fabri, dictum est quod ipse doceat de petitis et delibera[bi]tur et fiet responsio.

Preceptum est ut injungatur cuidam domino Petro, existenti in hospitali, qui recusat exire, quod vacuet dictum hospitale, et ita committitur Petro de Nanto quod eundem d. Petrum vacuare faciat dictum hospitale.

Fuit conclusum quod vinum de Submonte non vendatur ultra unum grossum quarteronis; vinum Choutagnie quinque quartos quarteronus et vinum patrie, scilicet circumcirca Gebenn. excretum, quarteronus octo denarios, et fiant cride modo quo supra, sub pena, contra secus vendentes dictum vinum, perdicionis vini.

In facti differentia existente inter d. Jacobum de Douris et Johannem Grossi, quia agitur de facto civitatis, fuit dictum quod videatur ibi et appunctuetur si fieri possit, sinautem remictantur ad juridicam.

(*Borgesia.*) — Nycolaus filius quondam Jeneti Jordaneti, serrallionus, de Ruppe, habitator in parrochia Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus octo ff. p. p., qui juravit in forma, etc. — (*Letum est.*)

*Veneris xxj novembris.*

Gavid, Vesperis, Gule; — Crosa, Paquet, Grossi, Gachet, Planis, Vaudo, de Sancto Michaele, B. Dorieres, P. Serrallion.



(*Martis.*) — In materia macelli Longemale et scorerie fiende ac etiam Florentinorum remittitur ad *Martis*.

Equidem ad causam salarii domus magistri scole remittitur ad *Martis*.

Compareant d. syndici cras in causa eorum contra relictam Johannis Martini ad causam xxv ff. donatorum hospitali pestiferum per ejus virum pro quibus suum debitum fecit.

*Martis xxv novembris.*

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Prepositi, Acqui(ne)nee, Crosa, Lunes, Gachet, Perolier, Bueti, Janini, Grossi, e. d. P. de Pesmes, Planis, Lingot, de Nanto, Dorseriis, B. Sancto Michaeli, Malliard, Ponte, Dorieres, Cherbonerii, Testuti, Borjallii.

(164) Committitur visio rotuli recepte egregii condam domini Johannis Fabri, de Crosa, Bezanzon et Paquet, et ad referendum ad *Martis*.

De vino et quo precio vendi debet, fiant cride juxta conclusionem ultimo factam, scilicet vinum de Submonte, unum grossum, et vinum circumcirca excretum octo denarios pro quolibet quarterono et non ultra vendatur.

De eo qui detinetur occasione recusacionis solucionis cujusdam lingue, quia hoc est contra franchisesias, instent d. syndici erga d. vicarium ut relaxetur, demonstrando hoc non debere fieri.

Quoad bornellos audito magistro Aymone de Bosco, pocterio, et Sordeto de Charliez, qui nullam faciant difficultatem, conclusum est quod tentetur et incipiatur quousque aqua sit super terra, et si videatur quod possit sortiri effectum, conclusum est quod fiat. Ideo committitur Petro Porraris et Rolando Boysserii quod sollicitent materiam et pecunias a quibus habere poterunt accomodent.

De bocheria de Longemalle de qua d. vicarius parte reverendi domini Gebenn. episcopi alloquutus est nobiles syndicos, quia alias dominus recusavit transire et passare dictam bocheriam modo petito per civitatem, ideo dicant syndici eidem d. vicario quod nequeunt dare responsum nisi habita prius deliberacione magni consilii civitatis; quo facto dabunt sibi responsum, dicendo quod si dictus dominus episcopus sit venturus, prout fertur, dabunt eidem responsum.

Quoad marcham Johannis Grivet, visis licteris datis per Johannem Malliardi, conclusum est quod non mandetur ad locum de Jougnie donec ille qui scripsit dictas licteras ad ipsum locum applicuerit; et habita certanitate adventus ejus mandatur aliquis bene informatus de negotio ad audiendum et replicandum etc.

In facto grangiarum remissarum per Henricum Oddeti, audita relatione thesaurarii super cridis de eisdem factis, remittitur ad expediendum ad *Veneris*.

De marcha quam pretendunt habere contra civitatem indebite no. Ludovicus Festi et quidam alii cocardi, dictum est quod remittatur onus reverendo d. episcopo et principi, qui hoc debet et tenetur deffendere.

*Veneris xxviii novembris.*

Gavid, Vesperis; — Aquineaz, Lunes, Peyrolier, Gachet, Paquet, Grossi, Planis, Lingot, de Sancto Michaeli, Vaudo, Dorieres, Serrallion.

(*Borgesias.*) — Magister Jacobus de Nanto, condurerius, habitator Gebenn., parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro x ff., qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Martis.*) — Idem magister Jacobus de Nanto conqueritur de vicino suo ad causam cujusdam muri; committitur deputatis lathomis et referendum *Martis*.

Recepta lictera missiva a venerabili domino Petro Guilliocti ad causam Florentinorum, fuit conclusum quod amplius non mittatur ad eos, ac tamen si veniant, recipiantur honeste et benigniter tractentur, et rescribatur domino Guilliocti eum regraciando de bono velle.

(*Martis.*) — Dictus Gaudi de Bonvars a quo fuit amota lingua et per eum tradicta citra prejudicium civitatis, fuit nichilominus captus et detentus in Domo episcopali et compositus ad x ff. xl g., et secretarius petit duos ff.; supplicavit provideri. Remittitur *Martis*.

(*Martis.*) — Paquet apposuit nomine Guillelmi Gota super grangiis cridatis sitis in cancello Judeorum, videlicet xliiij ff.; acceptatur oblatio et veniat *Martis*, et albergabitur.

(165) *Martis secunda decembris.*

Gavid, Consilii, Vesperis; — Versonnex, Crosa, Paquet, Gachet,

Grossi, Janini, Planis, de Sancto Michaeli, Nanto, Orsieres, Vaudo, Dorieres, Serrallion, Testuti, de Borjali.

(*Mandatum.*) — Mandatur receptori quod solvat magistro Petro Lamberti, carpentatori, super rotulo per Paquet signato, summam iij ff. v g. ix d. — (*Letum est.*)

In materia bornellorum committitur B. Dorieres, P. Nanto, G. Vaudo, R. Boyssieres, qui habeant conferenciam cum magistris curato et Aymone de Bosco.

Recepta lictera missiva a domino nostro ad causam ijc ff. trajectensium et etiam ad causam subsidiorum, fuit conclusum quod d. sindici cras vadant ad dominos de capitulo et consilium habeant, et respectu subsidiorum idem dominus noster assumat onus tanquam princeps.

(*Mandatum.*) — Mandatur receptori quod solvat magistro scole pro sallario domus, videlicet x ff. — (*Letum est.*)

*Martis nona decembris.*

Gavid, Consilii, Gule; — d. Franciscus de Veyriaco, Lunes, Paquet, Grossi, Nanto, Gachet, Janini, Versonnex, Planis, Lingot, de Sancto Michaeli, Orsieres, Vaudo, Dorieres, de Borjali, Serrallion.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quatenus expediat fratri Predicatori, qui continue predicat hoc tempore Adventus, unum centum fassarum.

(*Admodiatio plathee Burgiforis.*) — Nobiles sindici admodiaverunt platheam Burgi Foris hinc ad primam diem proximi mensis maii, precio novem solidorum, egregio Johanni Janini, presenti etc., per ipsum solvendorum in manibus thesaurarii communitatis, cum dampnis etc., cumque promissionibus et aliis clausulis opportunis; presentibus nobilibus consiliariis supra nominatis pro testibus etc.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Petro de Nanto et Petro Gacheti decem florenos, videlicet cuilibet ex ipsis quinque florenos, et hoc pro penis et laboribus per eos sustentis in visitatione carniū et bladum. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Petro de Nanto decem octo grossos pro pena unius nuncii per ipsum destinati apud Morgiam ad sciendum quantum valebat bladum. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat pro vestibus vigillum videlicet triginta florenos juxta solitum. — (*Expeditum est.*)

(*Borgesia.*) — Petrus filius quondam Glaudii Alliodi, de Russin, excofferius, habitator in parrochia Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem pro et mediantibus octo florenis, qui juravit in forma etc. — (*Letum est.*)

(166) *Veneris xija decembris.*

Gavid, Consilii; — Ponte, Paquet, Gachet, Planis, Nanto, Orsieres, Vaudo, Dorieres, Serrallion.

(*Borgesia.*) — Guichardus filius quondam Johannis Girodi, de Britigniez, patisserius, habitator Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo ff. p. p., qui prestitit juramentum in forma. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Petrus Lanternerii, de Minziaco, affanator et factor pagni, habitator burgi Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro viij ff. pro omnibus, qui prestitit juramentum in forma. — (*Letum est.*)

Mandatur thesaurario quod solvat egregio Johanni Janini duos florenos sibi debitos pro causis in rotulo signato per Paquet descriptis. — (*Levatum est.*)

*Martis xvj decembris.*

Quatuor sindici; — P. Versonnay, P. Gachet, Jo. Bueti, Jo. Janini, Jo. Grossi, Ja. Paquet, P. Cherbonerii, B. Dorieres, Jo. de Planis, M. Lingocti, P. de Nanto, B. de Sancto Michaeli, P. de Orseriis, G. de Vaudo, Jo. Malliardi, Ga. Borjallii.

Roletus Marchiandi et Leodegarius Bucterii pecierunt an eis sit licitum vendere carnes in plathea Molaris omnibus diebus ebdomade, actento quod ipsi sunt burgenses; fuit conclusum quod, visitata carne per deputatos, vendere possint easdem carnes die fori juxta formam cridarum et franchesiarum et non alias.

Committitur thesaurario quod proclamari faciat per carraffos si sint aliqui volentes admodiare furnum communitatis dicte civitatis.

De piscatoribus qui conqueruntur de molestiis sibi illatis occasione piscarie per officarios episcopales, et de ponderibus et signatura eorundem, instent d. sindici erga d. vicarium quod reparanda reparari faciat,



sumpta informacione a senioribus civitatis super usu et consuetudine; et eciam quod signantes pondera non exigant pro signatura nisi juxta solitum.

In facto operariorum deputatorum pro visitacione domorum que ruynam mynantur dicendum non posse in eadem visitacione vacare nisi data eis prius securitate de satisfacione laborum, instent sindici ut super hoc provideat d. vicarius.

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario quod expediat vigilibus communitatis, pro suis pilleis, unum burgensem fiendum usque ad summam vj ff. — (Expeditum est.)

Visa supplicacione Collete, relicte Glaudii Vuyent, quondam burgensis Gebenn., super sententia et processu quos relinquere vult civitati ad corroborandum franchisesias, ad causam burgensium hujus civitatis qui comperiuntur taliabiles aliquorum dominorum sive nobilium, committitur de Crosa et Paqueti quod ipsi videant de quanto communitas debeat ipsam relevare(t) pro ipso processu et sententia habendis, et refferant.

(Borgesia.) — Johannes filius quondam Anthonii Chatronis, parrochie Megeve, condurerius, parrochie Sancti Germani, fuit admissus in burgensem pro octo florenis, qui juravit in forma. — (Letum est.)

(Borgesia.) — Petrus filius quondam Johannis Grossi, de Animassia, patisserius, parrochie Sancte Crucis, fuit receptus in burgensem mediantibus octo florenis p. p., qui juravit in forma. — (Letum est.)

(167) Veneris xix decembris.

Gavid, Vesperis, Gule; — Crosa, Paquet, Gachet, Grossi, Ponte, Testuti, Planis, Nanto, Vaudo, Dorieres, Orsieres.

(Nota.) — Ibidem nota quia liber grisus franchisesiarum sub plombo impendenti sigillatus, fuit communicatus et tradictus honorabili Johanni Maliardi, pro juribus et indemnitatis suis. Ideo restituat in Domo ville et reponatur in archa Sancti Petri a qua fuit extractus.

(Borgesia.) — Gladius Bernardi, de Arento in Burgundia, barbitonsor, parrochie Sancti Germani, admittitur burgensis pro octo ff.; prestitit juramentum solitum. — (Letum est.)

(Mandatum.) — Mandatur receptori ut solvat Gludio Brecolens, pro ferraturis scole, super rotulo per Paquet signato, videlicet lxxj ff.

x g. vj d., seu intrari Jo. Grossi et Ni. Janini jam per eos solutos. — (Letum est.)

(Mandatum.) — Mandatur thesaurario quatenus intret Johanni Grossi, super firma alarum et introgii bossetorum, ducentum ff. per eundem Johannem tradictos lathomis pro edificio scole, necnon tercentum florenos tradictos liberis de Douris, in quibus communitas tenebatur constante transactione per G. de Crosa recepta, recipiendo quictacionem et transactionem etc. — (Letum est.)

Martis xxiiij decembris.

Gavid, Consilii; — P. de Nanto, Jo. Janini, Ja. Paqueti, Ny. Testuti, P. Cherbonerii, Jo. de Planis, P. de Orseriis, Gi. de Vaudo, H. de Ponte, B. Dorieres.

Quoad admodiacionem furni communitatis remittitur ad Martis proximam.

ANNO DOMINI M<sup>o</sup> III<sup>c</sup> LXXXV

Martis peneultima decembris.

Quatuor sindici; — d. Franciscus de Veyriaco, Prepositi, Crosa, Gachet, Peyrolier, Bueti, Paquet, Grossi, Testuti, Janini, Versonnex, Braseti, Lunes, Planis, Lingot, de Sancto Michaeli, Orsieres, Vaudo, Malliard, Dorieres, Nanto, Ponte, de Borjali, Serrallion, Aquineaz.

(Borgesia gratis.) — Egregius Gladius Samoens, de Bonavilla, notarius, admittitur burgensis gratis contemplacione d. sindici Consilii, qui prestitit juramentum solitum.

De bullis capelle Omnium Animarum Marie Magdalenes, d. sindici vadant ad d. vicarium et iterum illas faciant sequestrari, etiam quoad septem curatos et hospitale pestiferorum, fiat aliqua declaratio super sepellimentis et ad hoc instent d. sindici erga d. vicarium.

(168) Egregius Petrus Braseti restituit quendam librum cujusdam tallie cum certis juribus contra Johannem de Lanciez, cum revocatione cujusdam marche in quodam parvo aulobaustro.

De marcha Johannis Grivet d. sindici vadant ad d. vicarium et prosequatur materia via justicie cum deliberacione consilii generalis ad habendum pecunias, et perquirantur omnia expleta et eligatur aliquis ydoneus ad mictendum.

*Veneris secunda januarii.*

Vesperis, Gule; — Lunes, Peyrolier, Paquet, Grossi, Lingot, Orsieres, Vaudo, Nanto, Malliard, Testuti.

(*Borgesias.*) — Aymo filius Petri Levrerii, de Frengier, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro viij ff., qui prestitit juramentum solitum. — (*Letum est.*)

(*Borgesias.*) — Nycodus Laliardi, alias Mathei, de Rumilliacio subtus Curnillionem, parrochie Marie Magdalenes, admittitur burgensis pro viij ff., qui juravit in forma. — (*Letum est.*)

(*Borgesias.*) — Glaudius filius quondam Petri Saubrez, de Moyns, habitator Gebenn., parrochie Sancti Germani, admittitur burgensis pro viij ff., qui prestitit juramentum in forma. — (*Letum est.*)

*Mercuri septima januarii*, quia heri nullum fuit tentum consilium propter festum Epiphanie Domini, loco consilii ordinarii.

Nanto, Gachet, de Borjali, Grossi, Prepositi, Vaudo, B. Dorieres, Janini.

Propter absentiam d. sindicorum nichil fuit in medium adductum neque conclusum.

*Veneris nona januarii.*

Gavid, Vesperis, Gule; — d. F. de Veyriaco, Lunes, Gachet, Grossi, Serrallion, Ponte, Planis, Lingot, Nanto, Vaudo, Dorieres.

(*Martis.*) — Johannes Navetaz et Pe. Arbalesterii, vigil, conquestiverunt de Berthodo Gaux cujus culpa aqua Areris eis dedit plurimum dampnum, quare supplicarunt provideri et rem visitari. Visitetur post prandium et remittitur ad Martis.

(169) (*Jo. de Tulia.*) — Quia spectabilis d. Johannes Chapuysii traxit in causam coram magnifico consilio ducali Chamberiaci Johannem de Tulia, civem Gebenn., contra textum franchisesie, fuit vocatus ipse d. Johannes Chapuysii et plurimum requisitus ut se desistat. Qui d. Johannes noluit, actamen promisit et convenit quod lata sententia super omnibus stabit summarie ordinacioni dominorum sindicorum et consillariorum hujus civitatis.

Respectu marche Johannis Grivet, qui forciores obtinuit licteras super marcha contra quoscunque, remittitur Martis ad magnum consilium,

quia servitor Jo. Donzelli exposuit fuisse captum, sed quia dixit se esse de Belna et non servitor alicujus de Gebennis evasit.

*Lune xija januarii*, hora vesperorum.

Gavit, Gule, consindici; — Acquineaz, Lunes, Gachet, Paquet, Grossi, Nanto, Sancto Michaeli, Malliard, Besanczon, Ponte.

Fiant cride quod omnes pauperes vacuent civitatem, et hoc fiat ad obviandum pestillencie.

Teneatur consilium generale crastina die ubi exponatur per syndicos materia marche quam pretendit habere contra civitatem quidam appellatus Jo. Grivel.

Faciant d. syndici vacuare civitatem quosdam appellatos Plot, suspectos de peste.

*Martis xiiij januarii.*

Quatuor syndici; — e. d. F. de Veyriaco, P. Versonnay, Jo. de Lunes, P. Gachet, Ja. Paquet, Janyni, Jo. Grossi, Jo. Buetti, Jo. de Planis, M. Lingot, P. de Nanto, Jo. Malliard, B. de Sancto Michaeli, P. Dorieres, Gi. de Vaudo, Besanczon, P. Cherbonnier.

Fuit conclusum quod rescribatur r. d. episcopo super facto marche quam pretendit habere quidam Jo. Grivelle contra civitatem Gebenn., supplicando sibi ut hujusmodi materiam amplecti procuret per illu. d. duchissam, prestando omnes favores possibiles.

Non teneatur consilium generale donec habito responso a prefato d. episcopo super facto dicte marche.

Restituantur acta, sententia et jura que fuerunt tradicta per relictam Vuyent contra dominum Pontisvitrey eidem relicte ad prosequendum causam appellacionis impetrata per dictum dominum Pontisvitrei.

*Veneris xvj januarii*, nichil fuit actum.(170) *Martis xx januarii.*

Quatuor syndici; — P. Versonay, G. de Crosa, Jo. de Lunes, Gachet, Jo. Buetti, Ja. Paquet, Jo. Janini, Jo. Grossi, Jo. de Planis, M. Lingoti, P. de Nanto, B. de Sancto Michaeli, P. de Orsieres, Jo. Malliard, Besancon, Testuti, P. Cherbonerii.



(*Borgesia.*) — Fuit admissus in burgensem Anthonius filius quondam Glaudii Berthodi, parrochie Alingii, habitator parrochie Sancte Crucis, lathomus, pro et mediantibus octo florenis, qui juravit in forma etc. — (*Letum est.*)

Adducatur crastina die huc in Domo civitatis quidam detentus in castro Insule pro crimine furti; et vocato domino Conodi, consilio suo deliberabitur quid fiendum erit de eodem.

Fiant scale et crocheti, et custodiantur ut tempore et loco succurat civitas prout decet, et fiant per dezenas.

Quoad Johannem Goudyn, de Divione, chappellerium, qui conqueritur de Peroneto, chappellario, et de Mallicien, vadant d. sindici ad d. vicarium et instent ut fiat justitia de eisdem qui inferunt ei minas et captivari fecerunt eum indebite, ut asserit.

Fuit ordinatum quod Johannes Grossi ea que debet de resta computi sui occasione recepte civitatis solvat in manibus moderni thesaurarii; cui ordinationi dictus Johannes Grossi non consencit.

(*Mandatum.*) — Mandatur receptori quod solvat Nycolao Soleistac, bonbarderio, videlicet decem florenos p. p. qui sibi debentur pro stipendiis unius anni incohati de mense marcii proxime lapsi. — (*Expediitum est.*)

*Veneris xxiiij januarii.*

Gavit, Vesperis; — P. Versonnay, G. de Crosa, P. Gacheti, Jo. Janini, Jo. Grossi, P. de Nanto, Besancon, P. Cherbonerii.

*Martis xxvij januarii.*

Quatuor sindici; — e. d. F. de Veyriaco, Jo. de Lunes, P. Gacheti, Perce. Peyrolerii, Ja. Paquet, Jo. Bueti, Jo. Janini, Jo. Grossi, G. de Crosa, B. Dorieres, Ga. Borjallii, P. Levrierii, G. Prepositi, Jo. de Planis, M. Lingocti, P. de Nanto, B. de Sancto Michaele, P. de Orseriis, Gi. de Vuauodo, Jo. Malliardi, H. de Ponte, P. Cherbonerii, Leo. Aquineaz, Ny. Testuti.

Relicta Vuyent supplicat sibi elargiri aliquas pecunias ad prosequendum causam suam contra dominos Montiscanuti; fuit conclusum quod pro tempore futuro subveniatur sibi juxta facultatem et scribatur Johanni de Putheo quod ipsam deffendat.

Quo autem ad linguas levatas die fori fuit conclusum quod fiat supplicatio que porrigatur d. vicario ut acemptata reparari faciat, alioquyn interponatur appellacio et viriliter prosequatur causa.

(171) Quo vero ad campanille beate Marie de Graciis, conclusum est quod non permictatur fieri nisi fiat infra claustrum et quod fiat parvum.

(*Borgesia.*) — Fuit admissus in burgensem Henricus filius quondam Stephani Emblard, pellipparius, de Myndelen, allemanus, parrochie Sancti Gervasii, pro octo ff., qui juravit in forma etc. — (*Letum est.*)

*Die Mercuri xxviiij januarii.*

Quatuor sindici; — d. Franciscus de Veyriaco, Lunes, Aquineaz, Gachet, Prepositi, Grossi, Bueti, Crosa, Peyrolier, Paquet, Planis, de Sancto Michaele, Orsieres, Lingot, Ponte, Vaudo, Dorieres, Malliard, Serrallion.

Supervenit spectabilis d. de Brandis cum lictera missiva super marcha Johannis Grivet, pro qua habet onus parte metuendissime domine duchisse Sabaudie impetrandi erga regem Romanorum nullitatem dicte marche, cum instructionibus ejusdem domine ibidem lectis.

Fuit conclusum quod fiant alie instructiones eidem domino de Brandis ad causam dicte marche etiam occasione Ludovici Festi; que facte fuerunt et perlecte in consilio et eidem tradicte cum duplo lictere testimonialis Aquiani et marche predicte; et fuit eidem domino de Brandis conventum satisfieri taliter quod merito habebit contentari.

Receptis equidem duabus licteris missivis, una parte domine duchisse et alia parte r. domini nostri, que diriguntur domino principi Orenge, que tradicte fuerunt n. Pe. de Navi, servienti episcopatus, cum alia copia marche et lictere testimonialis Aquiani, de consilio quorum supra.

Commictitur visitacio et equancia fienda ad causam cujusdam torne aque Areris B. Dorieres, Ponte, Paquet et michi cum Jo. Grossi.

*Veneris perultima januarii.*

Gavid, Vesperis; — Aquineaz, Crosa, Gachet, Paquet, Peyrolier, Grossi, Serrallion, de Borjali, Planis, Orsieres, Vaudo, Lingot, Nanto, Dorieres, Ponte.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod expediat Gabrieli de

Borjali, pro reparacione cujusdam passagii juxta Carroneriam, videlicet sex florenos super uno burgensi. — (*Letum est.*)

(*Borgesia.*) — Ludovicus Convers, alias Regis, de Musingio, diocesis Bellicensis, ollerius, habitator burgi Sancti Gervasii, admittitur burgensis pro octo florenis p. p., qui prestitit in forma juramentum. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur receptori quod solvat n. Michaeli Lingot super rotulo signato per Paquet de summa xvij ff. ix d. — (*Letum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur receptori quod solvat Johanni Jaques, super rotulo per Paquet signato, de summa xij ff. iij g. iij d., necnon eidem, pro ejus veste, ut assuetum est et prout ceteris vigillibus, de xxx g. pro dicta veste. — (*Letum est.*)

(*Martis.*) — De burgense petito per magistrum hospicii, remittitur ad Martis.

Quia Guillelmus Bocardi vacavit eundo ac stando et redeundo a Pedemoncio xv diebus, ad causam marche Jo. Grivet, mandatur receptori ut libret pro qualibet die vj g. et sic in summa vij ff. vj g.

Dupletur quinternus subsidiorum petitorum per dominam duchissam Sabaudie.

(172) *Die Sabati ultima januarii.*

Domini syndici omnes quatuor accesserunt ad r. p. dominum vicarium et eidem presentaverunt quandam supplicacionem occasione linguarum per Gladium Taconis levatarum in foro publico, requirentes de remedio provideri, qui d. vicarius se obtulit provisionem juridicam concedere, presentibus Pe. de Malodumo et quodam servitore dicti d. vicarii.

*Martis tercia februarii.*

Quatuor syndici; — d. Franciscus de Veyriaco, Prepositi, Crosa, Lunes, Paquet, Gachet, Peyrolier, Bueti, Grossi, Janini, Serrallion, Planis, Lingot, Nanto, de Sancto Michaeli, Orsieres, Vaudo, Malliard, Ponte, Dorieres, Testuti.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat egregio Guilielmo de Crosa, pro laboribus habitis examinando xiv testes, occasione piscarie et piscatorum contra r. dominum nostrum et ejus admodiarios piscarie.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod, contemplacione n. Jacobi de Expagniaci, magistri hospicii domini nostri, intret et deducat egregio Humberto Boverii decem ff. per eum debitos pro ejus borgesia eidem remissos contemplacione cujus supra. — (*Letum est.*)

(*Mandatur.*) — Mandatur in[t]rari thesaurario lxxxij ff. viij g. v den. ut in rotulo signato per egregium Guillelmum de Crosa et Jacobum Paqueti, cujus rotuli visio eisdem de Crosa et Paqueti fuit commissa. — (*Letum est.*)

Fuit conclusum quoad vertendum alveum Areris quod subveniat communitas illis qui habent possessiones juxta Arerem de quaterviginti florenis super burgensibus fiendis; ita et taliter quod ille qui accepit tachium caveat tam de perficiendo opus quam quod durabit per septennium. Et hoc fit pro hac vice duntaxat ne imposterum trahatur in consequenciam.

Veneris proxima de mane tenebitur consilium in quo vocentur centenni vel sex viginti ex burgensibus, qui omnes jurabunt de bene juxta eorum consciencias eligendo quatuor syndicos.

*Veneris sexta februarii.*

Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, G. Prepositi, Leonardus Acquineaz, G. de Crosa, Petrus Braseti, Jo. de Lunes, P. Gacheti, Ny. Testuti, P. Versonay, Perce. Peyrolerii, Ja. Paquet, Jo. Bueti, Jo. Janyni, Jo. Grossi, Jo. de Planis, P. de Nanto, M. Lingocti, P. de Orseriis, B. de Sancto Michaeli, Gi. de Vaudo, Jo. Malliard, H. de Ponte, B. Dorieres, P. Cherbonerii, Ga. Borjallii, qui supranominati sunt de consilio ordinario, cum quibus fuerunt vocati omnes subnominati et quamplures alii qui brevitatis causa non fuerunt nominati nec cognominati ibidem: primo G. Rogeti, G. de Castronovo, Jo. Nycodi, P. Regis, Jo. Pollicton, Michael Bernardi, Jo. Jacob, Ja. Paniot, A. Pillisson, A. Bonnaz, Philibertus Pillosii, Jo. Blanc, P. Pimelli, A. de Fonte, P. Crassie, Jo. de Thonon, Ja. de Fontana, Andreas Girard, Gladius Chambet, Ste. Folliosii, Jo. Margolliet, Jo. Florys, G. Cohennet, P. Copponay, Jo. de Gerdilli, Jo. Mugnerii, Jo. de Pallude, Ludovicus Lesgorfa, Gladius Pensabin, G. de Grens, Jo. de Raye, Ludovicus Lestelley, Jo. Ruffi, Jo. Amyaux, M. de Furno, P. Prepositi, G. Cadododi, P. Jo. Bruni, Ja. de Gressinay, Jo. Lullini, Jo. Navetaz, Christinus



Tombeti, Jo. Bernardi, M. Betemps, Henricus Trimbyn, Glaudius Banossi, Philibertus Bertellerii.

(173) Qui omnes supra proxime nominati vocati fuerunt ad eligendum syndicos et, factis pluribus verbis de hujusmodi materia, ipsi omnes supranominati et quamplures alii ibidem astantes, prestito juramento etc., predecessorum vestigia insequendo, elegerunt in majori et prima parte primo scilicet: Jo. de Planis, Petrum de Nanto, Leonardum Acquineaz et Petremandum Malboysson; in secunda autem parte primo, videlicet: P. Braseti, Anthonium Lyonardi, Jacobum de Muro et Johannem Malliardi.

*Dominico octava februarii*, in claustro ecclesie cathedralis, ad sonum grosse campane fuerunt pro sindicis constituendis congregati omnes subnominati, cum pluribus aliis tam burgensibus quam civibus civitatis quorum nomina ibidem poni obmictuntur.

Glaudius Gavit, H. Consilli, L. Vesperis, A. Gulle; — P. Levrerii, d. F. de Veyriaco, G. de Crosa, Jo. de Planis, Jo. de Lunes, Johannes Grossi, B. de Sancto Michaele, P. Malboysson, B. Dorieres, Jo. Malliardi, H. de Ponte, Ja. Paquet, G. de Quarro, G. Rogeti, Jo. Bueti, A. Gervasii, M. Lingoti, A. Pecollat, Glaudius Caddod, A. de Fonte, H. Boverii, Henricus de Nanto, P. Navis, P. Boconis, Jo. Balli, P. Cherbonerii, P. Arlod, Jo. de Lathoey, H. Grueti, F. de Fogia, F. Patry, Jo. de Parisius, Jo. Marlii, A. de Cresto, P. Prepositi, P. Bruni, Ja. de Grissinay, Christinus Tombeti, Jo. Bernardi, Jo. Margolliet, P. Cabodi, Perrinus Fontane, L. de Lestelley, Jo. Mercerii, Paulus Macheret, D. Lamberti, Glaudius Chambet, Stephanus Folliosii, P. Crassie, Jo. Frocheti, Jo. Amyaux, Jo. Florys, G. Cohennet, P. Copponay, Jo. de Bello Excerto, G. Banosii, M. Betemps, Jo. Navetaz, Henricus Trimbyn, Jo. de Gerdilli, Jo. de Pallude, G. Pensabini.

(*Constitutio procuratorum.*) — Facto in hujusmodi consilio sermone de causa que vertitur coram d. officiali Gebenn. inter communitatem hinc, et nobilem Bertrandum de Cholex inde, omnes supranominati cum pluribus aliis, suis et aliorum absencium ac tocus communitatis nominibus, scientes etc., ratificando prius et approbando omnia et singula per eorum procuratores in eadem causa gesta, constituerunt eorum procuratores Petrum Braseti, Johannem Janyni aliosque prati-

cantes et quemlibet insolidum specialiter et expresse ad jurandum in litem et generaliter ad omnia alia neccessaria in causa ipsa procurandum cum clausulis opportunis. Presentibus ibidem Michaele Lyonardi, Guillelmo Bocardi, Johanne de Passiaco et Petro Arbaresterii, testibus etc.

(*Electio et constitutio sindicorum.*) — Quo facto omnes et singuli supra proxime nominati ac plures alii cives et burgenses civitatis Gebenn., pro majori et amplissima voce constituerunt et elegerunt syndicos et procuratores videlicet nobiles et commendabiles viros Johannem de Planis, Leonardum Acqueneaz, Petrum de Nanto et Petremandum de Maladumo, quibus sindicis sic electis et constitutis dederunt omnimodam potestatem et facultatem juxta et secundum quod fieri consuevit; promictentes unanimiter et una voce habere ratum etc.; presentibus in dicto claustro prefatis Michaele Lyonardi, Guillelmo Bocardi, Johanne de Passiaco et Petro Arbaresterii, vigilibus dicte civitatis, testibus etc.

(174) M III<sup>c</sup> LXXXV

Sindici: Johannes de Planis, Lyonardus Agueineaz, P. de Nanto, Petremandus de Malodumo; — Jo. de Tulia, thesaurarius; — G. de Crosa, secretarius.

*Martis decima februarii.*

Quatuor syndici; — G. Gavit, G. de Crosa, Jo. de Lunes, Perce. Perolerii, Ja. Paquet, Jo. Janyni, P. Gachet, P. Braset, Hugon. de Ponte, L. Vesperis, G. de Vaud, B. de Sancto Michaele, Jo. Malliard, B. Dorieres, A. Gule, P. Cherbonerii, A. Pecollat, G. de Castronovo. (*Constitutio thesaurarii.*) — Fuit constitutus thesaurarius et receptor communitatis honestus Johannes de La Thoey, sub stipendiis novissimo thesaurario dari solitis, qui juravit in forma etc.

Visis licteris patentibus a domino principe d'Oranges, tanquam locumtenente et gubernatore Burgondie, emanatis et obtentis ad causam marche quam pretendit habere quidam Johannes Grivel, conclusum est quod scribatur r. d. episcopo, et mictatur sibi dupplum, regraciando d. suam in forma decenti etc.

Instent syndici erga d. vicarium quod disruantur domus ruynose ne majus scandallum eveniat.

Permictatur vendi bladam in civitate omnibus emere volentibus, dummodo non portetur extra patriam Sabaudie.

(*Electio auditorum computorum thesaurarii.*) — Deputantur auditores computorum Petrimandi de Maladumo, olim thesaurarii communitatis, videlicet P. Braseti, Guillelmus de Crosa, Hugoninus de Ponte et Ja. Paqueti.

(*Constitutio operarii.*) — Constituitur operarius communitatis dicte civitatis magister Jacobus Quibleti, carpentator, qui juravit in forma etc.

*Veneris xiiij februarii.*

De Planis, de Nanto, de Malodumo, syndici; — Gavid, Braseti, Jo. de Lompnes, Gacheti, Janini, de Ponte, Michael Lingoti, B. Dorerii, P. Charbonerii, B. Rustiquelli, A. Pecollati.

(*Firma grangie.*) — Fuit tradita ad firmam Petro Maruglerii, fornerio, grangia communis existens in Scoriatoria, per unum annum hodie incohandum sub firma unius floreni p. p., de quo solvit sex grossos pro introgio Johanni de La Toy, thesaurario, presenti etc.

Declaratum fuit vinum venale patrie illud fore quod venditur ad vendam.

Supersedeatur ab exequucione licterarum illu. domini principis Oraice donec mandatum fuerit per dominum aut aliud fuerit appunctuatum.

Servetur ordinacio alias facta super petita exempcione per Monytier.

*Martis xvij februarii.*

De Planis, Nanto, de Malodumo; — de Vaudo, de Ponte, Dorerii, Charbonerii, Glaudius de Castronovo, A. Picolat, Janini, Paquet, Prepositi, Gachet, Braseti.

(175) Frater Petrus Ginodi, ordinis Predicatorum, fuit deputatus regimini et administracioni hospitalis pestilencialis etc.

Fiant cride super policia civitatis in bona forma, que videantur.

(*Intrentur thesaurario xxiiij g. j quartus.*) — Intrentur thesaurario, pro malvatico, ypocrate et vino datis dominis secretario et commissario parlamenti Parisius pro illu. domino principe Oraice, xxiiij gr. j quartum.

Mictatur per tutum lictera prefati secretarii eidem domino principi super facto marche Griveti.

Fuit creatus secretarius Guillelmus de Crosa, deliberacione consilii. (*Burgensis.*) — Glaudius Rolet, d'Anton, tonsor, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis etc., mediantibus octo ff. p. p. — (*Levatum et expedita.*)

*Veneris xx februarii.*

Quatuor syndici; — Gi. de Vaudo, Paqueti, Bez. Dorerii, de Castronovo, Janini, Picollat, Maliardi.

Fiat visitacio camini domus habitacionis Glaudii Violeti.

Bez. Dorerii protestatur de dampno, si quod emergat in ejus domo, contra matrem A. Picollat presentis.

Prosequucio cause contra dominum Pontisvitrei fiat prout alias fuit appunctuatum. Et scribatur super hoc Johanni de Putheo parte civitatis etc.

*Martis xxiiij februarii.*

De Planis, de Nanto, de Malodumo, Aguneaz, syndici; — Gavid, Vesperis, Jo. de Lonnes, Gachet, Peyrolerii, Paquet, A. Picolati, de Castronovo, Janini, Gule, Lingoti, Vaudo, de Ponte, Bez. Dorerii, Charbonerii, Braseti, Prepositi, Orseriis.

Mandatur thesaurario quod fieri faciat neccessaria sacerdoti ut honorifice celebret missam die Martis in Sancto Petro et altari Sancti Michaelis pro salute civitatis celebrari solitam, in qua unus calix et certe alie res opus sunt. Et solvat super burgensibus.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Petro de Navi xxx g. ultra soluta, pro xj diebus, ad racionem vj gr. pro die, destinato ad d. principem Oraice occasione marche Grivelli. — (*Expeditum est.*)

(*Burgensis.*) — Gabriel Morelli, tissotus, parrochie Sancti Leodegarii, filius condam Johannis Morelli, de Chancie, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. — (*Levatum est.*)

Stipendia thesaurarii prout alias in consilio generali fuit ordinatum, cui non innovatur, sint xxv ff.

(*Martis.*) — An vel ne suis sumptibus vel civitatis computus thesaurarii fieri debeat, remictitur ad Martis.



An Monitier debeat eximi et gaudere privilegiis civitatis, videatur appunctuamentum alias super hoc factum, supra in hoc papiro scriptum, quod servetur. — Vide xxij aprilis anni nuper lapsi appunctuamentum <sup>1</sup>.

Fiât terminacio per Baudichonum Barberii fieri petita presentibus saltem duobus sindicis et committitur operariis.

(176) *Veneris xxvij februarii.*

De Planis, P. de Nanto, de Malodumo; — Gachet, de Ponte, Maliardi, Bez. Dorerii, Vaudo, Orseriis.

Ad instanciam prefatorum d. sindicorum nobilis Ste. Picolati, castellanus, precepit Jacobo Quiblerii ut dirruat domus minantes ruinam in carreria Civitatis.

Petrus Navis, procurator Martini Belloti, peccit sibi tradi duplum ordinationis facte in consilio generali, quod capita domorum ob pestem non abirent a domibus eorum; quod concessum est et preceptum michi de Crosa, secretario.

(*Burgensis.*) — Glaudius Lamberti, sutor, filius Johannis, d'Arenthon, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Roletus de Nanto, de Musuet, parrochie Filingii, filius Johannis, parrochie Domine Nostre, sutor, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Anthonius Neyreti, de Valle Alpium, filius Anssermi, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p. — (*Levatum est.*)

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat vigilibus pro Carnisprivio unum ff., et unum alium florenum pro pena eorum ad Serracenos eiciendos. — (*Expeditum est.*)

*Die Martis tercia marcii.*

Quatuor sindici; — Jo. de Lompnis, Paquet, Vesperis, de Castrownovo, A. Picolati, Janini, de Vaudo, de Liga, de Ponte, Bez. Dorerii, Gachet, Charbonerii, Rustiquelli, Versonay.

De aurifabro qui emit unum tissutum furto captum videtur precium per eum traditum sibi fore restituendum.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, pp. 188 et 246.

(*Pro thesaurario vide conclusionem factam die Martis lapsa.*) — Fuit ordinatum thesaurarium percipere debere pro ejus stipendiis xxv ff. annuales, qui erragia sui precessoris exigere teneatur aut de condecenci diligencia legitime edocere.

Qui thesaurarius suis ipsius expensis computum suum facere et computum reddere teneatur.

Observari mandatur per modernum thesaurarium mandatum x ff. bombarderio etc.

De astiludiis ut fertur fiendis visum fuit fieri non debere; et ne fiant d. vicarium fore exortandum etc.

Proclametur domus Petri de Maladerie ut albergetur plus offerenti.

Amedeus Manaz, super sponda domus ejusdem site super Rodanum, fuit conclusum ea visa quod reparetur eminente periculo insorjanti.

(177) *Die Veneris vj marcii.*

De Planis, de Nanto, de Malodumo; — Gavid, Gule, de Liga, de Vaudo, Maliardi, Paqueti, Ponte, Bez. Dorerii, Charbonerii, Rustiquelli, de Castronovo.

Exposuit Johannes de Paldo, associatus Philiberto Bertellerii, Roletto de Pemes, Jaqueto Lyoneti, Johanne Bernardi, Richardo Chouzardi (?) ut consensum prebeant d. sindici astiludiis, qui remissi fuerunt domino vicario.

Insequendo formam franchiesiarum tollantur banchi in platea Molaris et impedimenta signanter apposita per Glaudium Taconis, visitatis prius per d. sindicos.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Moneto de Catacia, pro processibus confectis per quondam dominum Glaudium de Cotacia, secretarium vicariatus, ad opus civitatis, taxatis ad xxi ff., facta per eum gracia decem florenorum p. p. — (*Expeditum est.*)

Piscatores servent franchisesias circa vendicionem.

Super differencia Baudichon Barberii et Johannis Rojodi, Johannes Spatule, Aymo de Sirie, Jacobus Quiblerii et Johannes Jaques retulerunt in foliatio contenta, presente Baudichono, exhibito et ha... <sup>1</sup>

<sup>1</sup> Deux mots illisibles.

*Martis x marcii.*

De Planis, Nanto, de Malodumo; — Versonay, Jo. de Lompnes, Gachet, Peyrolerii, de Castronovo, Braseti, Vesperis, A. Pecolat, Janini, Gule, de Liga, Orsieres, de Vaudo, Maliardi, Bezansonus, Charbonerii, Rustiquel.

Fuit lecta lictera re. domini nostri sub clauso delata per d. advocatum se. regis Romanorum super facto monetarum.

(*Monytier.*) — Monytier conqueritur de gabellatoribus qui sibi certa bona levaverunt pretextu introgii certorum bossetorum vini in ejus vineis excreti, petens illa sibi restitui, cum sit burgensis pro majori parte temporis in hac civitate faciens cum ejus familia domicilium, contribuens et alia faciens que alii burgenses residentes facere solent et tenentur. Cui requisicioni rationi consone annuerunt, ordinantes ipsa ejus bona sibi restitui debere per habentes.

(*Thesaurarius.*) — Intrentur thesaurario, pro uno quarterono malvatici et uno quarterono ypocratis xx gr.; — item, pro tribus libris dragie, xv gr.; — item pro sex quarteronis vini Choutagnie, ix gr.; — elargitis domino advocato se. regis Romanorum, recomendatum per re. dominum nostrum episcopum suis licteris.

Dominus vicarius seu castellanus, ad quem spectaverit quilibet, supplicentur ut taxari faciant de lapidibus domorum diruptarum de quorum precio fiat satisfacio magistro Jacobo Quiblerii pro ejus pena de vj ff. p. p.

Mictantur re. domino nostro episcopo due duodene pastilorum piscium; quod super hoc exbursabit recte thesaurario intretur.

(178) De Amblardo de Vegie qui non veretur insidias inferre incolis hujus civitatis fiant demonstraciones domino vicario qui provideat.

De domo Joly alberganda fiant supplicacio et citatorium cum requisitoriis, scribatur quoque ejus filio, ut fertur Breissie degenti, si sic gerere velit pro herede ejus patris quondam.

*Veneris xiiij marcii.*

Quatuor sindici; — Maliardi, Bezansonus, Gachet, Peyrolerii, Paquet, Jo. Grossi, de Liga, Vaudo, Ponte.

(*Vigil.*) — Johannes Fontanelli, preco, fuit creatus vigil cum promissionibus opportunis.

De domino Cresti super lictera perlecta fiat responsio ignorare ea de quibus conqueri velle videtur.

Per egregios Petrum Braseti, Hugoninum de Ponte, Jacobum Paqueti et Guillelmum de Crosa, auditores computorum Petrimandi de Malodumo, olim receptoris, fuit facta relacio ultimi ejus computi in quo fuerunt resecae et abolite facture trium suorum computorum qui alias fiebant sumptibus receptoris, eciam quando percipiebant stipendia xj ff. annualium et nunc percipiunt xxv ff. anuales, re ex qua modernus receptor et sui successores ratione forciori suis sumptibus quoad facturam computorum habebunt computare et solvere sumptibus communitatis auditoribus computorum, pro eorum pena, ut solitum est, quinque florenos p. p., presente receptore Petrimando non contradicente.

Fiat una papirus erragiorum.

*Die Sabati xiv marcii.*

Quatuor sindici; — B. Dorerii, de Castronovo, Peyrolerii, Paqueti, Visis in consilio allegacionibus super facto detentorum nichil fuit conclusum.

*Martis xvij marcii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Prepositi, Gacheti, Peyrolerii, Paqueti, Grossi, Janini, Consilii, A. Picollati, Gule, Liga, de Sancto Michaele, Vaudo, Maliardi, || Bezansonus Dorerii, Charbonerii, || Versonay, Ponte, de Castronovo, || Braseti || .

De Vegie qui verberavit Glaudium Bonaz, burgensem hujus civitatis, vadant d. sindici ad d. vicarium qui provideat.

De bulitinis bladi fuit ordinatum esse supersedendum a tradicionem eorundem, actenta habundancia bladi, et apponatur banderia ut alias.

Fiant cride super peste.

De domo Joly exigantur a domino curato Ostone l ff. super albergamento ipsius domus fiendo.

De gribelleto sumantur informaciones.

Fiant lictere testimoniales Amedeo Manaz.

|| De duobus detentis Hugon. etc. ||

(179) (*Preco.*) — Johannes Fontanelli, preco, fuit iterum constitutus ad et per tres annos proximos xiiij hujus marcii incohatos, sub firma



cujuslibet anni duodecim florenorum p. p., solvendorum medietatem hodie et residuum in fine cujuslibet anni annorum trium predictorum, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

*Veneris xx marcii.*

Sindici quatuor; — Gavid, Gachet, Peyrolerii, Paquet, de Castro Novo, Vaudo, Maliardi, Prepositi, Bezansonus.

De scola remictitur ad Martis.

De Veigie, super ejus insolenciis vadant d. sindici ad d. vicarium qui provideat etc.

(*Thesaurarius.*) — Thesaurarius habeat exigere omnia universa et singula communitatis emolumenta absque eo quod quispiam alius de exactione hujusmodi se intromictat.

De fimo, carreriis et plateis mundandis fiant cride sub pena perditionis fimi applicandi hospitali pestilencie et trium denariorum infra tres dies proximos.

*Martis xxiiij marcii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Versonay, Vesperis, Lompnes, Prepositi, Gachet, Paquet, Grossi, de Castronovo, A. Pecolati, Janini, Gule, Lingot, Vaudo, Maliardi, Braseti, de Ponte, Bezansonus, Charbonerii, Rustiquelli.

De Malieti conquerentis de taxa, videant taxatores qui refferant.

De scola thesaurarius et Johannes Grossi provideant de fusta, precio condecanti et, quicquid peregerint, refferant mente sollicita que votivo deducatur complemento, nec mora adsit. Et pro questa fienda deputantur duo ex dominis sindicis, Jo. de Lompnes et Glaudius de Castronovo.

De piscaria Rodani, ut sepisper loquutum est fiat sermo d. vicario qui provideat ut non subsit communitati justa causa querele.

De banchis tollendis vadant d. sindici ad ipsum d. vicarium.

Maria medica requisit ut sibi detur facultas construendi a parte ejus domum equam domui de Bogiaco. Visum fuit, audita relatione Anthonii Lyonardi et Guigonis Prepositi ad hoc deputatorum ita ut requiritur esse fiendum, dummodo et non aliter consensus d. vicarii interverit qui det in mandatis. — (*Expeditum est.*)

(*Thesaurarius.*) — Thesaurarius tradat unum testonum d. officiali

pro sententia per eum lata in favorem communitatis contra relictam Girardi de Fogia.

De vidua conquerente de filio Romani Belloti, vadat ad d. vicarium qui provideat.

(180) *Veneris xxvij marcii.*

Agueineaz, Nanto, de Malodumo, sindici; — Gavid, Versonay, Gachet, de Vaudo, Grossi, Bezansonus, de Castronovo, A. Pecolati, Paquet.

De erragiis receptoris computorum videantur post prandium; visis tradantur thesaurario Johanni de Tulia ad exigendum ad quintum denarium exceptis erragiis Petrimandi de Malodumo, super quibus nichil percipit.

(*Burgensis.*) — Michael Chavanodi, carpentator, de Expagniaco prope Annessiacum, filius Francisci, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis viij ff. — (*Letum est.*)

De Maria medica super ejus domo tradat sibi secretarius duplum ultimi appunctuamenti facti Martis nuper lapsa.

Commictitur thesaurario et Johanni Maliardi constructio et modus construendi muros Corraeterie prope Rodanum et pontis ultra ecclesiam Sancti Gervasii.

De fimis tollendis servetur crida super hoc ultimo facta, actento interventu d. vicarii.

*Eadem die.*

Quatuor sindici; — Braseti, Jo. de Lompnes, Paquet, Jo. de Tulia, Charbonerii, Bezansonus.

Super adventu re. domini nostri episcopi et principis, vadant d. sindici concomitati prout commode et honorifice fieri poterit. Claudantur die sui adventus apotheca et mudentur carrerie.

Cui dentur et fiat presentacio de sex facibus, sex alabastris dragie.

*Martis ultima marcii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Versonay, Lompnes, Gachet, Jo. Grossi, A. Picollat, Consilii, Lingot, Orsieres, Vaudo, Bezansonus, Charbonerii, Maliardi, Gule, Ponte, Vesperis, Paquet, Janini.

(*Thesaurarius.*) — Intrentur thesaurario, pro mundatione veugiorum vigilum, xv g.

(*Thesaurarius.*) — Solvat thesaurarius unum ff. vigilibus pro pena per eos habita penes adventum domini.

Impendatur honor domino nostro episcopo, cui vadant oviam d. sindici usque ad Pontem Areris; et fiat crida pro honore impendendo eques et aliter etc.

(181) *Die Veneris tercia aprilis.*

Quatuor sindici; — Gavid, Gachet, de Castronovo, Orsieres, de Vaudo, Paqueti, A. Picollati.

Fiant cride ne quis incedat per civitatem post ix horam noctis sine candela, sub pena carcerum iij<sup>or</sup> dierum, nec defferat gladium.

Item quod nullus defferat balistam bendatam ut in eadem etc.

Instetur erga dominum pro relaxacione detenti occasione fatuorum et clericorum disceptacionis.

(*Thesaurarius.*) — Fuit conclusum quod Johannes de Tulia, thesaurarius, erragia exigat ad quintum denarium per eum pro ejus pena percipiendum, qui bonam et exactam diligenciam facere teneatur sequente debita satisfacione et computi reddicione, ita quod pro pena ultimorum erragiorum videlicet Petrimandi de Malodumo nichil percipere debeat, cum promissionibus, renunciacionibus et ceteris clausulis opportunis.

Scola traditur in tachium carpentatoribus pro edificio fuste fiendo per thesaurarium, Ja. Paqueti, Johannem Grossi, Petrum Gacheti et Jo. de Lompnes, duosve ex eis aut tres.

Fiant demonstraciones domino ut officarii bene et diligenter sua exercent officia etc.

*Martis vij aprilis.*

Quatuor sindici; — Gavid, Versonay, Gachet, de Castronovo, Janini, Gule, Orsieres, Vaudo, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, Jo. Grossi, Lompnes, Picollat.

(*Vigil.*) — Constituitur vigil Anthonius Laurinodi.

De et super hiis quibus civitas impetitur per re. dominum episcopum et agendis cum eo pretextu pecuniarum quas habere pretendit et sibi

dicit teneri, necnon macelli Longuemale, lingarum et aliorum, fuit conclusum quod quatuor d. sindici super hiis omnibus cum domino concordent, et si opus sit ut res votivo mancipetur effectui, aliquid prout noverint policeantur dominis vicario et magistro hospicii; deinde veniant consilio relaturi, quamcicuius poterit.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de quadraginta florenis thesaurario, quos solvat in deduccionem tachii muri scole Johanni Spatule et Andree Copet, lathomis. — (*Expeditum est.*)

Visitetur murus Mermeti Copet conquerentis de nobili Ludovico Vesperis.

(182) *Veneris x aprilis.*

De Planis, Agueineaz, Nanto, Malodumo, sindici; — Gavid, Versonay, Gachet, de Vaudo, Bezansonus.

(*Thesaurarius.*) — Intrentur xv grossi thesaurario quos solvit Petro Alliodi, pro reparacione xij selliotorum.

Fuerunt lecta capitula tradita per macellarios loci de Versonay, qui remittuntur ad Martis.

*Lune xiiij aprilis.*

De Planis, Agueineaz, Nanto, sindici; — Gavid, Versonay, Vesperis, Liga, de Castronovo, A. Picollat, P. Dorsieres.

Super bocheria Longuemale et petitis per dominum, nichil fuit conclusum sed remittitur cras.

*Martis xiiij aprilis.*

Quatuor sindici; — Gavid, Lompnes, Gachet, Paquet, A. Picollat, Janini, P. Dorsieres, Vaudo, Maliardi, Charbonerii, Jo. Grossi, Gule, Vesperis, Versonay, Lingot, de Castronovo.

(*Mandatum.*) — Solvantur domino Ludovico de Ponte Yndi, ut in rotulo, vij ff. p. p. — (*F. est.*)

Fiat actestacio borgesie<sup>1</sup> qui assertit fuisse perditam.

(*Thesaurarius.*) — Thesaurarius solvat Fratri Predicatori qui sibi herrogantur pro predicacione presentis Kadragesime, xx testoni.

<sup>1</sup> Le nom manque.



Super macello Longuemale et vij<sup>c</sup> ff. quos dominus habere pretendit, fuit conclusum quod quatuor d. sindici vadant ad ipsum dominum cum quo concordent et polliceantur quingentos ff. p. p.

*Martis xxj aprilis.*

De Planis, Agueaz, Nanto, de Malodumo; — Consilii, Gule, Vaudo, Charbonerii, Grossi, Gachet, Paquet, de Castronovo, Janini, A. Picollat, Gavid, Versonay, Lingot.

(183) Venerabiles domini Mermetus Pigneti et de Solario, cannonici, exposuerunt comm[un]itatem teneri venerabili capitulo in ij<sup>c</sup> ff. du trec; item cl ff. etc.

Fuit conclusum quod quatuor d. sindici vadant ad capitulum, deinde ad dominum nostrum episcopum, cum quo pro omnibus, videlicet macello Longuemale et hiis que communitas impetitur per dictum capitulum, concordent ad quingentos florenos p. p. et habeant intercessores re. dominum vicarium et magistrum hospicii, quibus promictant, dummodo res perveniat optatui ut supra et non alias, centum ff. p. p.

*Veneris xxiii<sup>a</sup> aprilis.*

De Planis, Agueaz, Nanto, de Malodumo; — Versonay, de Vaudo, Paquet, Grossi.

Honorabilis vir Johannes de Tulia, thesaurarius, confitetur habuisse manibus prefatorum d. sindicorum centum et xvij licteras burgen- sium etc.

Vigiles faciant bannire quoquinos.

Servatur superius annotatum appunctuamentum super v<sup>c</sup> ff. etc.

*Martis xxvii<sup>a</sup> aprilis.*

De Planis, Agueaz, de Malodumo, de Nanto; — Gavid, Versonay, Vesperis, Jo. de Lompnes, Gachet, Paquet, de Castronovo, A. Pecolat, Janini, Gule, Liga, Orsieres, Vaudo, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, Grossi.

(*Burgensis.*) — Julianus Ricou filius Jacobi, parrochie Sancti Jullini, et nunc parrochie Sancti Germani, macellarius, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p. — (*L. est.*)

(*Burgensis.*) — Ludovicus de Putheo, alias Colombi, de Villario

Taconis in terra Gaii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*L. est.*)

De et super petitis per dominum nostrum episcopum et venerabile capitulum, fuit conclusum quod d. sindici faciant prout eis videbitur erga dominum et capitulum prefatos.

De subsidiis fiat alloquicio cum domino.

Reparetur puteus Burgiforis sumptibus civitatis.

Scribatur domino de Aquis ad quem destinatur Guillelmus Bocardi, vigil, pro restitutione certorum vidimus obtinenda.

(184) *Die secunda maii.*

De Planis, Agueaz, Nanto, de Malodumo; — Jo. de Lompnes, Gachet, Pecollat, Maliardi, Bezansonus Dorerii, Paquet, Gavid, de Castronovo, Lingot, Janini.

Guillelmus Bocardi, rediens a domino de Aquis, retulit quod perquiret vidimus et jura et perquiri faciet, et acceptabile responsum super hoc in brevi faciet.

(*Thesaurarius.*) — Cui solvantur duo floreni pro ejus pena et expensis quatuor dierum, et mandatur thesaurario quod solvat.

(*Episcopus.*) — Prefati d. quatuor sindici retulerunt, vigore potestatis eis attribute, tractasse cum rev. domino nostro episcopo pro bocheria Longuemale cujus emolumenta pro semesse percipiet civitas, ad quatercentum florenos p. p. eidem domino persolvendos; item, pro vij<sup>c</sup> florenis p. p. aliunde debitis dominis de capitulo, ad quatercentum ff.; et ad c ff. pro pena et labore dominorum vicarii et magistri hospicii, videlicet r. domini Amblardi Goieti et nobilis Johannis de Expagniaco, et sic ix<sup>c</sup> ff. p. p.; si vero talia fiat, deducere volunt domini de capitulo c ff.; si vero gabella vini, volunt subiri solutioni prout et seculares in vendicione vini etc.

Quod appunctuamentum supranominati consilarii ratificaverunt et approbaverunt.

Et pro pecuniis habendis teneatur die crastina consilium generale.

*Die Dominico tercia maii.*

Consilium generale in quo aderant: re. d. vicarius d. Amblardus Goyeti; honorabilesque viri quatuor sindici, videlicet Jo. de Planis, Lyo-

nardus Agueaz, Petrus de Nanto et Petrimandus de Maloduno; — necnon Jo. de Lompnes, Ja. Paqueti, Jo. Maliardi, A. Picolati, Ja. de Fonte, Roletus Pribelli, Ludovicus Bastardi, Petrus Magistri Petri, Ste. de Villa, P. Boconis, Michael de Liga, Johannes Politoz, Mermetus Rilliet, Roletus Marchiandi, Bez. Dorerii, Hugoninus de Ponte, Jacobus Carterii, Ge. Vuchardi, Jo. de Paris, Jo. Amyaux, Hugo Bolardi, G. Lulini, Ste. Guidonaz, P. Masuerii, Ja. de Cresto, Glaudius Gavid, Johannes Perreti, Colletus de Cresto, Andreas Blandet, Ludovicus Vesperis, Colletus Ponsilion, Percivalus Mercerii, P. de Versonay, P. Lulini, Petrus de Cruce, Ja. Burgensis, Jo. Fontanelli, P. de Sancto Germano, Geo. Curtilliat, Petrus Cochet, Franciscus Maret, Jo. Furjodi, Panthaleo Vuffrey, Ansermetus de Ponte, Livinus Ballieti, Jo. Bacardi, Roletus de Vignie, Jo. Luc, Jo. Vullier, Glaudius Joly, Glaudius Saubres, Sy. Bugniet, Jo. Macri, Jo. Marchiandi, Nycodus Janini, Nycodus Bochet, Jo. de Leaval, Petrus de Platea, Jo. Chapuisii, Pernodus Vullier, Glaudius Hudrioti, Franciscus Violandi, Marchus Lyasse, Jo. Gautherii, G. Bessonet, Monetis Biolesii, Perrinus de Fontana, Petrus Hospitis, Petrus de Pres, Petrus Rosseti, Glaudius de Castronovo, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Balli, Grasserii, Petrus Gacheti, Ludovicus Juliardi, (185) Jo. Ruphi, Ja. Bondini, Jo. de Paldo, Petrus de Vellis, magister Nycodus Ludovici, Anthonius Lyonardi, Jo. Sapientis, Glaudius Taconis, G. de Quarro, Glaudius Vuandelli, Jo. Grossi, Johannes Calabri, Geor. Patrici, Petrus Borgesii, (Jo. Marchiandi,) Ludovicus Reynaudi, Ja. Belli, P. Prepositi, Ny. Gentilis, Petrus Coponex, Johannes Ginodi, Franciscus de Fogia, Ludovicus Morelli, Meinodus Salterii, G. Dorerii, Ja. Quiblerii, Ja. Mistralis, Jo. Bufflet, P. Perrodi, P. Exertonis, Baudichonus Barberii, Ja. Nepotis, Jo. Frochet, Rolandus Boni, Jo. de Colunges, Luquinus de Pane, Bar. Putodi, Glaudius Marescalli, Amedeus Tornerii, Tho. Torenii, Petrus Berardi, P. Chipelli, Jo. Mantillierii, P. Braseti, P. de Furno, Jo. de Belloexerto, Oddetus Paqueti, Ste. Teste et plerique alii cives et burgenses dicte civitatis, in claustro Sancti Petri ad sonum grosse campane ut moris est congregati.

Expositis oneribus occurrentibus civitati per prefatos d. syndicos organo prefati consindici Johannis de Planis, signanter solucione novies centum ff. superius mencionatorum fienda, construccioneque scole edificari cepte, incumbenturis, ac hospitali pestilencie et plurisque one-

ribus quibus dicta civitas dietim subjacet, ut neminem latet, que impleri sine pecuniis in toto nec in parte non possunt, igitur mente solerti unusquisque ad votum suum prodeat in sui consciencia et quicquid pro pecuniis reperiendis noviter dicat prout sibi videbitur. Qui supranominati particulariter et divisim interrogati, nemine discrepante sed uno voto consenserunt, voluerunt et dixerunt ut unus denarius monete super quarterono singulo venumando vino et quolibet lanerio salis intrante civitatem duo quarti monete imponantur, qui parte civitatis prout d. sindici cum consilio ordinario noverint melius et tucius ad commodum ejusdem civitatis expedire exigantur, precavendo quod ecclesiastici dictum denarium, si contingat eos vendere vinum per se vel alium, persolvant prout prefati d. sindici retulerunt.

Que pecunie tute preserverentur ac exponantur legaliter et probe ad opus dicte civitatis.

(*Gabella.*) — Ibidem existens rev. d. dominus Anthonius Championis, episcopus et princeps Gebenn., premissa rata et grata habuit, et gabellam seu impositionem fecit super vino et quolibet lanerio salis prout supra expressum est, duraturam duntaxat per unum annum proxime incohandum in proximis vindemiis, quam primum continget vinum novum hanc civitatem seu ejus suburbia intrari et vendi<sup>1</sup>.

(186) *Die Martis v<sup>ta</sup> maii.*

Quatuor sindici; — Vesperis, Jo. de Lompnes, Gachet, Peyrolerii, Paquet, de Castronovo, A. Picolat, Charbonerii, Bezansonus Dorerii, Ponte, Maliardi, Vaudo, Jo. Grossi, Gule, Janini, Versonay.

Fiant demonstraciones domino ut instet prout de sua re erga dominam ne pretextu subsidiorum cogamur prout nec decet.

(*Substitutio procuratorum.*) — Prefati d. sindici substituerunt procuratores Johannem Garneronis et alios; et mictatur copia eidem Garneronis per Paqueti. — (*Lum est.*)

Fiat instantia erga dominum officialem super relaxacione Aymonis Chalanelli.

<sup>1</sup> Par deux actes du 26 avril l'évêque autorise : 1° l'établissement d'une boucherie à Longemalle et 2° la création d'une gabelle sur le vin et sur le sel (Arch. de Genève, P. H., nos 791 et 792).



Instent d. sindici erga dominum ut scribat domino Aurace super marcha.

(*Burgensis.*) — Johannes Frumenti alias Cohetaz filius Johanneti, d'Arbusignie, macellarius, fuit creatus burgensis mediantibus x ff. p. p. — (*Letum est.*)

Fuerunt lecta capitula et ordinationes hospitalis pestilencie que serventur.

De pecuniis commodatis, ut dicitur, per dominum de Brandil, superdeatur usque fiat peticio per ipsum etc.

*Die Martis xij maii.*

De Planis, Agueaz, consindici; — Gavid, Vesperis, Gachet, Peyrolerii, de Castronovo, Pecolat, Janini, Ay. de Liga, Orsieres, de Vaudo, Maliardi, Bezansonus, Jo. Grossi, Charbonerii, Jo. de Lonnes, Paquet.

(*Assignaciones.*) — Fiat assignacio honorabilibus viris Henrico Emerici de ij<sup>c</sup> ff. p. p., Percivallo Peyrolerii de c ff., Janino de Mara c ff., Martino Belloti c ff., Anz. Hugonis l ff., Michaeli Nergaz xxx ff., Johanni Balli xxv ff. et aliis per eos mutuo concessis communitati et expeditis r. d. nostro episcopo de et super emolumentis gabelle vini et salis novissime impositae, et aliis emolumentis, mandando receptori etc. — (*Expedita sunt mandata.*)

Fiat visitacio bocherie et excorcherie Longuemale pro scannis et escorcheria prout melius noverint fiendis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum intrandi receptori contenta in rotulo xxxvj ff., vij d., obolum. — (*Expeditum.*)

Pro scola edificio fuste construenda committitur receptori, Jo. de Lompnes, Johanni Grossi et Jacobo Paqueti.

P. Floret fiat demonstracio de verbis per eum indebite prolatis.

(187) *Die Jovis xiiij maii.*

Lyonardus Agueaz, P. de Nanto; — d. vicedompnus Mermetus de Mandallaz, Jo. de Lompnes, Vesperis, A. Gule, Paqueti, Ponte, de Castronovo, Bez. Dorerii, Peyrolerii, Gavid, Picollat, Orsieres, Lingot.

Nobilis Nyclos Grofrico, lator lictere dominorum Berny, suam exposuit credenciam nonnullos suos properari ad guerram, aliquos auxilio illu. domini ducis Orliani et alios Mediolan[ensis], quos domini Ber-

nenses divertere volunt, cum nulla licencia obtenta accedant<sup>1</sup>. Et est unus ipsorum quem capi facere intendunt, requirentes ut eis simus favori. Fuit conclusum ut vadant d. sindici ad d. vicarium cui hec patefaciant, deinde faciant prout videbitur eque faciendum. Ad quem d. vicarium accesserunt d. vicedompnus, Jo. de Planis, Lyonardus Agueaz et P. de Nanto, cui dictam exposuerunt credenciam et secundum casus exigenciam providebitur requisicioni ipsius lictere latoris.

*Die Veneris xv maii.*

Quatuor sindici; — Peyrolerii, de Castronovo, Paqueti, A. Picolat, B. de Sancto Michaele, P. d'Orsieres, de Vaudo, Bez. Dorerii, Ponte, de Liga.

Fuit constitutus et ordinatus ven. d. Guillelmus Magnini, de Logra, coadjutor moderno rectori hospitalis pestilencialis, de quo providebitur quamprimum cavere se ingererit pre cunctis aliis.

(*Confessio l ff.*) — A quo Hugoninus de Ponte habere confitetur quinquaginta florenos p. p., quos sibi promittit restituere ad sui primam requestam etc.

Percipiet idem dominus, durante peste, iiij<sup>or</sup> ff. pro singulo mense.

Egregius Johannes de Planis, consindicus, loco sui substituit Girardum de Vaudo etc.

Mandetur super facto Amblardi de Vegie et Ludovici Festi<sup>2</sup> ad d. nostrum episcopum Guillelmus Bocardi, vigil, cum licteris opportunis, qui afferat provisionem.

Super agendis in hospitali providetur de de Ponte et Paqueti.

Jacobus Paqueti, procurator pissidis Animarum Purgatorii, convenit mutuare l ff. pro succurrendis negociis hospitalis pestilencialis etc., qui sibi assignentur et solvantur.

*Martis xix maii.*

De Planis, Agueaz, Nanto; — Prepositi, Gachet, Paquet, Pecollat, Grossi, Jo. de Lonnes, de Sancto Michaele, Vaudo, Ponte, Charbonerii, Janini.

<sup>1</sup> Sur la politique de neutralité de Berne dans la guerre d'Italie provoquée par l'expédition de Charles VIII, voir *Die Berner-Chronik des Valerius Anselm*, t. II (Berne, 1886), p. 21.

<sup>2</sup> Arch. de Genève, *Procès criminels*, II<sup>e</sup> série, no 53.

Fuerunt lecte lictere assignacionis facte hiis qui concesserunt et, quictancia facta per d. nostrum episcopum de viij<sup>c</sup> ff., quas tanquam bene factas approbaverunt.

(188) *Die Veneris xxij maii.*

De Planis, Aguneaz, de Nanto; — Gachet, Peyrolerii, Paquet, de Castronovo, Orsieres, Vaudo, Pecolat, Grossi.

Exhibite fuerunt certe lictere destinate per nuncium parte domini d'Oron passus quingentorum pro nunc gencium armorum properancium ad Pugiam auxilio domini Orliani.

Thesaurario quod solvat Michaeli Lyonardi, vigili, unum ff. pro pena per eum substenta erga dominum de Aquis pro certis vidimus habendis.

*Martis xxvj maii.*

De Planis, de Nanto, de Malodumo; — Orsieres, Vaudo, Ponte, Paquet, Grossi, de Castronovo, Charbonerii, Gachet, de Sancto Michaeli, Jo. de Lompnes, de Liga, Bezansonus.

Aymarus de Maladeria, alias Joly, obtulit se remissurum quicquid juris habet in domo dummodo sibi aliquid donetur.

Interrogatus si sit heres ejus condam patris, dicit et respondet quod non vult esse heres nisi cum beneficio inventarii || pro parte sibi contingente || et l. cum foret sibi nociva, presentibus Jo. Novelli, Michaeli Lyonardi.

Prohibeantur stuphe hinc ad proximum festum beati Michaelis, excepto Petro qui teneat durantibus nundenis.

Johannes de Putheo scripsit in favorem dicte Aquinaz ut mictantur pecunie pro causa prosequenda. Mictantur duo ff. eidem cui scribatur in favorem dicte Aquinaz.

Thesaurario quod tradat Petriquino Ciclati in helemosinam duos ff. (*Domus Joly.*) — Dentur supranominato Aymar Joly quinque ff., qui remictat jura domus nomine suo et aliorum suorum nepotum.

Dictus Gay satisfaciatur de borgesia sui filii condam.

(*Mandatum.*) — Solvantur Guillelmo Bocardi, vigili, iij ff. pro pena pro licteris per eum ultramontes delatis.

*Veneris xxix maii.*

De Planis, Nanto, Malodumo; — Paquet, Vaudo, Bezansonus, Jo. de Lompnes, Liga.

Lecte fuerunt lictere misse per dominum contra Veigie et Festi et mictantur mictende domino principi Auraicie et domino Sancti Glaudii. Recepte fuerunt lictere patentes captionales.

(*Domus Joly.*) — Ultra quinque ff. donatos Aymar Joly, ut in precedenti consilio, elargiantur duo ff. mediantibus vij ff. quos thesaurarius solvat, quibus mediantibus suo et ejus consortium nominibus quictanciam facere debeat, quam fecit ut sequitur.

(*Domus Joly remissio.*) — Idem Aymar, suo et Henrici et Johannis ac Francisci Joly nominibus, remisit civitati omnia jura que habent in domo dicti Joly, edocens de procuracione et de rato promictit, presentibus Michaeli Lyonardi et Gringaudi, mediantibus vij ff. habitis.

*Martis ijda junii.*

De Planis, Nanto; — Prepositi, Gachet, Paquet, Lompnes, de Castronovo, Gule, Liga, Orsieres, Vaudo, Ponte, Bezansonus.

(189) Super exequucione licterarum dominicalium contra Veigie et Ludovicum Festi, mandentur exequucioni et fiant copie.

Super vendicione carniū fiant cride : bovinales iij d. cum obolo, muthonales ad vj d. vendantur usque ad proximum festum sancti Andree.

Receptor exigat salaria banchorum Longuemale certa remissione (?) facta per dominum, quibus fiant admodiaciones.

*Die Veneris v junii.*

De Planis, Nanto, de Malodumo; — Paquet, Gachet, de Sancto Michaeli, Lingot, de Vaudo, Bezansonus.

Scribatur re. domino nostro episcopo super licteris delatis per dominum Auraice et r. d. abbatem Sancti Glaudii contra Festi et Vegie.

(*Burgensis.*) — Gabriel Regis du Fein, parrochie de Neydens, carpentator, fuit creatus burgensis, mediantibus octo ff. p. p. — Deinde vigil.



*Martis ix junii.*

Aguineaz, de Malodumo, Nanto; — Peyrolerii, Paquet, Gachet, Grossi, Janini, Maliardi, Vaudo, Ponte, de Sancto Michaelae, Gule, Bezansonus, Versonay, Vesperis.

De domino Ludovico Grandi qui cum infectis epidimie se imiscet fiat verbum d. vicario.

Nichil pro nunc elargiatur magistro scole.

(*Thesaurarius.*) — Receptor solvat Guillelmo Bocardi, vigilli, pro accessu suo et regressu pro negociis civitatis ultramontes ad dominum et ad partes Burgundie d. Auraice, ad rationem vj gr. pro singulo die et ultra unum ff.; sunt xvij dies, xij ultramontes et vj Burgundie. — (*Expeditum est.*)

*Veneris xij junii.*

Aguineaz, de Malodumo, P. Nanto; — Gachet, Peyrolerii, de Castronovo, Jo. Grossi, Vaudo, Paquet, Bezansonus, Maliardi.

Super facto macellariorum Longuemale comparentious Ludovico Durandi, Petro Mercerii.....

(190) *Die Martis xvj junii.*

Quatuor sindici; — Gachet, Peyrolerii, Paquet, Sancto Michaelae, Orsieres, Vaudo, Maliardi, Ponte, Janini, Bezansonus, de Castronovo, Gule, Grossi, Lompnes.

Scribatur sindicis Annessiaci pro Bastiano Belli.

(*Receptor solvat xij ff.*) — Nobilis Ludovicus Ogerii, nepos domini de Brandil, exhibuit licteras clausas domini de Brandil cum copia licterarum imperatoris super marcha Grivel, qui dominus de Brandil, ut reffert idem Ludovicus, tradidit secretario ipsius imperatoris xij ff. renenses quos petit, qui sibi solvantur.

Exhibuit idem ipse unam licteram clausam emanantem ab imperatore ad i. dominum Araice, que eidem mictatur per ipsum Ludovicum, cui dentur quatuor testoni si acceptat mictere.

Datur potestas quatuor sindicis ordinandi modum construendi scoria-toriam sumptibus civitatis.

Receptor solvat v g. pro foliis Michaeli Lyonardi, Festi etc.

*Martis xxiiij junii.*

Quatuor sindici; — Vaudo, Maliardi, Ponte, Dorerii, Gule, Braseti, Peyrolerii, Paquet, de Castronovo, Janini, Grossi, Lingot.

Sumantur informaciones contra d. Ludovicum Sapientis.

Claudantur hospitalia.

(191) *Veneris xxvj junii.*

Planis, Agueineaz, Nanto, Malodumo; — de Sancto Michaelae, Vaudo, Maliardi, de Castronovo, B. Dorerii, Grossi, de Liga.

Exhibite fuerunt certe lictere i. domini principis Auraice pro Ludovico Festi, quibus perlectis fuit ordinatum magistrum Gladium de Castronovo fore destinandum ad ipsum dominum cum licteris et instruccionibus, qui tradat secretario ipsius domini pro licteris fiendis quod sibi ipsi Gladio videbitur.

*Martis ultima junii.*

Quatuor sindici; — Lompnes, Vaudo, Maliardi, Ponte, Bezansonus, de Castronovo, de Liga, Gule, Grossi, Janini, Paqueti.

Re. d. episcopus misit suas licteras, cum licteris se. regis Romanorum concernentibus Ludovicum Festi et marcham Grivelli, destinandas; ordinatum est Gladium de Castronovo ad d. principem Oraice cum licteris et instruccionibus<sup>1</sup> et copia dictarum licterarum.

*Die Mercuri prima julli.*

Quatuor sindici; — Gavid, Paquet, Ponte, Gule, Liga, Bezansonus, Charbonerii, Bernardus Rustiquelli, Grossi, de Borjali, Braseti, de Sancto Michaelae.

Super ut fertur decessu B. M. domini nostri episcopi, fuit ordinatum dominos syndicos ad dominos de capitulo, a quibus sciscituri quid sit agendum. — (*Decessit d. episcopus die Lune nuper lapsa penultima junii.*)

Et requirant dominos de capitulo ut postulare velint illu. filium domini Breissie, ad quos accesserunt; in capitulo aderant d. prepositus, Charanzonay, Greyres, de Croseto, Pigneti, de Viriaco, Lornay, et requisierunt humili prece in favorem prefati illu. filii domini Breissie.

<sup>1</sup> Arch. de Genève, P. H., n° 797 bis; — voir aussi n° 795 bis.

*Die Jovis 2 jullii*, in aula Fratrum Minorum.

Sindici; — Emery, Gavid, Maliardi, Bezansonus, Ponte, Paquet, Liga, Lompnes, de Sancto Michaele, Rustiquelli.

(*D. episcopi.*) — Fuit ordinatum quod d. sindici vadant ad i. d. bastardum Breissie, cui dicant fuisse heri ad dominos de capitulo ut scirent aliquid de decessu domini episcopi, et eidem se offerant circa episcopatum illu. domino Breissie et ejus filio in possibilibus obsequi.

Quod et fecerunt relatu d. consindicorum de Planis, Nanto et de Malodumo.

(192) *Veneris 3 jullii.*

De Planis, Nanto, Malodumo; — de Sancto Michaele, Orsieres, de Vaudo, Bezansonus, Liga, Janini.

De bonis d. episcopi ne dilapidentur nulla pro nunc fiat mencio, licet n. Jo. de Espagniaco super hoc intercesserit.

(*D. episcopi.*) — Eadem die in domo d. vicedompni, in qua aderant idem d. vicedompnus necnon vocati quatuor sindici, necnon Jo. de Lompnes, Li[n]goti, B. de Sancto Michaele, Paquet et Janini.

Spectabilis Marcossey, magister hospicii ducalis, exhibuit certas illu. domine nostre duchisse credenciales licteras<sup>1</sup>, et exposuit dominum nostrum episcopum migrasse ab hoc seculo Lune nuper lapsa, ob quod desiderio desiderat prefata domina illu. filium domini Breissie fungi episcopali Gebenn. dygnitate, rogando ea de re mandat ut ipsi d. sindici sint circa hec in possibilibus auxilio et favori. Qui d. sindici se obtulerunt eidem domine nostre in hiis et cunctis possibilibus complacere et obsequi.

Ibidem perlecte fuerunt commissionis potestatisque lictere dicto magistro hospicii per dominam collate de reducendo episcopatum ad manus ducales.

*Die Lune vj jullii.*

Sindici; — Maliardi, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, de Castro Novo, Paqueti, Grossi, Janini, Braseti, B. Rustiquelli.

<sup>1</sup> Turin, 29 juin, Arch. de Genève, P. H., n° 767; impr. dans J.-A. Galiffe, *Matériaux pour l'histoire de Genève*, t. I, p. 356. — Voir J.-A. Gautier, *Histoire de Genève*, t. I, p. 451.

(*D. episcopi.*) — Recepte fuerunt lictere i. domini Breissie in favorem illu. domini ejus filii pro episcopatu obtinendo<sup>1</sup>, cui fuit data scripto responsio, et super hoc fuit auditus n. Thomas Hospitis, dicte lictere lator.

Glaudius de Castronovo, reversus ab i. domino principe Oraice, suam fecit relacionem ipsum dominum non passurum pretextu alicujus marche, instantibus Ludovico Festi et Grivelli, fieri violenciam aut molestiam Gebenn. etc.

*Martis vij jullii.*

Sindici; — Vaudo, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Liga, Gule, Braseti, Grossi, Paquet, de Castronovo, Janini, de Sancto Michaele, Vesperis, Rustiquelli.

De linguis, super quarum exactione domini de capitulo instare volunt, fiat resistencia possibilis et fiat demonstratio super hoc dominis de capitulo.

Glaudius Taconis nullathenus se intromictat de exactione ipsarum lingarum, cui fiat demonstratio super hoc cujus sit suspectus.

Compellantur macellarii Longuemale ad solvendum erragia, maxime Roletus de Gerdili.

Vocatis in consilio et existentibus coram prefatis d. sindicis et consilibus Philiberto Bertellerii, Nerga, Ludovico Teste et P. Perrotini, ex una parte, et Petro Lamberti ac dicto Paisan ex alia parte, fuerunt interrogati parte consilii per nobilem Jo. de Planis si velint concordare; qui Lamberti respondit quod sic, alii vero tacuerunt.

Fuit eis inhibitum sub pena indignacionis et in franchesiis comprehensa ne procedant ad opus facti, nec gladios defferant offensibiles, asserens idem de Planis ita dicendi habere in mandatis a d. vicariis.

(193) *Die Veneris x jullii.*

Aguineaz, Nanto; — Vaudo, Paqueti, de Castronovo.

Fuit inhibitum Petro Chapuisii, vigili, sub privacione sui officii et

<sup>1</sup> « Sextre », 1<sup>er</sup> juillet, Arch. de Genève, P. H., n° 665; impr. dans J.-A. Galiffe, *ouvrage cité*, t. I, p. 306.



juratis ne conversare aut aliter quoquomodo inhabitare audeat cum Ludovica, uxore<sup>1</sup>, ejus commatre.

Fuit requisitus venerabilis d. Johannes, curatus de Cholex, ut anti-tectum domini de Brandil domus sue site in Molari reparare debeat ne quid sinistrum contingat.

*Martis xiiij jullii.*

Aguineaz, de Malodumo, P. Nanto; — de Sancto Michaeli, Vaudo, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Gule, de Castronovo, Paqueti, Charbonerii, Janini, Vesperis.

Fuit inhibitum Glaudio Taconis ne se imisceat quoquomodo de negociis communis hujus civitatis, et ut perpenderunt d. sindici relatu Roleti de Gerdili, convenit sue borgesie.

Dominus de Brandil petit sibi solvi xij ff. renenses, quos pro una disploide veluti tradidit secretario se. imperatoris. Fuit conclusum quod solvantur.

*Martis xxj jullii.*

Nanto, Malodumo; — de Sancto Michaeli, Vaudo, Ponte, Bezansonus, Gule, Paqueti, de Castronovo, Grossi, Janini, Prepositi, Braseti, Maliardi.

Illu. domina nostra suis licteris<sup>2</sup> insinuandum duxerit ut dum tempus affuerit jura contra Ludovicum Festi sunt parata in jornata notificanda.

De infante qui dicitur Henrici Folioux sibi per ejus ancillam donati et moritur fame, instent contra eum d. sindici recepturum infantem.

De prebitero Sancti Germani qui inhumari fecit unam filiam diu (?) peste deffunctam in cimisterio Sancti Germani, conquestus fiat d. vicario.

De conductibus carriere Riparie, visitentur.

De d. Petro non vadat per civitatem.

(194) *Martis xxviiij jullii.*

Nanto, Malodumo; — de Vaudo, Maliardi, Paquet, Bezansonus, Gule, de Castronovo, Janini, Grossi, de Sancto Michaeli, Ponte.

<sup>1</sup> Le nom manque.

<sup>2</sup> Turin, 3 juillet, Arch. de Genève, P. H., n° 767; impr. dans J.-A. Galiffe, *Matériaux pour l'histoire de Genève*, t. I, p. 355.

Fiat instanciis possibilibus erga officarios spirituales et temporales ut accipiat infantem sibi donatum ex dampnato cohitu etc., et educat; et quia est absens tradatur alicui sumptibus dicti Folioux.

*Veneris ultima jullii.*

Nanto, Malodumo; — Lompnes, Paquet, de Castronovo, Maliardi, Grossi.

Compellatur Roletus de Gerdili ad solvendum xv ff.

Fiat lictera in favorem filii Mestrote, religiosi (Mestrote), domino abbati Atanatensi ut providere dignetur de prima prebenda vacatura in monasterio Sancti Johannis.

De Folioux qui injuriam intulit domino sindico de Nanto, fiat verbum domino vicario.

Eciam de Troterel.

*Die Martis quarta augusti.*

Nanto, Malodumo; — de Sancto Michaeli, Vaudo, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Janini, Gule, Charbonerii, Paqueti, Grossi, de Castronovo, Prepositi.

Aymo Troterel inquietari dicit pretextu certorum verborum per eum inhoneste de Lyonardo Agueaz prolatorum; supersedetur quousque fuerit aliud appunctuatum.

(*Mandatum.*) — Instent d. sindici satisfieri Guillelmo Bocardi super eo quod recepit, ut dicitur, naturalem filium Henrici Folioux educandum, de mandato eorundem sindicorum, per dictum Folioux, de iiiij<sup>or</sup> ff.; quod si facere renuat, thesaurarius solvat. — (*Expeditum est.*)

*Veneris vij augusti.*

Nanto, de Malodumo; — Paqueti, Ponte, Bezansonus, de Castronovo, Grossi.

Super injuriis prolatis per Folioux remictitur ad Martis proximam.

(195) *Martis xj augusti.*

De Planis, Nanto, de Malodumo; — de Sancto Michaeli, de Vaudo, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, Gule, Peyrolerii, Paqueti, Pecollat, Grossi, Janini, de Castronovo.

Fuit lecta lictera domini Breissie cui scribatur<sup>1</sup>.

Intrentur thesaurario sex faces donatas in sepelimento Lyonardi Agueineaz, consindici.

Supersedeatur a creacione unius sindici donec post proximum festum beati Michaelis.

De conductu carrerie Domine Nostre committitur domino sindico de Malodumo.

De Foliosii super injuria per eum illata d. sindico de Nanto, prosequatur prout fuerit consultum in forma juris.

De blado fuit demonstracio facta Varamberti, et ulterius...

*Die Martis xvij augusti.*

Nanto, de Malodumo; — Peyrolerii, Paqueti, Bernardi, de Sancto Michaeli, Ponte, Bezansonus, Janini, Grossi, Gule.

Scribatur Johanni de Putho in favorem cause Collete Aquine quoniam bona sibi fiat satisfacio etc.

Fuit lectus libellus contra Foliosii qui bene esse videtur.

De conductu committitur d. sindico de Malodumo.

(*Firma.*) — Traditur platea Sancti Gervasii usque ad mensem maii proximum Girardo de Vaudo pro duobus ff. p. p.

Accipiantur pecunie pro hospitali pestilenciali a Johanne Maliardi cui fiat restitucio.

Perfectio scole committitur thesaurario.

*Die Martis xxv augusti.*

Planis, Nanto, Malodumo; — Lompnes, Grossi, Janini, Michaeli, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, Peyrolerii, Paqueti, Braseti, Gule.

(*Thesaurario.*) — Solvat thesaurarius magistro Petro de Vitello pro verreriis per eum reparatis j ff.

(*Burgensis.*) — Peter Schombert, magister stupharum, de Grissiney, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff. — (*L. est.*)

(196) Decessu Lyonardi Agueineaz loco sui constituatur unus syndicus Dominico proxima in consilio generali.

<sup>1</sup> Turin, 8 août, Arch. de Genève, P. H., n° 665; impr. dans J.-A. Galiffe, *ouvrage cité*, p. 307.

Super gabella fiat consultacio cum dominis de capitulo.

*Die Dominico penultima augusti.*

(*Creacio consindici.*) — Fuit constitutus in consilio generali consindicus hujus civitatis, ad sonum magne campane et voce cride, ut moris est, vir utique honorabilis Glaudius de Castronovo, in quo aderant subscripti tam consindici civesque et burgenses, ob decessum Lyonardi Agueineaz :

Jo. de Planis, P. de Nanto, de Malodumo, consindici; — Petrus Charbonerii, Jo. de Fontana, Jo. Pilliodi, P. Masuerii, Jo. Valleti, Michael Bernardi, Ja. Nepotis, Anz. Cachevanderiz, Bezansonus Dorerii, Ludovicus Brant, A. Pillizon, Jo. Vuaruz, Glaudius Molaton, Jo. Picardeti, Franciscus de Leamont, Ste. Guidenaz, G. de Quarro, P. Rosseti, Jo. Ballon, Philibertus Davenex, Ay. de Bosco, Jo. de Leone, Hugon. Bocardi, Jo. Mantillierii, Perretus de Sala, P. Tornerii, Jo. Porreti, Ja. Paquet, A. Julliardi, A. Bolliet, Girardus Vuchardi, Jo. Moche, G. Folli, Roletus de Gerdili, Jo. Frochet, Jo. Bocardi, Jo. Fabri, Jo. de Paris, Jo. Berlioz, A. Furjodi, Jo. Coqueti, Ja. de Soex.

Domus Joly expediatur in albergamentum plus offerenti sub censu seu servicio dari solito.

*Die Martis prima septembris.*

Planis, Nanto, de Malodumo, de Castronovo; — de Sancto Michaeli, Ponte, Bezansonus, Paquet, Charbonerii, Rustiquelli, Prepositi, Jo. de Lompnes, Janini, Grossi.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de solvendo magistro Jacobo Quiblerii, ut in rotulo, xxv ff. i g. ij quartos. — (*Expeditum.*)

(*Custos vinearum.*) — Johannes de Maglanis prestitit juramentum super custodia vinearum.

De Folioux super injuria per eum illata domino sindico de Nanto, qui peccit quatenus comperiat delinquisse sibi indulgeri, fuit conclusum ut stet summarie ordinacioni d. officialis coram quo causa pendet, vocato domino Mermeto Penneti. Et ita promisit.

Egregius Johannes Grossi, interveniente consensu egregii Jo. de Tulia, thesaurarii, constituitur vicethesaurarius.

Super facto Johannis de Villario, de Flandria, non procedat ulterio-



ribus insolenciis, non bibat vinum de octo diebus; si secus faciat, bampnietur.

Super gabella fiat consultacio cum dominis de capitulo.

*Veneris quarta septembris.*

Quatuor syndici; — Gule, Grossi, Rustiquelli.

D. syndicus de Planis patefecit super certa diffidencia per Lucernenses exhibicione certarum licterarum.

(197) *Die Mercuri [Lune] vij septembris.*

Nanto, Malodumo, Castronovo; — Maliardi, Bezansonus, Janini, Grossi.

Bartholomeus Lupi, Johannes Rudel, And... Aux, de Seduno, dixerunt heri fuisse aggressos super mandamento Galiardi per. d. Boverii, vicecastellanum ipsius loci, manu apposita ad frenum equi ipsius Bartholomei.

Duo Mediolanenses dicunt in loco Nerniaci fuisse per dominum ipsius loci compositos ad xij ff. p. p. An sit scribendum magnifico consilio Chamberiaci, fiat consultacio cum dominis de capitulo.

*Martis viij septembris.*

Quatuor syndici; — B. de Sancto Michaeli, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Gule, Paquet, Peyrolerii, Prepositi, Grossi.

Ordinatum fuit, actento consensu ven. capituli, gabellam salis et vini die crastina mane esse cridendam, de quorum dominorum de capitulo consensu prefati d. syndici refferunt.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Maliardi per eum mutuo concessis de pecuniis confratrie Sancti Yvonis de ...<sup>1</sup>

Super insolenciis illatis mercatoribus forensibus venientibus ad nundenas in locis Aquiani, Nerniaci, Chillionis et Galiardi scribatur illu. domino Bressie et magnifico consilio Chamberiaci residenti, ad quos destinentur.

*Die Veneris xj septembris.*

Quatuor syndici; — Prepositi, Maliardi, Paquet, Bezansonus, A. Picolat, Peyrolerii.

<sup>1</sup> La fin manque.

(*Burgensis.*) — Nobilis Michael de Fernay, de eodem, fuit creatus burgensis medianibus x ff. p. p. — (*L. est.*)

Super facto nundenarum scribatur illu. domine duchisse, domino Breissie et de Brandil.

Johannes de Leone, vinaterius Burgiforis, Jo. Ducis, Lud. Curtet, Andreas Copet, Ay. Cugniet, Andreas Bertellion, Glaudius Thoreni, Jo. Nicodi de Villa[mag]na, Ja. Varoux, Jacobus de Fontana barbitonsor, Petrus Masuerii conreator, Peter magister stupharum, Philibertus Davenex, Petrus Vuyton, Glaudius Vidat, Glaudius Desie, Berthodus Gaux, Glaudius Bochet, Jo. Picardi, Amedeus Garenti, Jo. de Thonon, Ste. Guidenaz, Glaudius Pilliodi, Petrus de Genesta, P. Daguini, Hugoninus de Nanto marescallus.

Qui supranominati, organo Johannis de Leone, vinaterii Burgiforis, dixerunt nolle habere gabellam vini sed volebant ut imponantur cuilibet bosseto sex grossi ultra tres grossos pro introgio exigi solitos, consimilibus verbis: *nous voulons!*

Presentibus in premissis nobili Mermeto de Mandellaz, locumtenente d. vicedompni, et Ste. Picellot, vicesgerente.

(198) *Martis xv septembris.*

Quatuor syndici; — Braseti, Lompnes, Prepositi, Peyrolerii, Jo. Grossi, Gule, Bezansonus, Paqueti, Charbonerii, A. Picolati.

Super gabella salis et vini proclametur, et vadant d. syndici ad dominos de capitulo quibus exponant forefacta per nonnullos qui conventiculum fecerunt. — (*xv<sup>o</sup> lxx ff.; ij<sup>o</sup> xl ff.*)

*Martis xxij septembris.*

Quatuor syndici; — Peyrolerii, Paquet, Janini, Ponte, Maliardi, Bezansonus, Gule, Prepositi, Braseti, Grossi, Lompnes, P. Charbonerii.

Scribatur in favorem d. de Malvanda ut constituatur vicarius.

De thesaurario remicatur ad Veneris an debeat alius constitui si modernus non possit vacare.

(*Mandatum.*) — Solvantur vigilibus, pro cimbalo pulsato et pena et labore aliunde substentis, xij ff. : pro cimbalo x, pro alio labore duo. —

(*Expeditum est.*)

Nullus vendere audeat vinum novum ultra vj d. et ita cridetur.

(Mandatum.) — Solvat thesaurarius, pro salario domus scole, x ff. magistro scholarum. — (Expeditum est.)

De gabella cridetur hodie et crastina die, (die) qua die plus offerenti expediatur 2<sup>a</sup> hora. Omnes consilarii ibidem interesse debeant sub pena privationis.

Die Mercuri xxij septembris, hora tertia post meridiem, in claustro Sancti Petri, in quo aderant : quatuor syndici; — necnon Braseti, Jo. de Lompnes, Hugoninus de Ponte, Janini, A. Picollati, Prepositi, Jo. Grossi, Rustiquelli, P. Charbonerii, consilarii; — et ulterius Jo. Novelli, G. Joly, Girardus Veluti, Glaudius Vandelli, P. Darloz, P. Navis, Biolesii clericus, H. de Nanto, Jo. Berlioz, P. de Furno, A. Milanessii.

(Gabella.) — Honorabilis vir Anthonius Pecollati, burgensis et mercator Gebenn., tanquam plus offerens, factis cridis per Johannem Fontanelli, preconem, candela cereae incensa ut moris est, daturum se obtulit de gabella vini xvjc et xl ff. p. p.; et de gabella salis marini tercentum et quinque ff. p. p. Qui fuit remissus per dictos d. syndicos ad Martis proximam in consilio ordinario compariturus etc. Summa xixc xlv ff.

Veneris xxv septembris.

Quatuor syndici; — Lompnes, Peyrolerii, Maliardi, Janini, Charbonerii. (199) De gabella remictitur ad Martis.

Sabati xxvj septembris.

Quatuor syndici; — d. magistri computorum n. Tho. de Geben. (?), Jo. de Lompnes, Lyonardi, Peyrolerii, Paqueti, Grossi, Janini, Bezansonus, Charbonerii, A. Picollati, Gule, Rustiquelli, P. Tacon.

Simon Felix exposuit sicuti certi mercatores peroptant venire et frequentare nundenas hujus civitatis dummodo habeant tutum itum et recessum, signanter Florentini ab Alamanis.

Fuit ordinatum ut fiant lictere ad dominos Berny et Friburgi et alibi si opus sit, qui habeant rem comendatam.

Martis penultima septembris.

Quatuor syndici; — Lompnes, Peyrolerii, Paquet, Grossi, Janini, Charbonerii, Gule, A. Picollati, Braseti, Bezansonus, Maliardi.

Quia Johannes Lupi daturum se obtulit de cabella vini et salis (se daturum) xxjc flor. augmentando ipsam gabellam nec quicquam exigere in portu; eciam quia Petrus Navis, dum cridaretur in claustro candela incensa se erexit et ad Anthonium Picollat sedentem, qui daturum se obtulerat de gabella vini xvjc xl ff. et de gabella salis iijc et v ff., accessit, quem alloquutu[s] est submissa voce, quo idem Anthonius ex post offerre cessavit, quo fit ut magna censeatur suspicio et dampnum illatum.

Fuit conclusum quod si dictus Anthonius daturum se offerat xxjc florenos p. p., quod sibi pre ceteris expediatur et nichil solvatur de vino emendo in portu.

Tandem idem Anthonius Pecollati daturum se obtulit de dicta gabella vini et salis viginti unum centum florenos p. p., nec exigere gabellam de vino in portu existenti nisi post vendatur.

Qua oblacione facta, prenominati d. syndici unanimes dictam gabellam vini et salis eidem Anthonio expediverunt pro et mediantibus dictis viginti uno centum florenis, ita quod nichil prout supra de venum dando vino in portu exigere debeat, per eum solvendis in proximo festo Nativitatis Domini quartam partem; item quartam partem in festo Pasche proximo; in festo beati Johannis Baptiste, et residuum in sequenti festo beati Michaelis; cum honore et onere, omni condicione postposita et abjecta; qui cavere ydonee teneatur; presentibus quibus supra. Et fiat die crastina instrumentum amplum etc. — (Registratum est alibi.)

(Instrumentum gabelle.) — Anno Domini m<sup>o</sup> iijc lxxxxv<sup>to</sup>, indicione xiiij, et die ultima septembris, in ecclesia Sancti Petri Gebenn., presentibus re. domino Johanne de Lornay, vicario generali, sede episcopali vacante, necnon honorabilibus viris Petro Braseti, Johanne Grossi, Guillelmo Bocardi, honorabiles viri Johannes de Planis, Petrus de Nanto, Petremandus de Malodumo et Glaudius de Castronovo, syndici civitatis Gebenn., nomine et vice ipsius civitatis admodiant et in admodiacionem tradunt, solennitatibus in talibus opportunis et solitis interventis, honorabili viro Anthonio Pecolati, civi Gebenn., presenti etc., gabellam vini et salis, ad rationem duorum grossorum (200) pro quolibet sextario vini et duorum quartorum monete pro quolibet lanerio salis, prout lictere dominicales super hoc concesse refferunt, ad et per unum annum proximum die crastina incohandum et simili die anno



prius revoluto finiendum venummandis, excepto vino qui super Lacum adducetur in portu, quod post, dum vendi contingerit, gabellari debeat; cum honore et onere, omni condicione semota, sub firma per ipsum Anthonium ultimo dari oblata, videlicet viginti unius centum florenorum p. p. per eum solvendorum quatuor terminis, videlicet infra proximum festum Nativitatis Domini, Pasche, sancti Johannis Baptiste et sancti Michaelis, quolibet termino, videlicet in primo quingentos seu quinque centum et viginti quinque florenos p. p., et subsequenter quolibet aliorum terminorum termino tantumdem usque ad plenam solutionem etc., unacum dampnis etc. Pro quibus melius observandis, ad ejusdem Anthonii preces et requisicionem, se constituerunt fidejussores et principales, quilibet principaliter et insolidum, prefatus Petrus de Nanto, privato nomine, et Petrus Navis, notarius, qui et eorum quilibet insolidum promiserunt premissa observare etc., quos et eorum quemlibet idem Anthonius ab hujusmodi fidejussione indempnes servare promittit etc. Promittentes ipse partes etc., videlicet dicti principalis et fidejussores et eorum quilibet premissa observare etc.; et prenominati syndici quatuor sub obligacione omnium bonorum dicte civitatis, nomine ejusdem civitatis et sindicario nomine, manutenere etc., cum ceteris promissionibus, submissionibus et ceteris clausulis opportunis; juridicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani renunciantes etc. in majori forma intelligendo. Datum ut etc., ultima septembris m<sup>o</sup> iiii<sup>c</sup> lxxxv, indicione xiiij. — De Crosa. — (*Idem.*)

*Veneris 2 octobris.*

Quatuor syndici; — Peyrolerii, Grossi, Maliardi, Orsieres, Bezansonus, A. Picollat, de Tulia.

Super facto Alamanorum detentorum, visum est ut liberari debeant mediante caucione, et super hoc vadant pro precepto obtinendo ad dominos de capitulo qui ita fecerunt et in ecclesia Sancti Petri et capella Sancti Michaelis in qua aderant r. domini prepositus, G. de Greyres, Jo. et Ay. de Lornay, A. de Croseto, Amblardus Goyet, P. de Grandivalle, et nobiles Lyobardi, magister computorum, et Burgie, thesaurarius Breyssie, quibus premissa exposuerunt et nichil providerunt.

Eveniente die Lune v octobris, pro deliberacione fienda quando debeant dicti Alamani relaxari, in capitulo in quo aderant re. domini

prepositus, G. de Greyres, Andreas de Croseto, Mononis, de Gi[n]gino abbas Bellimontis, Jo. de Lornay, Dominicus de Viriaco, Amblardus Goyeti et P. de Grandivalle, cannonici, necnon nobilis Mermetus de Mandellaz vicedompnus, et honorabiles viri Johannes de Planis, Petri mandus de Malodumo et Glaudius de Castronovo, syndici, et Ste. Picollat castellanus Gebenn., fuit deliberatum et conclusum quod, dummodo dicti Alamani dicant se male egisse et petant veniam, relaxentur per prefatum dominum vicedompnum, ibidem presentem et cui ita fiendum prefati domini de capitulo preceperunt.

Paulo ante Benedictus Papet, commissarius imperialis, exhibuit certas licteras in galico descriptas, a rege Romanorum emanatas, datas ultima augusti nuper lapsi, quibus sibi mandatur ut capiat Hans Phouser Dorben, habitatorem ville d'Auste; item exhibuit certas alias licteras a dicto rege emanatas in alamano scriptas, quibus dixit habere in mandatis ut certos alios Alamanos capiat, Georgio Let ibidem presente et habere noticiam ipsas licteras ita canere; qui supradictus nobilis Mermetus de Mandellaz, vicedompnus, paratum se obtulit mandatis imperialibus obedire.

Dictus Papet voluit incontinenti dictas licteras rehabere.

Vendatur vinum ad vij d.

(201) *Martis vj octobris.*

Quatuor syndici; — Lompnes, Paquet, Grossi, Janini, de Liga, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Charbonerii, Gule, Peyrolerii, Braseti, Prepositi, Maliardi.

Fuit ordinatum sal esse gabellandum in Ponte Areris.

Per nobilem Michaellem de Fernay fuerunt exhibite lictere confirmatorie salviconductus in favorem nundenarum<sup>1</sup>.

De peste et hospitaleriis fiat eis condigna satisfacio per thesaurarium, nec adducantur exteri nec inhumati dehumantur.

De Veigie, qui processit ad opus facti contra n. Jo. de Sancto Michaelle, vadant domini syndici ad dominos de capitulo, qui provideant.

*Martis xiiij octobris.*

Quatuor syndici; — Peyrolerii, Paquet, Grossi, Janini, Orsieres,

<sup>1</sup> Turin, 17 sept., Arch. de Genève, P. II. n<sup>o</sup> 793; impr. dans Borel, *Foires de Genève*, pièces justificatives, p. 215.

Maliardi, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, Gule, Pecolat, Vesperis, Prepositi, de Liga, Braseti.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat lathomis pro scola xxx ff. — (*Expeditum.*)

De macellariis Longuemale non excedatur numerus octo banchorum et compellantur ad solvendum id in quo tenentur. Deinde evocentur ut conclusio prout decet apponatur.

(*Thesaurario.*) — Intrentur thesaurario xxv ff. per eum traditi Hugonino de Ponte, presenti et confitenti, pro succurrendis necessitatibus existentibus in hospitali pestilenciali ut constat. — (*Expeditum.*)

Super diferencia vigente inter nobilem Johannem de Fernay, hinc, et Johannem Lupi, inde, idem ipsi proniserunt stare ordinacioni summarie dominorum sindicorum, vocatis evocandis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario quod solvat nobili Michaeli de Fernay xx ff. v g., de quibus deducantur x ff. pro borgesia sua, pro expensis xix dierum eundo, stando et redeundo, qui missus fuit ad i. dominam nostram ultramontes pro obtinenda confirmacione salvorum conductuum, quam obtinuit etc., inclusis sex ff. ij g., per eum, ut asserit, traditis domino doctori qui visitavit licteras et secretario qui eas signavit.

*Die Veneris xvij [xvj] octobris.*

D. sindici; — Peyrolerii, Paqueti, Jo. Grossi, A. Picolat.

Fuit ordinatum de octo banchis macelli Longuemale quod cridentur et plus offerenti expedianur.

(202) *Die Dominico xviii octobris*, in capella Sancti Michaelis majoris ecclesie, existentibus : quatuor sindicis; — Jo. de Lompnes, Percivallo Peyrolerii, Ja. Paqueti, Jo. Grossi, Jo. Janini, Bezansono Dorerii; paulopost P. Braseti, B. de Sancto Michaeli, quibus infrascripta per d. sindicum Johannem de Planis exposita fuere, et annuerunt voto et deliberacioni infrascripte.

Super eo quod Johannes Ruffi, civis, et <sup>1</sup> de Ponte Vitreo,

<sup>1</sup> Le prénom manque.

dictus Gringet, familiares episcopatus, die xvj hujus octobris, inter vj et vij horas post solis occasum, intraverunt...

*Martis xx octobris.*

Quatuor sindici; — Vesperis, Peyrolerii, Maliardi, Bezansonus, Janini, de Liga, B. de Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Paquet, Grossi, Prepositi, Charbonerii, Braseti, Gule.

(*Burgensis.*) — Jacobus Siserii, de Chivrier in terra Gaii, fuit creatus burgensis mediantibus x ff., parrochie Sancti Gervasii, notarius.

Gabellatores introgii vini petunt sibi fieri gratiam, cum perdidierunt. Nichil providetur.

(*Mandatum.*) — Solvantur Aymoneto Bessonet lxij ff., ut in rotulo, pro fusta scole relatu Paquet, Grossi et thesaurarii. — (*Expeditum.*)

(*Tachium scole.*) — Anno domini m<sup>o</sup> cccc lxxxxv, indictione xij et die xx octobris, honorabiles viri Johannes de Planis, Petrus de Nanto, Petrimandus de Malodumo et Glaudius de Castronovo, sindici, tradunt in tachium ad construendum, manu et opere duntaxat, honestis viris Jacobo de Nemoribus et Glaudio Rolandi, carpentatoribus, presentibus, coperturam scole et trabature superioris, ita quod frustra lonorum et trabum ac pannorum civitati pertineant et buchille dictis carpentatoribus, duplicibus, solanis, trabibus, armatis, mediantibus centum et decem octo florenis p. p., solvendis eisdem xxv florenis incohato opere, xxv florenis in medio operis, et residuum in fine. Promictentes dicte partes, videlicet dicti d. sindici, sindicario nomine, solvere, et dicti Jacobus et Glaudius bene et juste opus perficere juxta instrumentum in papiro annotatum etc., infra proximum festum Purificacionis, promictentes quilibet principaliter et insolidum etc. Actum Gebenn., in aula consilii, presentibus magistro Jacobo Quiblerii, Michaeli Lyonardi et supradictis consiliariis, Ludovico Vesperis, Percivallo Peyrolerii, Jo. Maliardi et aliis; cum submissionibus et renunciacionibus opportunis. — De Crosa. — (*Registratum est alibi.*)

(*Firma scannorum macelli Longuemale.*) — Anno, indicione quibus supra et die xxij octobris, honorabiles viri Petrus Braseti, procurator fiscalis pro juribus domini nostri episcopi et principis, necnon Johannes de Planis, Petrus de Nanto, Petrimandus de Malodumo et Glaudius de Castronovo, sindici, pro jure hujus civitatis, tradunt ad firmam et loca-



cionem Amedeo Thome, Roletto de Gerdili, Ludovico Durandi, Petro Mercerii, Petro Pastoris, Glaudio Balme et Glaudio Chambeti, macellariis, burgensibus Gebenn., presentibus etc., videlicet octo banchos seu scanna macelli Longuemale ad et per tres annos proximos hodie incohandos, sub firma cujuslibet anni quaterviginti florenorum p. p. (203) quos ipsi septem macellarii et eorum quilibet principaliter et insolidum solvere promittunt egregiis receptoribus episcopali et hujus civitatis generalibus, me notario stipulante etc., cuilibet pro semisse, videlicet in principio trienni hodie medietatem et residuum in fine anni, et sic aliis duobus annis sequentibus. Et fuit actum quod a die collationis facte per bone memorie dominum nostrum episcopum de ipsis scannis dicte civitati usque nunc et toto tempore preterito, videlicet de salario eorundem eidem civitati seu receptori ejusdem satisfacere debeant ordinationi ipsorum dominorum sindicorum et consilii. Item quod si contingat aliquem ex ipsis esse male solvendo, quod debeat expelli ordinationi dominorum sindicorum, egregio Petro Braseti, procuratore patrimoniali stipulante pro domino etc. Promittentes dicti macellarii, conductores, et eorum quilibet, principaliter et insolidum, caventes unus per alium, dictam firmam anno quolibet dictorum trium annorum bene et realiter solvere prout supra, submittentes se etc., renunciando juridicenti principalem etc., epistole divi Adriani, necnon bene et legaliter in ipsa apte servire et bonas carnes vendere, ac formam franchesiarum circa hec servare etc.; et dicti domini syndici manutenere etc.; et unus ipsorum conductorum alium indempnem servare promittit etc. Actum Gebenn., in aula consilii, presentibus Francisco Villaris, Johanne Sorlini, testibus etc., de consilio honorabilium virorum Johannis de Lompnes, Jacobi Paqueti, Johannis Grossi, Johannis Maliardi, Petri de Orseriis, Anthonii Pecollati. — Crosa. — (*Registrata est alibi.*)

Ibidem unus alium pro quo fuerunt per aliquem persolutum ab hujusmodi fidejussione indempnem servare promittit.

*Martis xxvij octobris.*

Planis, Nanto, Castronovo; — Braseti, Lompnes, Lyonardi, Jo. Grossi, Paquet, Gule, Sancto Michaeli, Orsieres, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Pecollat, Richardi, Charbonerii.

De servitore Janini de Mara, detento, et Johanne Ruffi et Gringet,

qui hora nocturna infregerunt franchesias et libertates hujus civitatis exercendo officium in levacione certorum bonorum Glaudii Lane, fuit ordinatum quod d. syndici instent fieri reparacionem condignam ut ceteris cedat in exemplum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum domino Amblardo Goyeti et nobili Johanni de Expagniaci, qui insteterunt erga bone memorie dominum nostrum episcopum super collacione banchorum octo Longuemale et medietate emolumentorum eorundem qui ob hoc commicti sibi fuerunt centum ff., de ipsis c ff. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur Amedeo Manaz, pro dampno per eum passo impetu Areris et reparacione inde fienda in augmentum feudi civitatis etc., xij ff. super duobus burgensibus per eum inveniendis inde creandis. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum solvendi balisteriis, pro uno precio per eos fiendo lusu baliste illis de terra Gaii Dominica in octo, de vj ff. Item de duodecim florenis pretextu preparacionis ludi baliste in loco scole deinde destructi pro scola facta et reparacione alterius ludi terralium fienda, super tamen duobus burgensibus per eos reperiendis. — (*Expeditum pro xij ff. — Expeditum pro vj ff.*)

Fiant cride super extraneis bocheriis juxta formam franchesiarum.

Item eciam super victualibus et revenditoribus eorundem.

Super re ex qua deputantur tres : Petrus Charbonerii, Johannes Bufflet et Anthonius Milanessii, qui promiserunt etc.

Ostendatur liber secretarii super borgesia eorundem domino Philiberto de Bona.

Fiat crida et expedicio alarum hodie et gribelli.

(204) (*Alarum.*) — In claustro sancti Petri, factis solitis proclamantibus per Johannem Fontanelli, preconem refferentem, candela incensa deinde extincta, ut moris est, Johannes Grossi, paratum se obtulit daturum de jure alarum pertinente civitati cum aliis pertinentiis solitis quatercentum et triginta florenos p. p., qui fuit ultimus et plus offerens, nec quicquam aliud ultra daturum se obtulit. Presentibus egregiis Johanne de Planis et Glaudio de Castronovo, consindicis, qui eum assignaverunt ad Martis proximam in consilio ut fiat sibi admodiatio in forma, presentibus Petro Braseti, Ste. Bonijohannis et pluribus aliis. — (*Vide Martis x novembris obligationem cum cautione.*)

(*Gribelli.*) — Ibidem Johannes Ruffi daturum se obtulit de gribello xxi ff., et fuit ultimus et plus offerens, quem assignaverunt ut supra die Martis iij novembris. Idem Johannes Ruffi tradidit x ff. in manibus Jo. Grossi, residuum solvere promittit ad requestam thesaurarii, et promittit bene exercere per unum annum die crastina incohandum; et promisit in manibus sindicorum, presentibus Guillelmo Bocardi et Michaele Lyonardi.

Scribatur castellano de Samoem super reparacione turris Denex.

Anno Domini m<sup>o</sup> iij<sup>c</sup> lxxxv, indicione xij et die penultima octobris, honorabiles viri Petrus de Nanto, Petrimandus de Malodumo et Gladius de Castronovo, consindici, tradiderunt in tachium Johanni de Villa, lathomo, presenti et acceptanti, construendi et perficiendi pontem nanti de Jargonant cum muris et pertinenciis, juxta formam sibi perlectam in una papiro annotatam, precio quaterviginti florenorum p. p., sibi solventorum construendo opus, sic quod sibi sit satisfactum in fine operis perficiendi, infra proximum festum Pasche, cum promissionibus, submissionibus et renunciationibus opportunis. Actum Gebenn., in aula consilii, presentibus honorabilibus viris Petro Braseti, Johanne Grossi, Petro Charbonerii, consiliariis, Johanne Calabri et Petro Frochet, burgensibus Gebenn., testibus etc. — De Crosa. — (*Registrata est alibi.*)

*Lune 2 novembris.*

Quatuor sindici; — Jo. de Lompnes, Braseti, Lyonardi, Bezansonus, Jo. Grossi, Bo. de Sancto Michaele, A. Gule, A. Picollat, A. Gervasii.

Super de proximo jocundo illu. domini Breissie adventu, fuit conclusum ut honor admodum sibi impendatur, cui ibunt oviam domini sindici et honorabiles qui eques concomitentur eos. Inde fiat crida ut pro his effectui mancipandis intersint crastina in equis statu bono in platea Molaris.

○ Cuiquidem domino obsequiose elargientur xij faces, xij alabastra dragie ponderis cujuslibet unius libre cum dimidio, due cocassie ypo-crati et due malvatici.

*Martis 3 novembris.*

Quatuor sindici; — Jo. de Lompnes, Sancto Michaele, Orsieres,

Maliardi, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, Pecolat, Lyonardi, Grossi, de Liga, Braseti, Gule.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum thesaurario de xxi ff. tradendis hospitallero pestis, pro necessitatibus succurrendis. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum lathomo nanti de Jargonant, in deduccione precii tachii pontis de xxi ff. p. p. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de tribus ff. mictendis Johanni de Putheo, procuratori cause Aquine. — (*Expeditum.*)

Super supplicacione Gautherii nichil fuit provisum.

(205) *Veneris vj novembris.*

Planis, Nanto, Castronovo; — Braseti, Paqueti, Lingot, Grossi, Bezansonus, Pecolat.

Fiant cride de quoquinis quathenus vacuent nec redeant, nec intrent qui inhabitant in suburbiis nec de locis infectis.

*Martis x novembris.*

Planis, P. Nanto, de Castronovo; — Sancto Michaele, Orsieres, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Gule, Pecollati, Charbonerii, Paquet, Lyonardi, Grossi, Janini, de Liga, Lompnes.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat Anthonio Bertodi, lathomo, pro reparacione putei Sancti Leodegarii, de quinque ff. p. p. — (*Expeditum.*)

Committitur d. sindico P. de Nanto visitacio domus site prope portam Lupanaris ante domum Daguini.

(*Mandatum.*) — Archerii petunt quod libebit pro uno precio fiendo archiludii; quibus dantur sex floreni super uno burgense.

Fiant signeta pro mensuris signandis.

○ Capiatur Bastardus du Verdet per castellanum quem fortem faciant d. sindici.

(*Obligacio cum caucione alarum.*) — Anno domini m<sup>o</sup> cccc lxxxv, indicione xij et die decima novembris, personaliter constitutus Johannes Grossi, qui plus daturum se obtulit de jure pertinente civitati quam quispiam alius alarum veterum et rivagii, cui fuerunt expedite pro et mediantibus quatercentum et triginta ff. p. p.; et cui nunc mediante hujusmodi firma oblata per dominos syndicos Johannem de Planis, Pe-



trum de Nanto et Glaudium de Castronovo, cum pertinenciis, pondere etc. solitis expediuntur. Promittit idem ipse Johannes Grossi, velut principalis et, ad ejus preces et requisicionem, Nycodus Janini, civis Gebenn., ejus fidejussor, et ipsorum quilibet principaliter et insolidum solvere dicte civitati, in manibus receptoris generalis ejusdem, uno anno durante incohato xxviiij nuper lapsi mensis octobris, videlicet in nundenis proximis Epiphanie Domini terciam partem, aliam terciam partem in nundenis Pasche et residuum in nundenis augusti sequentibus. Et ita promittunt quilibet principaliter et insolidum, cum honore et onere etc., unacum dampnis etc., submittentes se etc., renunciantes etc., eciam juridicenti principalem prius conveniendum quam fidejussor, epistole divi Adriani etc.; quem fidejussorem idem principalis indempnem servare promittit etc. Actum Gebenn., in aula consilii dicte civitatis, presentibus Bonifacio de Sancto Michaeli, Petro de Orseriis, Johanne Maliardi, Hugonino de Pont, Jacobo Paqueti, Michaeli Lyonardi, Bezansono Dorerii, Anthonio Pecollati et pluribus aliis. — De Crosa. — (*Registratum est alibi.*)

(*Bossetorum.*) — Anno Domini m<sup>o</sup> cccc lxxxv, indicione xiiij et die xj novembris, in claustro Sancti Petri Gebenn., presentibus egregiis Johanne de Planis et Glaudio de Castronovo, consindicis, factis debitis cridis solitis per Johannem Fontanelli, preconem, candela incensa et extinta, interrogium bossetorum expeditum fuit et ad firmam traditum Anthonio Milanensi, apothecario, tanquam plus offerenti, ad et per unum annum proximum, hodie incohandum. Et ex nunc traditur et expeditur cum honore et onere etc., sub firma tercentum et quadraginta ff. p. p., quos tercentum et xl ff. solvere promittit etc., terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, terciam partem in proximis nundenis Pasche et residuum in nundenis augusti sequentibus, cum dampnis etc., promissionibus et renunciacionibus ac submissionibus opportunis, presentibus Petro Braseti, Johanne Grossi et Guillelmo de Quarro, testibus, etc. — De Crosa.

*xiiij novembris* : anno, indicione quibus supra, dictus Michonis cavat de solvendo dictos iijc et xl ff. p. p. per Forquini de Falcata, pelliparium, burgensem Gebenn., quem indempnem etc., juridicenti principalem etc., quilibet principaliter et insolidum. Datum in aula consilii,

presentibus nobili Petro de Versonay, Jacobo Paqueti, Johanne Janini, Johanne Grossi, Anthonio Pecollati. — De Crosa. — (*Registratum est alibi.*)

(206) *Veneris xiiij novembris.*

Planis, Nanto, Castronovo; — Versonay, Paquet, Ponte, Janini, Grossi, Picollat.

(*Mandatum.*) — Fuit ordinatum quod quoquini vacuent civitatem et suburbia; et ad hec cogantur per Michaeli Lyonardi, G. Boquera, Jo. de Passie, Petrum Chapuisii, Gringaudi, Mermetum Billiardi, vigiles, quibus dantur vj ff. pro uno anno proximo hodie incohando super uno burgense per eos reperiendo, qui promiserunt bene exercere etc. — (*Expeditum.*)

(*Burgensis.*) — Johannes de Aqua Nigra, de Boegio, sutor, filius quondam Berteti, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Stephanus Arnaudi, filius Johannis Arnaudi, de Longarea, sutor, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus decem florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Rodulphi de Pratis, parrochie de Sersier, et nunc Sancti Leodegarii, sutor, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Johannes filius Danelli de Borseriis, sutor, de Arenthone, parrochie nunc Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Johannes Messellier, marescallus, filius quondam Aymoneti, de Magno Bornando, nunc parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis, mediantibus octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Jacobus filius Petri de Putheo, chapellerius, de Villario Taconis, parrochie nunc beate Marie Magdalenes, fuit creatus burgensis, mediantibus octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

*Dominica dies xv novembris*, in claustro ecclesie Sancti Petri, ad sonum grosse campane, ut moris est : de Planis, P. de Nanto, de Castronovo, sindici; — ven. domini Petrus de Grandivalle et F. de Viriaco, canonici; — Jo. Janini, P. Grossi, Prepositi, P. Ruffi, Jo. Fontanelli, Ny.

Guerci (?), Glaudius Hudrici, Ay. Juliardi, Jo. Frochet, Jo. Marchiandi, G. Bocardi, Ny. Janini, Franciscus de Leamont, Jo. de Cresto, Ay. de Cresto, Jo. Bertodi, Jo. de Fabrica, Jo. Nycodi, Ja. de Fontana, A. Furdjodi, Glaudius Cadodi, Jo. Arbalesterii, G. Michaudi, Jo. de Passie, A. de Bard.

(*Venda vini.*) — Deliberacione prehabita cum supranominatis, votis emissis, venda vini fuit gitata ad septem grossos cum dimidio.

*Martis xvij novembris.*

Planis, Nanto, Malodumo, Castronovo; — de Sancto Michaele, Orsieres, Ponte, Bezansonus, A. Pecollat, Lyonardi, Janini, Rustiquelli, Charbonerii, Paqueti, Grossi, Versonay, Lompnes, Gule.

(*Burgensis.*) — Glaudius Cusini filius Henrici, parrochie Clarifontis et nunc Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(207) Super verbere Arbalesterii, vigilis, per Ay. de Bosco, fuit conclusum ut vadat ad carceres Insule et inibi fiat concordium inter partes.

Fiant scale pro ignis incendio et, ut perveniat effectui, committitur Jacobo Paqueti inferius et Petro Charbonerii superius.

Expellantur quoquini ut jam fuit ordinatum.

Contra revenditores cride serventur.

*Martis xxiiij novembris.*

Quatuor syndici; — Lompnes, Paquet, Lyonardi, Grossi, Janini, Michaele, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Gule, Charbonerii, Pecollat.

(*Burgensis.*) — Johannes Soquet oriundus Megeve, filius quondam Petri, mercator, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p., de quibus exigat Johannes Bufflet sex ff. p. p. — (*Levatum est. — Mandatum expeditum.*)

De commissario extentarum Terniaci qui petit recognosci Vernetos prope pontem Areris.

Communicentur jura Johanni Grossi civitatis.

(*Mandatum.*) — De vestibus vigilium faciant vestes et cuilibet dentur quinque floreni p. p. Et ita mandatur thesaurario. — (*Expeditum.*)

*Burgensis.* — Stephanus Bruni, de Meyrino, chapelierius, filius Petri,

fuit creatus burgensis mediantibus octo ff., parrochie Magdalenes. — (*Levatum est.*)

*Mercuri xxv novembris.*

Quatuor syndici; — Lompnes, Lyonardi, Paquet, Grossi, Charbonerii, Bezansonus, Gule.

Nobilis Ludovicus Fener exposuit Johannem Bufflet sibi dixisse quod erat traditor, petens sibi provideri de justicia; cui responsum est non pertinere sindicis de hoc ministrare justiciam sed domino vicario coram quo faciat dictus Bufflet evocari etc.

Et est sciendum quod heri dominus vicarius de Malvanda dicto Ludovico inhiuit, sub pena indignacionis domini et c librarum Gebenn., ne dictum Bufflet offendere audeat.

Et pariforma de precepto prefati domini vicarii, dicto Bufflet dicti d. syndici inhiuerunt ante domum de Orseriis Fusterie, presentibus Cristino Tombeti, chapellerio, et Girardo Vuchardi, hora post solis occasum.

(*Grossi.*) — Johannes Grossi confitetur habere certas licteras confirmatorias privilegiorum hujus civitatis ab illu. bone memorie dominis comitibus Sabaudie emanatas, quas promisit restituere Martis proxima, per dictos dominos quatuor syndicos eis traditas, presentibus quibus supra.

*Veneris xxvij novembris.*

Quatuor syndici; — Jo. Grossi, Bezansonus Dorerii, Charbonerii, Janini.

(*Burgensis.*) — Humbertus filius quondam Perreti Paravix, barbitonsor, fuit creatus burgensis, mediantibus octo florenis p. p., parrochie Magdalenes. — (*L. est.*)

(*Burgensis.*) — Raynaudus Angellini, de Dyvione, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p., parrochie Sancti Victoris. — (*L. e.*)

(*Burgensis.*) — Glaudius Servagii, filius donatus quondam Petri Servagii, de Grignier, patisserius, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p., parrochie Sancti Gervasii. — (*L. e.*)

(*Burgensis.*) — Philippus de Moliis, de Bona Villa, filius quondam



Humberti, cutellerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*L. e.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum solitum Michaeli Lyonardi, comentariensi Domus communis et vigili, de sex ff. p. p. — (*Expeditum.*)

(208) Ad requestam dominorum sindicorum et vicinorum conquerentium, fuit injunctum Johanni Flory, inquilino domus Denex, quatenus infra duos dies reparari faciat turrim ipsius domus minantem ruinam cum cominacione etc.

Fuit ordinatum ut tollantur scanna macellariorum supra pontem Rodani prope domos et ante existencia.

Tollantur scanna macellariorum super Rodanum existencia.

*Martis prima decembris.*

Quatuor syndici; — Versonay, Peyrolerii, de Sancto Michaele, Bezansonus, Braseti, Ponte, Charbonerii, Picollati, Grossi, Lyonardi, Janini, Paqueti.

Fiant riveti scole a parte civitatis.

Tradictur in tachium Glaudio Rolandi, carpentatori, viginti scale xxvj pedum que fiant quamtocius commode fieri poterit, ad rationem cujuslibet scale unius testoni, qui omnia ministrare teneatur et eas suis sumptibus bene et condecenter perficere.

(*Manaz.*) — Tradatur Amedeo Manaz actestacio super reparacione domus quam tenet super Rodano.

Tollantur, ut alias fuit ordinatum, scanna macellariorum super Rodanum sita.

Henricus Foliosii promisit in primo consilio generali petere veniam de injuria per ipsum illata domino sindico Petro de Nanto, causa pendente coram d. officiali, in qua supersedeatur.

Parte de Bona, postulatum est copiam registri decerni, que non tradatur.

Tollatur d. Guilelmus ab hospitali pestilenciali.

De personeriis conquerentibus, non vendant donec apposita banderata.

*Veneris iiijta decembris.*

Quatuor syndici; — Paquet, Grossi, Charbonerii, Versonay, A. Picollat.

(*Burgensis.*) — Guillelmus Michaudi, filius Mermeti Michaudi, de Dovenno, sutor, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff. p. p. — (*L. est.*)

(*Burgensis.*) — Petrus Paliardi, chapellerius, de || Foreys, Lugdunensis diocesis || Artenestes in Burgundia, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p., parrochie Magdalenes. — (*L. est.*)

(*Burgensis.*) — Johannes Bocandi, mercator, de Foreys, Lugdunensis diocesis, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p. — (*L. est.*)

Scribatur patri provinciali ut ad requestam Fratrum Minorum frater Ste. Pariseti in proxima Kadragesima nunciet Verbum Dei.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum lathomis scole, in deductionem tachii, de xxx ff. p. p. — (*Expeditum.*)

De turri Denex, minante ruinam.

(209) Magister Amedeus de Sirie et Johannes Spatule, lathomi jurati, super domo Amedei Asinarij retulerunt in parva quadam papiro, presente Roberto Pribelli, inquilino dicte domus, cui nobilis Ste. Pecolati, locumtenens, precepit quatenus relata deducat effectui juxta eorumdem formam.

Non exigi permictantur lingue a macellariis Longemale donec cognitum fuerit.

Ad querelam nobilis Johannis de Planis, formidantis ex quadam fossione ejus domum sitam in burgo Sancti Gervasii dirrui, Petrus Realis et <sup>1</sup> de Capello Rubeo, et eorum quilibet, promictunt hinc ad proximum festum Pasche...

De Johanne Magnin, familiare.

Cum superioribus diebus, Johannes Ruffi et dictus Gringet, servientes episcopales, instante Ludovico <sup>2</sup>, servitore Janini de Mara, levaverunt post solis occasum de bonis Glaudii Lanaz, burgensis hujus civitatis, unum landerium ferri, unum medium potum stanni et duo candelabra lothoni, contraveniendo libertatibus et franchesiis hujus civitatis, hinc est quod hodie, post solis occasum, reparando male gesta per eos, dicta bona loco in quo levaverunt uxori dicti Claudii Lane, ipso

<sup>1</sup> Le prénom manque.

<sup>2</sup> Le nom manque.

Gringet tenente unam candelam supi in manu incensam, restituerunt, sic fieri instante viro honorabili Petro de Nanto, consindico, presentibus Petro de Nanto, ejus filio, et Johanne de Furno, civibus Gebenn. — De Crosa.

*Die Martis viij decembris.*

Quatuor syndici; — Gavid, Jo. de Lompnes, Peyrolerii, Orsieres, Gule, Grossi, Paqueti, Lyonardi, de Sancto Michaeli, Ponte, Bezanonus, P. Charbonerii, Janini, Pecollat, Prepositi.

Servetur mandatum solvendi domino Amblardo Goyeti et Jacobo de Expagniaco c ff. etc. de ix<sup>c</sup> solvi ordinatis bo. m. domino nostro episcopo. — (*Expeditum est.*)

Viso rotulo visitato per Ja. Paqueti et Hugoninum de Ponte, intrentur thesaurario xxxv ff. iij g. vj d.

De precio apponendo in vino venali ad minutum, committitur Jo. de Lompnes, Ja. Paqueti, B. Dorerii, A. Picollat et Hug. de Ponte, qui sciscitent etc. et referant ut tucius possit provideri.

Super vendicione nemoris fiat sermo dominis de capitulo ut precio justo vendatur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Hug. de Ponte de xxxviii ff., quos libret et solvat hospitaleriis. — (*Expeditum.*)

Fiat resistencia possibilis ne solvantur lingue per macellarios Longemale.

De Johanne Magnini qui verba protulisse fertur in spretum auctoritatis d. sindicorum fiat querela dominis de capitulo ut condigna plectatur disciplina.

Fuit lecta lictera domini Bressie delata per dominum vicedompnum, presente ipso d. vicedompno.

Tollantur scanna macellariorum super pontem Rodani existencia, nec sit accepcio personarum nec vendantur ibidem carnes, eminentibus periculis.

(210) (*Albergamentum domus Joly.*) — Anno Domini mo<sup>o</sup> iij<sup>c</sup> lxxxxv, indicione xij et die octava decembris, honorabiles viri Johannes de Planis, Petrus de Nanto, Petrimandus de Malodumo et Glaudius de Castronovo, syndici civitatis Gebenn., de consilio et assensu honorabilium virorum Glaudii Gavid, Johannis de Lompnes et aliorum supra-

nominatorum consiliariorum, albergant venerabili domino Petro Serpolli, curato Ostone, absenti, me et Anthonio Lyonardi ejus procuratore asserto stipulantibus etc., videlicet domum que fuit Petri de Maladeria, sitam in hac civitate Gebenn., in cancello Judeorum, juxta domum filiarum quondam Bertrandi Ripor a lacu, domum domini que fuit spectabili[s] domini Nycodi de Menthone, domini Montistroterii, a vento, carreriam publicam ab oriente et menia hujus civitatis ab occidente, ad habendum etc., sub servicio annuali unius grossi monete per eum et suos solvendi annis singulis in quolibet festo beati Michaelis in manibus receptoris pro tempore etc., et introgio centum florenorum p. p. habitorum manu Johannis de Tulia receptoris ut confitetur etc.; promittentes sindicario nomine etc., renunciantes etc. Actum in aula consilii civitatis Gebenn., presentibus Guigone Prepositi, Johanne Grossi et Petro Charbonerii, testibus etc.

*Veneris xj decembris.*

Quatuor syndici excepto Petrimando; — Versonay, Orsieres, Paqueti, Grossi, Charbonerii, Janini.

(*Precium vini.*) — Non vendatur vinum nisi ut sequitur: vinum Choutagnie xij d.; vinum de Submonte x d.; vinum patrie viij; et fiat crida sub pena perdicionis denariate et v d.

Similiter non vendatur nemus in portu nisi prius appreciato per d. syndicos aut ab eis deputandos, sub pena perdicionis denariate et v s.

Et ita fiat crida.

(*Burgensis.*) — Jacobus Boejat, de Clusis, filius quondam Stephani, lanternierius, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*L. est.*)

Henricus Jaquemini, de Grisin, parrochie Lete, et nunc parrochie beate Marie Nove, chapellerius, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*L. est.*)

*Martis xv decembris.*

Quatuor syndici; — Brandil; — Gavid, Paquet, Orsieres, Lyonardi, Grossi, Maliardi, B. Dorieres, Janini, Pecollat, Charbonerii, B. de Sancto Michaeli.



Super vendicione vini et nemoris fiant cride ut scriptum est et ordinatum in antecedenti consilio.

(*Mandatum.*) — Solvantur domino de Brandil xij floreni renenses cum dimidio, quos, ut asserit, solvit et libravit secretario se. regis Romanorum pro certis licteris per eum confectis ad opus hujus civitatis. — (*Expeditum.*)

Fuit lecta lictera illu. domini Bressie et auditus magister monetarum super hiis que dixit super facto monetarum et Florentinorum<sup>1</sup>.

*Veneris xviiij decembris.*

Quatuor syndici; — Bezansonus Dorieres, Grossi, Charbonerii.

(*Burgensis.*) — Johannes Fine, carpentator, filius quondam Jaqueti Fine, d'Arnex, parrochie Sancti Gervasii hujusce civitatis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*L. est.*)

(*Burgensis.*) — Johannes Bastardi, de Burdignino, filius Amedei, boyterius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*L. est.*)

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius vigilibus videlicet Michaeli Lyonardi, G. Bocardi, P. Chapuisii, Mermeto Gringaudi, Jo. de Passie et Jo. Fontanelli sex ff., pro pena eiciendi coquinos. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Dentur Girardo de Vaudo duo floreni p. p. pietatis intuhitu et serviorum. — (*Expeditum.*)

(211) (*Compromissum.*) — De et super differencia vigente inter d. syndicos hinc et de Bona inde, pretextu borgesie, quatuor syndici et Antho-  
nius de Bona promiserunt unanimiter stare summarie cognicioni Jacobi de Muro et Johannis Donzelli, sub pena duorum quarteronorum malvatici, duraturum per unum mensem proximum.

*Martis xxij decembris.*

Quatuor syndici; — d. de Brandil, Gavid, Braset, Jo. de Lompnes, Paquet, Grossi, B. de Sancto Michaeli, Maliardi, B. Dorerii, Gule, Janini, A. Picolat, Lyonardi, Charbonerii.

Johannes Comitit et Glaudius Perrini conquesti fuerunt de leyderio

<sup>1</sup> Voir la lettre de Philippe de Bresse, datée : Ribault, 12 décembre 1495, Arch. de Genève, P. H., n° 665.

Rupis qui leydam ab eisdem exigere nititur, cui scribatur etc. seu sindicis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum super solutione cathene putei Sancti Leodegarii de xij ff. x g., viso rotulo. — (*Expeditum.*)

Super querela facta per honorabilem Glaudium de Castronovo de Colino Chicant, sumantur informaciones.

Pro domino Ludovico de Ponteyndis visitetur locus.

ANNO M<sup>o</sup> III<sup>o</sup> LXXXVJ<sup>to</sup>

*Martis xxviiij [xxviii] decembris.*

Quatuor syndici; — Brandil; — Versonay, Lompnes, Prepositi, Janini, de Sancto Michaeli, Bezansonus, Pecolat, Maliardi, Gule, Paquet, Grossi.

Thesaurarius fieri faciat reparacionem furni ville, qui operariis quod deceat persolvat.

Super nonnullis prolatis verbis per Colinum Chicant adversum honorabilem virum Glaudium de Castronovo, consindicum, de quibus conquestus est juxta pronunciata per consilium cujus ordinationi se submiserunt partes, idem Colinus peccit per dictum Glaudium sibi veniam impartiri, si quicquam dixerit in sui displicenciam, ipsum amplectendo capite discoperto, quod idem consindicus gratum habuit.

Committitur Braseti et Janini qui videant computos et refferant ne subsit justa causa Guillelmo Balleti querele pretextu lxxxx ff., quos thesaurarius, ut idem Guillelmus exposuit, ab eo nititur exigere.

Provideatur super reparacione turris Denex, minantis ruinam, super quo committitur honorabili P. de Nanto, consindico, ne quid sinistri contingat.

(212) *Martis v januarii.*

Quatuor syndici; — Versonay, Lyonardi, Paqueti, B. Michaeli, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, Gule, Pecollat, Janini, Grossi, Orsieres.

(*Burgensis.*) — Petrus Cotier, sutor, filius quondam Petri Cotier, de Dovenno, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo flor. p. p. — (*L. est.*)

(*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat Francisco Patri et Johanni Navetaz, de et super pecuniis debitis per burgenses hoc anno creatos, quater viginti florenos p. p. elargitos pro subveniendo expensis torne fiende per eos pro deffensione Areris. — (*Expeditum est.*)

Quia una vidua conquesta est de tribus caponibus per P. Charbonerii levatis et inde per nobilem Ste. Pecollat, castellanum etc., fiat demonstratio concedens eidem Pecollat.

(*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat vigilibus pro eorum enseniis solitis pro Nativitate Domini unum ff. p. p.

*Veneris viij januarii.*

Planis, Nanto, Malodumo; — Paquet, Grossi, Charbonerii, Janini.

(*Burgensis.*) — Thomas Gondo, de Chandeyn, mandamenti Morgie, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Anz. Pou, de Roche, Alamanus, commorans in Corrateria, fuit creatus burgensis mediantibus octo flor. p. p. — (*Levatum est.*)

*Martis xij januarii.*

Quatuor sindici; — Braseti, Prepositi, Paqueti, Lyonardi, Charbonerii, Grossi, Orsieres, Maliardi, Ponte, Bezansonus, Gavid, Lompnes, A. Lingot.

(*Domus A. Fabri.*) — Fiat appo[di]a[cio] domus liberorum quondam A. Fabri, et injungatur Francisco Porterii, inquilino.

Fuit injunctum per Glaudium Rojardi, familiarem.

(*Mandatum.*) — Thesaurarius tradat magistro Jacobo Quiblerii, pro una veste communis librate hujus civitatis quia magister opperum, xxx gr. — (*Expeditum est.*)

Ad queremoniam egregii P. Braseti fiat visitacio tecti Ay. de Cresto aquam fundentis super domo dicti Braseti, et infra quatuor dies remedium apponat idem Aymo; aliter provideatur de acriori remedio.

(*Ludovicus Durandi.*) — Ludovicus Durandi, macellarius, solvat thesaurario decem florenos p. p., facta sibi gracia pro termino lapso usque ad diem admodiacionis facte de scannis Longemale. Et ita arbitratur.

Die Veneris proxima tradatur ad firmam furnus ville moderno fornario, tanquam plus offerenti, mediantibus xxi ff. p. p., actentis cridis etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de sex florenis p. p. Petro Charbonerii, pro serviciis per eum impensis et impendendis circa vendicionem victualium ultra formam cridarum. — (*Expeditum est.*)

Tractetur cum commissario Terniaci ut desistat a molestacione pre-textu Vernetorum ultra Arerim etc., quos petit recognosci quamquam de contrario constet, uti parcatur expensis.

Fiat visitacio loci citra Cornavin et pontis Sancti Gervasii.

Fiat visitacio domus domini vicedompni site supra Rodanum, con-querentis de molendino capituli sibi ejus vetustate dampnum facientis.

(213) *Die jovis xiiij januarii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Versonay, Lyonardi, Maliardi, Orsieres, Grossi, Janini, Ponte, Gule.

Fuerunt exhibite per dominos sindicos certe dominicales lictere quibus mandatur eos compelli ad solucionem subsidiorum. Fuit ordinatum ut hec exponantur primo dominis de capitulo, deinde ordinetur unus ydoneus mictendus ad illu. dominum Breissie, cum licteris in consilio episcopali ordinandis. Et fiat copia dictarum licterarum cum licteris aliis dominicalibus quibus fuit obtentum nichil novi quousque cognitum fuerit.

Paulopost, in consilio episcopali tento in camera re. domini de Malvanda, cantoris, in quo aderant idem dominus cantor, domini prepositus, Jo. de Lornay, Mermetus Pigneti, Dominicus et Franciscus de Viriaco, P. de Lornay, P. de Grandivalle.

Domini sindici Jo. de Planis, Petrimandus de Malodumo et Glaudius de Castronovo exhibuerunt ibidem omnes predictas licteras, requirentes provideri de remedio opportuno, petentes licteras testimoniales, presentibus nobili Petro de Versonay et Roberto, clerico procuratoris fiscalis.

Ordinatum fuit esse scribendum illu domino Breissie, cui mictatur unus nuncius.

*Die Veneris xv januarii.*

Quatuor sindici; — Gavid, de Liga, Jo. Grossi, Janini.

(*Firma furni.*) — Fuit traditus ad firmam Petro Maruglerii, moderno fornario, per dictos dominos sindicos, per tres annos die finiendi termini incohandos, furnus ville cum pertinentiis solitis, sub firma anni



cujuslibet viginti florenorum p. p. et ij<sup>c</sup> fassinorum nemoris, tanquam plus offerenti, factis cridis debitis per Johannem Fontanelli, preconem etc., solvendorum terminis solitis, cum promissionibus, submissionibus et clausulis opportunis. Actum in aula consilii, presentibus Johanne Grossi et Hugonino de Bolo, testibus etc. — (*Registratum est alibi.*)

(*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat magistro Jacobo Quiblerii viij ff. ix gr., ut in rotulo. — (*Expeditum est.*)

Fuit ordinatum ut mictatur occasione subsidiorum Hugoninus de Bolo ad illu. dominum Breissie, cui expedianur pro expensis.

*Martis xix januarii.*

Quatuor sindici; — d. Brandil; — Braseti, Sancto Michaeli, Ponte, Bez. Dorerii, Gavid, Paqueti, Janini, Gule, de Liga, Picollat, Lyonardi, Grossi, Jo. Lompnes, Maliardi.

Pater gardianus conquestus est eo quod scriptum est parte communitatis patri provinciali ut providere habeat de re. patre Ste. Pariset, predicet in Kadragesima proxima, requirens ut secus rescribatur; cui nichil eidem gardiano provisum est.

(214) Datur dilacio solvendi ea in quibus tenentur Marlioz et Gautherii hinc ad proxima Pascha.

Committitur taxa vi(n)dimus factum per de Crosa Petro Braseti.

Fuit parte dominorum Berny presentata una lictera clausa per Baltezarem Habeli ut habeant d. sindici eum commendatum erga dominum vicarium in quadam causa.

Committitur sollicitacio cause Aquine vertentis coram magnifico consilio ducali Johanni Grossi, presenti.

(*Mandatum.*) — Solvantur Glaudio Rolandi xxi testoni pro viginti scalis magnis etc. — (*Expeditum.*)

*Veneris xxij januarii.*

Quatuor sindici; — M. de Liga, Grossi, Paqueti, Bezansonus.

(*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat G. de Crosa unum ff. pro uno vidimus et duabus copiis licterarum etc. concernencium subsidia. — (*Expeditum est.*)

Comittitur visitacio muri de quo conqueritur P. Silventis juratis.

*Martis xxvj januarii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Braseti, Paqueti, Sancto Michaeli, de Liga, Orsieres, Maliardi, Ponte, Picolat, Charbonerii, Janini, Gule, Grossi, Lyonardi.

(*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat ut in rotulo Michaeli de Liga c ff. viij g. vj d. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat lictera pro eodem de exequancia (?) pro summa inibi mencionata.

Scribatur domino episcopo Lausannensi pro Jo. Grossi.

Pro rebus visitandis intersint unus lathomus, unus carpentator et alter consiliariorum.

Loco diei Martis, festi Purificacionis, teneatur consilium ordinarium Lune proxima.

Visitetur processus Aquine per Braseti, Lyonardi et Janini, qui refferant.

(*Crida.*) — Fiant cride ne infecti forenses a gorra veniant ad civitatem et habitatores illius per civitatem non incedant.

(*Mandatum.*) — Solvantur Hugonino de Ponte decem floreni pro servitoribus hospitalis pestilencialis. — (*Expeditum.*)

Fuit alloquutum de bullis civitatis apud imperialem majestatem existentibus; fiat consultacio cum capitulo.

Claudatur porta domus stupharum Bertellerii existens prope parvam carreriam prope menia.

(*Relacio.*) — Jacobus Quiblerii, Johannes Spatule, Amedeus de Sirie et Petrus Albergatoris retulerunt super domo P. Servent in scriptis.

(215) *Veneris xxix januarii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Peytolerii, Paqueti, Lyonardi, Grossi, Janini, de Liga, Orsieres, P. Picolati.

Committitur sollicitacio cause contra relictam de Fogia, Ja. Paqueti et Johanni Janini.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius domino Glaudio Grossi, pro consultacione cause Aquine, tres florenos p. p.

Cum commissario Terniaci tractet thesaurarius Jo. de Tulia.

(*Mandatum.*) — Committitur Johanni Grossi sollicitatio causarum communitatis, cui dantur sex ff. super uno burgense. — (*Expeditum.*)

Anthonus, vigil, de crida paratum se obtulit daturum ultra firmam promissam per Johannem Fontanelli, preconem, videlicet vij ff. p. p.

Quia Petrus Silventis conquestus est de edificio noviter peracto in domo domini Petri Bossonet cujus pretextu fuit relatam per operarios, fuit ordinatum quod dominus castellanus cum sindicis accedant ad locum et reparanda reparent.

Querela fuit facta per <sup>1</sup> Teste, civem Gebenn., spoliatum sua possessione domus que fuit domini Minaudi(?) qua erat vigore licterarum domini vicarii; fuit ordinatum, actenta forma franchesiarum, quod d. sindici ad dictum dominum accedant.

*Lune prima februarii*, loco Martis, quia Purificacio.

Quatuor sindici; — Gavid, Braset, Peyrolerii, Paquet, Lyonardi, Janini, Liga, Sancto Michaeli, Versonay, Orsieres, Gule, Lompnes, Prepositi, Grossi, Maliardi, Charbonerii, A. Picolat.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Hugonino de Bolo de xiiij ff. et additur unus florenus pro labore misso pro subsidiis ad i. dominum Breissie.

Intrentur thesaurario xxx s. quos libravit Johanni Janini procuratori, pro suis jornatis, et Samoem, pro actis contra relictam de Fogia.

(*Substitutio.*) — Prefati d. sindici substituunt procuratores cum ratificatione etc.

De bulla tradita per dominos de capitulo domino episcopo de Compesio <sup>2</sup>, fiat eis demonstracio per d. sindicos.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Grossi ut in rotulo de xxxvij ff. vij g. vj d. — (*Expeditum.*)

De vino illu. domini bastardi Breissie non fiat exaccio gabelle.

De gribello, constitucio alias facta describatur in magno papiro.

(*Mandatum.*) — Solvant P. Braseti, pro xliiij jornatis comparancium in causa contra heredes de Fogia, xliiij g.

Comictitur pro parte civitatis visitacio gribelli Ja. Paqueti, Peyrolerii, A. Gule, Johanni Grossi.

<sup>1</sup> Prénom resté en blanc.

<sup>2</sup> Il s'agit probablement de l'original présumé de la bulle dorée. Voir Ed. Mallet, *l'Élection des évêques de Genève*, dans M. D. G., t. V, pp. 241-259, et R. C., t. IV, pp. 120, 139 et 251.

Intrentur seu solvantur Petrimando de Malodumo viij g., quos pro die Martis Epiphanie Domini solvit, non intratis in ejus computo.

Et est sciendum quod d. sindici de Planis, de Malodumo et de Castornovo coram dominis de Malvanda, in ejus camera, Goyeti, Dominico de Viriaco et de Grandivalle, exposuerunt bullam de defectu dominorum de capitulo fuisse deperditam esseque inestatos pro subsidiis etc. Responderunt quod providebitur adepta possessione episcopatus, nec promississe c ff. pretextu gabelle vini.

(216) *Jovis iiijta februarii.*

Quatuor sindici; — Michael de Liga, Paquet, Charbonerii.

(*Contra Morta.*) — D. sindici ostenderunt sententiam ditatam per d. P. Millieti, doctorem, perlectam per d. syndicum de Planis, quam ordinaverunt ferri et promulgari contra Guillelmum Salterii alias Morta <sup>1</sup>.

*Veneris v februarii.*

Quatuor sindici; — Gavid, Versonay, Braseti, Lompnes, Peyrolerii, Paquet, Janini, Grossi, Liga, Sancto Michaeli, Orsieres, Maliardi, Charbonerii, Pecolati.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo, videlicet xxxv ff. j g. ij d. — (*L. est.*)

Solvantur Anthonio Milanessii suis exigentibus serviciis circa visitacionem piscium vj ff. — (*L. est.*)

Consilium generale in quo creati sunt sindici.

*Die Dominica vij februarii*, in quo consilio, voce cride et sono grosse campane, vocati fuerunt pro creandis sindicis cives et burgenses, et in claustro S. Petri interfuerunt qui sequuntur: primo honorabiles viri quatuor sindici, Jo. de Planis, P. de Nanto, Petrimandus de Malodumo, G. de Castornovo; — n. Mermetus de Mandalaz, necnon P. Navis, Jo. Grossi, Jo. de Tulia, Christinus Tombeti, Jo. Ruffi, N. Arnaudi, Glaudius Violet, P. de Orseriis, Jo. Charavelli, Jo. Amyaux, P. Ber-

<sup>1</sup> Arch. de Genève, *Procès criminels*, II<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 56.



gerii, G. de Me, Ja. Gavillieti, Ja. de Fontana, P. Charbonerii, Ste. Bruneti, Jo. Carterii, Glaudius de Fontana, P. Monachi, Jo. Millet, A. Picolati, Jo. Nycodi, Richardus Bienvenu, P. Jaqueti, Ja. Paqueti, Jo. Frochet, Jo. Fabri, Michael de Liga, Ny. de Monte, Jo. Cusini, P. de Furno, Jo. Tacon, Ny. Janini, Luquinus de Pane, Jo. de Paris, Co. Chiquant, M. Borsesii, Paulus Borserii, Jo. de Tulia, A. de Lavenex, P. Hospitis, Jo. Jenodi, A. Chivilliardi, Jo. Alexii, Guillelmus Berteti, Jo. Bocardi, Jo. Spatule, Paulus Machereti, Michael Lyonardi, Glaudius Cadodi, Ste. Pecolati, Jo. Pilliodi, Ste. Franqueti, P. Grassie, Glaudius Boverii, Glaudius Chena, Ludovicus Rigardi, A. de Strata, A. Gervasii, A. Jordani, Franciscus de Fossis, Ay. Mercerii, G. Falquet, Jo. Marchiandi, Girardus Vuchiardi, Ay. Julliardi, (Jo. Ruffi,) G. Bocardi, Richardus Venardi, Jo. Galatini, Franciscus Bocardi, A. Milanessii, Glaudius de Prato, Jo. Mugnerii, Glaudius Berteti, Jo. Viviani, Dominicus Lambert, Guillelmus Curt, Hugoninus Fuserii, Baldisardus Balardi, Jaqueminus Belli, Henricus de Nanto, Jo. Comit, d. Franciscus de Veyriaco, P. de Versonay, P. Levrerii, n. P. de Greyres, (Ja. Paqueti,) Glaudius de Spada, Hugoninus Plathea, Jo. Mercerii, Guigo Prepositi, Ste. Boni Johannis, Jo. Magnini, Ja. Boverii, Jo. Clerici, Hugo Bolardi, Jo. de Molia, Ste. Guidene, Glaudius de Rodano, (P. de Furno,) A. Furjodi, (Ny. de Monte).

(217) Quatuor syndici, videlicet honorabiles utique viri Glaudius Gavid, Petrus Levrerii, Johannes Maliardi et Petrus Charbonerii fuerunt creati et constituti etc. — De Crosa.

## VOL. XIV.

ANNO M<sup>o</sup> CCCC LXXXV<sup>to</sup>

(1) Existentibus sindicis honorabilibus utique viris Glaudio Gavid, Petro Levrerii, Johanne Maliardi et Petro Charbonerii, creatis Dominico vij februarii, N. Johanne Turci receptore et Guillelmo de Crosa secretario.  
De Crosa.

*Martis ix februarii.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, de Planis, P. Nanto, Petrimandus de Malodumo, de Castronovo, Jo. de Tulia, Jo. de Lompnis, Percivalo Peyrolerii, Paquet, Bueti, Bo. de Sancto Michael, Nycodus Vincencii, Consilii.

(Receptor.) — Nobilis Johannes Turci, civis Gebenn., fuit constitutus receptor generalis emolumentorum hujusce civitatis, per tres annos proximos hodie incohandos, sub stipendiis ultimo dari solitis, videlicet xxv florenorum p. p., honoreque et onere ac commodatibus percipi et supportari solitis etc. Cum promissionibus et ceteris clausulis opportunis.

Fuit ordinatum ut fiat unus guinchetus in porta anteriori aule consilii, et constitutus Michael Lyonardi hussarius ipsius porte dum celebrabuntur consilia sub stipendiis unius grossi cujuslibet diei Martis, prout consilarii, qui promisit secreta dicenda in ipsis consiliis secreta tenere etc.

*Veneris xij februarii.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Bueti, A. Picolati, Paquet, Tulia, Vincencii, Jo. Grossi, Orseriis, M. de Liga, Bezansonus, Colino Chicand.

⊛ Fuit ordinatum ut menia civitatis per dominos syndicos visitentur et reparanda reparentur, maxime muri a parte porte Castri.

In portibus Lacus limites apponantur, ne occupatio fiat.

Receptor solvat ut solitum est vigilibus pro eorum carnisprivio unum florenum p. p.

De clavibus portarum civitatis, domini sindici per quos custo[di]ri debeant provideant etc.

Gabriel de Borjali admictatur in consiliarium.

Braseti et de Cresto super eorum diferencia promictunt stare ordinationi summarie dominorum sindicorum.

Fiant cride prout scribuntur, ut moris est.

*Sabbati xiiij februarii.* — Quatuor sindici; — Jo. de Lompnis, Peyrolerii, Jo. Grossi, M. de Liga, Gabriele de Borjali.

Super detencione venientis ad nundenas per commissarios ducales, exhibeantur eisdem lictere salviconductus in favorem nundenarum.

(*Braseti et Cresto.*) — Domini sindici arbitri etc. pronunciaverunt.

(2) Super capcione dicti Boisson, mercatoris Morgie venientis ad nundenas hujus civitatis, per certos commissarios ducales, contra formam salviconductus in favorem nundenarum decreti.

*Die Martis xvj februarii.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, de Planis, de Castronovo, Jo. de Lompnes, Peyrolerii, Paquet, Lyonardi, Bueti, Grossi, Sancto Michaeli, Orseriis, Bezansonus, Picolat, de Tulia, Borjali, Gule, Vincencii.

Mandetur lictera domini Dyvone domine perlecta in consilio.

Ut lacus de Cornavin visitentur et reparanda reparentur.

De causa Aquine, fiat consultatio cum domino cantore, vocatis dominis Ansermo Veluti et Glaudio Grossi, doctoribus.

(*Protestatio.*) — Domini sindici protestentur contra Franciscum Patry de dampnis etc., si non faciat que promisit ad obviandum dampno quod cothidie infert flumen Areris.

(*Platea Burgiforis.*) — Traditur platea Burgiforis Andree Mantillerii presenti etc. per unum annum hodie incohandum sub firma xvij g. quos solvere promictit receptori presenti terminis solitis etc.

Intrentur receptori una amphora malvatici et una alia ypocratis donate domino Dyvone presidenti.

*Jovis xvij februarii, in aula Fratrum Minorum.* — Quatuor sindici; — G. de Castronovo, Versonay, Bezansonus, Orseriis, Preprosi, Paquet, Grossi, Lyonardi, Lompnis, B. de Sancto Michaeli, M. de Liga, Chicandi.

(*Mandatum.*) — Quia commissarius ducalis comminatur de capi faciendo aliquos de patria Vuaudi in hac civitate et sstrumenta victualium fieri facere, fuit ordinatum consulere venerabile capitulum et destinandum egregium Petrum Levrierii consindicum ad dominum Breissie. Cui pro expensis per receptorem tradantur xij ff., pretextu subsidiorum etc.

*Veneris xix februarii.* — Gavid, Charbonerii; — D. Fran. de Veyriaco, Paqueti, Lyonardi, Grossi, Bueti, Bezansonus, Gab. de Borjali.

(*Relatio.*) — Dominus Johannes de Saxo et Johannes Bochet, dictus Soquerii, petunt refferri per operarios super muro seu sponda domus eorundem. Qui operarii nominati in foliatio retulerunt prout in eodem foliatio continetur, prenominatis presentibus consencientibus.

Visa copia licterarum Johannis Pilliczon an sit burgensis, remictitur idem comparens ad Martis.

(3) *Martis xxij februarii.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. de Veyriaco, Jo. de Planis, Castronovo, Gule, Peyrolerii, Paqueti, Lyonardi, Bueti, Bezansonus, Grossi, Orseriis, Pecolat, de Borjali.

(*Pillison.*) — Declaratum fuit Johannem Pilizon, actenta vetustate temporis quo sui predecessores moram traxerunt in hac civitate, signanter ejus pater artem pelliparie operario apperto exercens, licet de lictera non edoceat, congaudere debere borgesia prout ceteri burgenses. — (*L. est.*)

Datus unus florenus Guillelmo Bocardi, pro ejus pena et labore tempore pestis anni nuper lapsi, circa custodiam porte Ripe.

Fiant gatelleti ad rationem v pro quarto.

Reparentur passagia de Cornavin et pontes prope ecclesiam Sancti Gervasii. Et commictitur Ja. Paqueti et de Borjali.

*Veneris xxvj februarii.* — Quatuor sindici; — Peyrolerii, Paquet, Lyonardi, Chicant, Nanto, Grossi, Braseti, Lompnes.

Egregius Petrus Levrierii reversus ab illustri domino Breissie pretextu



subsidiarum, per eum delatis licteris domini Breissie; lecte fuerunt<sup>1</sup>. Fuit auditus super actis per eum.

Et fuit ordinatum quod fiant due duodene pastillorum bonorum mictendorum eidem domino ubi aderit. Cui rescribatur grates humillimas refferendo.

*Lune xxix februarii.* — Gavid, Maliardi; — Planis, Peyrolerii, Nanto, Grossi, Orseriis, Ponte, Tulia, Paquet, Picollat.

Honorabiles viri Petrus de Ferro, de Rotodomonte, et<sup>2</sup> Ovrardi, de Nyviduno, super capcione Boisson et unius alterius patrie Vaudi, detentorum Gaii, nonnulla exposuerunt. Remissi ad dominum vicarium.

(4) *Martis prima marcii.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, de Planis, Lompnes, Peyrolerii, Paqueti, Jo. Grossi, Nanto, de Malodumo, Orseriis, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Vincencii, Bueti, de Borjali.

Quia una quaqualecumque alborum, tam relatu Anthonii Milanesii quam certorum aliorum, plena exposita venalis per Pilliodi asserentem sibi venditos fuisse per Guillelmum Richardeti precio xij flor., fuerunt reperta falsa, ordinatum fuit ea esse submergenda.

(*Burgensis.*) — Stephanus Chenelati, de Sessens, filius quondam Petri, tonsor, parrochie beate Marie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro viij ff. p. p.

Thesaurarius omnia emolumenta civitatis exigat, libret absque eo quod aliuscunq; se intromictere habeat.

Domini syndici, pro colonis fratrum Ballerii ante eorum domum sitam prope portam Sancti Leodegarii ponendis, ad locum ipsum accedant illasque poni ordinent prout eis videbitur.

Johannes Grossi, si opus sit, vadat Chamberiacum sollicitaturus causam Aquine.

*Veneris v [iv] marcii.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Jo. de Planis, Castronovo, Nanto, Jo. Paquet, Lyonardi, Bezansonus.

<sup>1</sup> Bourg [en Bresse], 22 février 1496, Arch. de Genève, P. II., n° 665; impr. dans Galiffe, *Matériaux pour l'histoire de Genève*, t. I, p. 298.

<sup>2</sup> Le prénom manque.

(*Burgensis.*) — Johannes de Porlechia, faciens epinexia, comitatus Mediolanensis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Marquetus Meynens filius Petri, parrochie d'Aberes, condurerius, parrochie Sancti Victoris, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes Bovardi junior, filius quondam Michaelis, sutor, ortus de Chamony, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Guillelmus Bovyet filius Glaudii, experonierius, de Vyu in Salacio, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Anthonio Bertodi super rotulo de viij ff. xj d. — (*Expeditum.*)

Ego scriba vicedompni injunxi relatione dominorum sindicorum Stephano Bachodi et Johanni Ponceti, presentibus, sub pena lx g. quatenus infra proxima Pascha reparent murum inter eorum domus existentem.

(5) *Martis viij marcii.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Planis, Castronovo, Peyrolerii, Braseti, Paqueti, de Tulia, Nanto, Ponte, Bezansonus, de Borjali, Pecolati, Vincencii, Bueti, Lingot, Lyonardi.

(*Mandatum.*) — Dantur xij ff. Bucterii pro Lud. de Nanto, per eum percipiendi super duobus burgensibus per eum reperiendis, pro dampno per eum passo pretextu Areris et deffendenda, ita quod duas archas facere teneatur. — (*Expeditum.*)

Revenditricis non emant nec vendant ante x horam.

Scribatur magistro scole Boneville ut veniat auditurus sibi exponenda.

(*Burgensis.*) — Johannes Nycodi, de Vuachio, filius Petri quondam, condurerius, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Mandatum.*) — Solvantur de Furno, secretario domini episcopi quondam, xx ff. pro licteris gabelle et macelli ac pena et labore. — (*Expeditum.*)

Reparentur passagia de Cornavin et pontis Sancti Gervasii ultra ecclesiam.

*Veneris xj marcii.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, de Planis, de Castronovo, Paqueti, Lyonardi, M. de Liga, A. Pecollat, Bez. Dorieres, Vincencii, Orseriis, de Tulia, P. de Nanto, Peyrolerii, de Ponte.

(*Burgensis.*) — Monetus Rogeti, de Sancto Genisio in terra Gaii, chapellérius, filius quondam Jaquemeti, fuit creatus burgensis median-tibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes Moche senior, de Rumilliaco subtus Cur-nillionem, filius Humberti, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Anthonius Beller, pignerius, parrochie Sancti Ger-vasii, filius Francisci, de Ponte de Rea in Dalphinatu, fuit creatus bur-gensis pro octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat Guillelmo Maruglerii, fornerio, pro quinque diebus quibus v[a]cavit defferendo tres duodenas pastillo-rum piscium super uno equo illustri domino Breissie reperto Burgi, quinque florenos p. p. — (*Levatum.*)

(*Mandatum.*) — Dantur magistro scole, ultra salarium domus, viginti floreni p. p. pro uno anno duntaxat incohando die sue adipiscende possessionis. — (*Expeditum est.*)

Pro construendo locum aptum etc. dantur sex ff. super uno burgense reperiendo per Johannem Bertrandi et ultra sex ff. quos idem ipse debet pro ejus burgesia.

Scribatur, si opus sit, in favorem re. magistri Dyonisii etc.

(6) (*Promissio.*) — Johannes Bertrandi, commentariensis castri In-sule, hinc, Berthodi, carpentator, et [Petrus]<sup>1</sup> Mantilloni, serralionus, inde, super eorum differencia pretextu certarum expensarum, promise-runt stare summarie ordinacioni dominorum sindicorum, d. Fran. de Veyriaco, presentis, et consilii. Presentibus Jo. Turci, thesaurario, et Michaele Lyonardi.

*Martis xv marcii.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, de Castronovo, Jo. de Lompnis, Paqueti, Planis, de Tulia, Grossi, P. Nanto, Malodumo, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Bueti, Chicant.

<sup>1</sup> Prénom en blanc.

Spectabilis miles dominus de Saconay nonnulla exposuit super vireto domus Corne.

(*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat egregio Petro Levrerii, ut in rotulo, xvij ff. x g. cum dimidio. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur lathomis scole in deductionem tachii l ff. — (*L. est.*)

(*Mandatum.*) — Item Moneto Bessonnet pro fusta scole clx ff. — (*L. est.*)

(*Mandatum.*) — Item tiolleriis pro tegulis inibi implicandis lx ff. p. p. — (*L. est.*)

(*Mandatum.*) — Item pro reparacione alarum et parte civitatis l ff. — (*Expeditum est.*)

Detur unus florenus du trec servitori domini Breissie cum expensis per eum factis in domo Jo. de Leone.

(*Burgensis.*) — Guichardus Dintrue, filius quondam Johannis, de Salanchia, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p. — (*Levatum est.*)

(*Burgensis.*) — Petrus de Cresto, de Thono, cutellerius, commorans supra pontem Rodani, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

*Veneris xvij marcii.* — Gavid, Maliardi, P. Levrerii, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, de Castronovo, Paqueti, Grossi, Lyonardi, Chicant, Nanto, Janini.

(*Mandatum.*) — Solvantur magistro Johanni de Villa in deductionem tachii de Jargonant xx ff. — (*Expeditum est.*)

Scribatur visitatori ordinis Sancte Clare.

Prefati domini sindici quoad causas substituerunt procuratores, pre-sentibus Jo. Turci et Michaele Lyonardi.

Scribatur domino Anthonio Bovardi, presidenti computorum, ut res-tituat culcitram Johanni de Bignino.

Provideatur de ponderatore bladi.

*Martis xxij marcii.* — Quatuor sindici; — Veyriaco, Paquet, Lyo-nardi, Malodumo, Vincencii, P. Nanto, Grossi, Planis, Ponte, Pecolat, Bezansonus, Janini.

Scribatur dominis Berni super facto domus Armandi de Domo.



Accipiantur tegule pro scola A. Bessoneti, presentis:

(*Mandatum.*) — Solvantur Hugonino de Ponte x ff. pro necessitatibus hospitalis pestilentialis succurrendis. — (*L. est.*)

Solvantur Guillelmo Bocardi, vigilli, pro expensis sex dierum quibus vacavit eundo, stando et redeundo ad dominum Breissie, iij ff.

(*Mandatum.*) — Super uno burgense reperiendo per Cheysirie, barbitonsorem, pro tuhicione Areris econtra se, vj ff. Petro Jaquinodi. — (*Expeditum est.*)

Habita licencia a dominis de capitulo, accipiantur grossi lapides rupis pro reparacione itineris de Cornavin.

(7) *Martis xxix marcii.* — Quatuor syndici; — P. de Nanto, de Castronovo, Planis, A. Pecolat, Bez. Dorieres, d. Fran. de Veyriaco, Janini, Paquet, de Ponte, Lyonardi, de Malodumo.

(*Pronunciacio.*) — Super diferencia et causa Johannis Bertrandi contra Mantillion, serralionum, et Bertodum Gaut, vigore supra xj marcii descripti, comparuerunt coram dominis sindicis, absente Maliardi, et consiliariis dictus Bertrandi, petens pronunciari et ordinari, et Mantillion suo et dicti Gaux nominibus [petens] pronunciari et ordinari. Et nos syndici et consilarii pronunciamus et ordinamus quod dicti Mantillion et Gaux solvant dicto Johanni Bertrandi quinque ff. p. p., reservatis eisdem actionibus contra principales, expensas coram domino vicario factas compensantes. Quam pronunciacionem dicte partes comparentes ratificaverunt et approbaverunt cum promissionibus opportunis, presente Johanne Turci.

Solvantur dicto Catrier qui detulit Chamberiaci sindicatum civitatis ij ff. p. p.

Herogantur predicatori Cadragesime xx<sup>ti</sup> testoni.

De magistro et rectore scholarum erga dominum cantorem fiat intercessio ut eum admictere dignetur.

De Areneriis unde causa cepta est Chamberiaci, fiat copia jurium et scribatur domino Breissie ad quem destinetur egregius P. Levrerii.

De itinere de Cornavin reparando et lapidibus saxi habendis, committitur Jo. Maliardi, Petremando de Malodumo et Jo. Grossi etc.

*Martis v aprilis.* — Gavid, Maliardi; — d. Fran. de Veyriaco, Bra-

seti, Castronovo, Nanto, Malodumo, Planis, Orsieres, Lompnis, de Ponte, Paquet, Lyonardi, Grossi, Janini, Bezansonus, Sancto Michaelae, A. Picollat.

Super facto lingarum Longuemale, fiant demonstrationes domino administratori quod non tenemur, ceptaque est causa nondum decisa.

De pondere bladi, habita conferencia cum dominis de capitulo, proclametur et plus offerenti expediatur.

Solvantur de Crosa, pro xvj foliis copie instrumentorum Arenarium, viij g.

Item, magistro Petro qui apportavit a Vienna unam licteram missam per Garneronis, j g.

*Mercuri vj aprilis.* — Gavid, Maliardi; — de Malodumo, de Castronovo, Lyonardi, P. de Nanto.

Fuit ordinatum ut d. syndicus Maliardi et G. de Crosa, secretarius, accedant ad Petrum Magnini, infirmitate gute detentum, sciscitaturi ab eo quid egerit super facto Baldi, ejus partis adverse, contra quem proceditur.

Ad quem hiidem Maliardi et Crosa accesserunt; quo reperto in ejus domo et membro anteriori sibi dixerunt dominos Berny scripsisse (8) in favorem dicti Baldi, comminantes etc. Qui responsum dedit jam diu ejus filium Dominicum patrie Vaudi ad dominos Berny destinasse cum juribus suis. A quo responsum non habuit, speravit illud proximum diem habere. Et prenominatus Maliardi syndicus protestatus est de dampnis, expensis, interesse, ubi forte contingant. Qui paratum se obtulit facturum semper quicquid, juris ordine servato vel non servato, per dominum vicarium fuerit ordinatum antequam quicquam sinistri civitati contingat.

Presentibus Petro Chanformy, cutellerio, et Petro Plotet, mugnerio.

De Crosa.

*Veneris viij aprilis.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Planis, de Castronovo, P. de Nanto, Janini, Grossi.

Fuit ordinatum ut camerule prope portas hujus civitatis existentes tollantur; postes vendantur, tegule implicentur in coperturis turrium et ferramenta ad Domum ville afferantur.

(*Burgensis.*) — Matheus Galesii, de Cherlier domini Bernensis, filius Johannis, hospes, commorans in Corrateria, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

Intrentur thesaurario duo ff. pro duabus otanis frumenti ad opus civitatis, ad sciendum de quantitate et qualitate panis venditi per patisseries.

(*Grossi.*) — Johannes Grossi recepit et habuit duo instrumenta Arenariarum cum licteris dominicalibus ratificationis annexis transaccionis inite cum domino Montiscanuti.

*Martis xij aprilis.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — Planis, Castrovno, Bueti, Grossi, d. Fran. de Veyriaco, Nanto, Ponte, Bezansonus, Gule, Pecolati, Orsieres, Liga, Sancto Michaeli, Paquet, Janini, Braseti, Lyonardi.

(*Burgensis.*) — Glaudius Bertollet, de Vegio mandamenti Rupis, sellerius, filius quondam Aymoneti, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff.

Et vigil, qui juravit etc.

Johannes Bufflet daturum se obtulit de pondere bladi, iij<sup>xx</sup> ff.

(*Burgensis.*) — Guillelmus de Ponte, de Monte Sancti Martini, balisterius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Glaudius Theobaldi, de Nividuno, faciens coperturas, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Conrardus Zemit, chararius, alamanus, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Andree Copet de x ff. de tachio scole. — (*L. est.*)

Laudimiorum detur quarta pars deinceps et non ultra.

Perquiratur domus pro magistro scole in loquerium sumptibus civitatis.

Gauterius Regis comparet (?).

Beguine non permittantur, et super hoc dominus vicarius provideat.

(9) *Veneris xv aprilis.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — Castrovno, Paquet, Lyonardi, Nanto, Grossi, Bezansonus, Vincencii, Chicant.

(*Burgensis.*) — Anthonius filius quondam Jacobi Baliste, de Chamberiaco, sutor, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p., parrochie Magdalenes.

(*Burgensis.*) — Humbertus filius quondam Petri Marqueti, de Rignie, cundurarius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Destinetur Petrus Charbonerii ad illu. dominum Breissie auditurus sibi exponenda ut mandavit per Burgie suum thesaurarium<sup>1</sup>.

Nycodus Mistralis, tonsor, impetitus ut burgensis efficiatur, qui in adversum exhibuit unum examen. Et promisit stare sumarie cognitioni consilii.

Fuit ordinatum ut Johannes Grossi vadat Chamberiaci pro sollicitatione et jurium exhibicione cause Arenariarum, dum communitas Gebenn. per comissarium Terniaci urgetur (?) recognitura.

Et defferat licteras dominicales subsidii per eum presentandas thesaurario ducali Bezanis quibus mandatur ut supersedeatur per duos menses.

Scribatur patri provinciali Fratrum Minorum ut destituat fratres Sancte Clare, dempto fratre Johanne Mya. Etiam tres beguinas que se ja[c]taverunt novam religionem incohare.

*Martis xix aprilis.* — Gavid, Levrerii, Maliardi; — d. F. de Veyriaco, Planis, Braseti, Prepositi, Lyonardi, Paqueti, Janini, Nanto, Sancto Michaeli, Ponte, Bezansonus, Gule, de Liga, Pecolat, Orsieres, Versonay, Vincencii.

(*Burgensis.*) — Glaudius Ruphi, borserius, filius Humberti Ros, de Chary (borserius), parrochie nunc Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Glaudius de Cresto alias Nycodi, filius quondam Nycodi de Cresto, de Seysello, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

Thomas Biollesii locat ad opus magistri scole certa membra ejus

<sup>1</sup> Voir la lettre de Philippe de Bresse datée de Bourg, le 10 avril 1496, Arch. de Genève, P. H. n° 665; impr. dans Galiffe, *Matériaux pour l'histoire de Genève*, t. I, p. 311.



domus Orifantis, prefatis dominis sindicis presentibus, per unum annum prima proximi mensis junii incohandum, sub salario duodecim florenorum secundum bonos usus et consuetudines hujus civitatis. Mandatur Johanni Turci, presenti, quod solvat sex ff. pro introgio et residuum in fine anni si contingerit necnon sex grossos conventos ejus uxori, cum promissionibus opportunis etc.

(*Thesaurarius super erragiis.*) — Traduntur nobili Johanni Turci, receptori, erragia computorum Johannis Grossi, Hugonini de Ponte et Petri Gachet ad exigendum cum perceptione quarti denarii pro ejus pena, necnon Johannis de Tulia. Ita quod de summis in quibus dicti olim receptores pro resta computorum ipsi tenentur, nec erragiis Johannes de Tulia nichil percipere teneatur, sed illa exigere et edocere de omnibus condecens diligenciam sic quod dici possit pro eo non restare. Eciam exigat erragia Petremani de Malodumo sine stipendiis.

Et fiant libri in quibus ipsa erragia annotentur.

Herogatur in helemosinam bombarderio unus flor. p. p. accedenti ad sanctum mencium.

(10) *Veneris xxij aprilis.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, de Castronovo, M. de Liga, B. Dorerii, A. Pecolat, Jo. de Lompnis, Ponte, P. Nanto, Paquet.

Exhibite fuerunt lictere emanate super facto subsidiorum ab illustrissimo domino nostro duce<sup>1</sup>, per Petrum Charbonerii, consindicum.

Fuit facta protestatio contra magistrum Johannem de Villa, lathomum, occasione pontis de Jergonant.

*Martis xxvj aprilis.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Planis, de Castronovo, Lompnes, Paquet, Bueti, Malodumo, Janini, Nanto, de Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Gule, Pecolat, de Liga, de Borjali.

(*Nanto.*) — Fuit ordinatum quod honorabilis vir Petrus de Nanto, ibidem presens et acceptans, sub stipendiis sibi ordinandis eici faciat quoquinos; curamque pervigilem adhibeat super impedimtia vitanda

<sup>1</sup> Lettre de Philippe de Bresse, devenu duc à la mort de son petit-neveu Charles II, le 16 avril 1496, datée de Monluel, 18 avril, Arch. de Genève, P. H., n° 798.

modo quo sibi videbitur utiliori. Sibi sit auxilio d. syndicus Petrus Charbonerii mente sollicita.

Hugoninus de Ponte habeat de uno providere in hospitali pestilenciali qui sibi videbitur.

Intercedat apud consilium episcopale egregius P. Levrerii ut principalis medietas penarum elargiatur causa qua supra pestilencie.

(*Mandatum.*) — Solvantur Petro Charbonerii qui mandatus de precepto consilii accessit apud Lugdunum ad illu. dominum nostrum ducem cum duobus equis, vacavit quinque diebus, eundo, stando et redeundo, ad rationem duorum florenorum pro singulo die, x ff. p. p., incluso salario equorum. — (*Expeditum est.*)

*Veneris xxix aprilis.* — Quatuor syndici; — de Liga, Paquet, Bezansonus, Grossi.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Johannis Riffaz, de Quencie, parrochie Fringiacci, borserius, parrochie<sup>1</sup>, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

*Lune 2 maii.* — Quatuor syndici; — de Malodumo, P. de Nanto, de Castronovo, Versonay, Paqueti, Grossi, Bueti, Bezansonus, Orsieres.

Fuit ordinatum ut scribatur i. domino nostro duci ut providere dignetur de administratore episcopatu huic de domino episcopo Lausannensi, habita prius deliberacione cum dominis de capitulo.

Fuit deliberatum ut non vendantur carnes super pontem Rodani ultra parvum pontem, deliberacione prehabita cum dominis de capitulo. Sed instetur tollere.

(11) *Martis 3 maii.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — Veyriaco, Planis, Castronovo, Paqueti, Lyonardi, Bueti, Janini, Grossi, Malodumo, Nanto, Sancto Michaeli, Ponte, Bezansonus, Gule, Pecolat, Braseti, Borjali, Versonay, (Lyonardi).

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum pro resta tachii scole lathomis, videlicet Johanni Spatule et Andree Copeti, de lxxxxvij ff. ix g. x d., ut in rotulo. — (*L. est.*)

<sup>1</sup> Le nom manque.

Scribatur in favorem egregii domini Glaudii Grossi illustrissimo principi domino nostro Sabaudie duci.

*Veneris vj maii.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — M. de Liga, Orsieres, Paquet, Castronovo, Janini.

Solvantur vj gr. Mermeto Albergatoris et Amedeo de Sirie qui iverunt ad perreriam pro habendis lapidibus pro scola et textiatura.

Item ij g. cum dimidio Andree Copeti et Johanni Clerici pro pena qua supra.

Domini syndici parati sunt ministrare justiciam de detento, revocatis inhibicionibus.

*(Platea Molaris.)* — Platea Molaris expeditur Roletto Nycolai per unum annum incohatum prima hujus maii pro sex florenis p. p.

*(Platea Domine Nostre et Sancti Gervasii.)* — Eciam platea Sancti Gervasii et Domine Nostre Nycodo Janini per unum annum prima hujus incohatum pro duobus florenis.

*Martis x maii.* — Quatuor syndici; — Versonay, Planis, Castronovo, Paquet, Lyonardi, Nanto, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Bueti, Peyrolerii, Prepositi, Gule, Vincencii, Sancto Michaelae, Veyriaco, Malodumo, Pecolat, Braseti.

Protestati fuerunt domini syndici contra lathomos scole de imperfectione ad que ten[en]tur etc., presentes.

Fuit lecta lictera destinata parte Johannis de Puteo, procuratoris, super facto Areneriarum.

*Veneris xiiij maii.* — Quatuor syndici; — Planis, Paquet, Janini, Sancto Michaelae, Liga.

*(Burgensis.)* — Stephanus filius Johannis Jaqueti, de Longarea, chappellerius, habitator Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

*(Burgensis.)* — Johannes filius quondam Johannis Georgier, de Brens, pacterius, habitator Sancti Germani, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

*(Burgensis.)* — Jacobus Gerdilis filius quondam Francisci, de Marino, condurerius, Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Johanni de Fossali, alias de Villa,

lathomo, in deduccionem tachii de Jargonant pontis, de xx<sup>ti</sup> ff. p. p. — *(Expeditum est.)*

(12) Pro Hugonino de Planchamp, Petrus Montanerii interfuit etc. et domini syndici sunt parati ministrare justiciam revocatis inhibicionibus, presente nobili Ste. Pecolat, castellano.

*Lune xvj maii.* — Quatuor syndici; — d. Veyriaco, Planis, Lompnes, Lyonardi, Milanessii, G. dyamanticida, Bo. Garnesii, Mantillion, Paquet, Orsieres, Borjali, de Verulphis, P. Falquet, Fontaneis, (Milanessii,) de Malodumo, P. de Fernay, Anz. Hugonis, Martinus Bellot, Ja. de Gresse-ney, Jo. Caudy, Lud. Lestelley, Pensabini, Ja. Nepotis, Ja. Minquent, Peyron, Henricus de Nanto, Henricus Polerii, P. Laurencii, Gusmand, Baldisardus Baliardi, (Henr. de Nanto), Ny. Gentilis, Pribelli, (P. Falqueti), Pillison, Glaudius Rolandi, Glaudius Veluti, Palu.

Fuit ordinatum ut dum illu. princeps dominus noster Sabaudie dux quam primum hanc contingerit intrare civitatem, majorem in modum recipiatur. Fiantque personnagia tradita in papiro per instar. Dixene eliguntur pro expensis providendis.

Et, ut res apcius deducatur, eliguntur Henricus de Nanto, Aymo de Bosco, A. Milanessii, Anz. Hugonis, Glaudius Rolandi, Andreas Gervasii.

*(Receptor Anz. Hugonis.)* — Fuit constitutus Anz. Hugonis presens receptor talie fiende pretextu expensarum fiendarum pro premissis.

*Martis xvij maii.* — Quatuor syndici; — d. de Veyriaco, Planis, Versonay, Braset, Castronovo, Lompnes, Lyonardi, Vincencii, Janini, Sancto Michaelae, de Liga, Orsieres, de Ponte, Bezansonus, de Borjali, Bueti, Nanto, Paqueti, Prepositi.

Dictum fuit Anthonio Ligonis ut provideat de alio ponderatore bladi alam.

Lecte fuerunt lictere destinate parte illu. domini nostri ducis super facto subsidiorum. Qua de re fuit ordinatum ad eum fore destinandum egregium Johannem de Planis cum instruccionibus.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum de x ff. hospitali pestilenciali pro necessitatibus inibi succurrendis. — *(Expeditum est.)*

Fuit advisatum super pedagogis Bone et Aquiani ut fiat supplicacio i. domino nostro duci.



(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de iiij ff. 8 g. iij d. sociis super personagiis fiendis, pro expensis ut in rotulo. — (*Expeditum est.*)

Fuit protestatio contra Rolandi carpentatorem scole.

Desinerii Sancti Gervasii.

Ansermetus Joly, Jo. Gotrosii, Amblardus de Leysu, Ansermetus de Tupho.

Non vendantur carnes nec teneatur macellum supra ponte Rodani eminentibus periculis.

*Veneris xx maii.* — Quatuor syndici; — Versonay, Castronovo, de Liga, Janini, Paquet.

(*Platea Fusterie et terrale.*) — Tradite fuerunt platee Fusterie et terralis Plani Palacii usque ad rigolam Basterii, per unum annum prima hujus maii incohandum, pro xxx g. solvendis etc.

(13) (*Mandatum.*) — Debentur Aymoni de Bosco, poterio, pro prevalencia cimballi scole pondere de rupto cum novo facto, xlvij g. iij d. — (*Expeditum.*)

*Martis xxiiij maii.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Planis, Versonay, Castronovo, Grossi, Peyrolerii, Paquet, Lyonardi, Malodumo, Bueti, Orsieres, Sancto Michaele, Bezansonus, Gule, Ponte, Nanto, Picollat, de Liga, Janini, Vincencii.

(*Bocherie.*) — De macellariis super vendicione carniuum, fiant cride muthonales et porcinales vj d., bovinales iij d. obolo, usque ad proximum festum beati Andree.

(*Mandatum.*) — Dantur pro enseludio et boclerio magistris, ij ff. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Destinetur n. Petrus de Versonay ad i. dominum nostrum ducem cum instruccionibus ibidem perlectis, cui tradantur xx ff.

*Veneris xxvij maii.* — Quatuor syndici; — Veyriaco, Planis, Orsieres, de Castronovo, Grossi, Nanto, Vincencii, Paquet.

Fuit facta admodiatio pascui terralium parte Sancti Anthonii Guil-

larmo de Crosa per annum prima mensis hujus incohandum pro uno ff. p. p.

(*Monitier.*) — Fuit ordinatum ut ultimum appunctuamentum factum de non solvendo introgium vini n. Anthonio de Monytier excretum in ejus vineis servetur. Qui promisit contribuere oneribus hujus civitatis prout et ceteri burgenses residenciam facientes.

(*Desinerius.*) — Johannes de Paris fuit constitutus desinerius Perroni.

(*Mandatum.*) — Solvantur eidem super rotulo vj ff. ij g. iij d. — (*Expeditum.*)

*Die Martis ultima maii.* — Quatuor syndici; — de Veyriaco, Planis, Braseti, Castronovo, Paquet, Bueti, Grossi, Janini, de Liga, de Sancto Michaele, Orsieres, Ponte, Nanto, Bezansonus, Lyonardi, Pecolat.

De heredibus Malieti conquerentibus de impositione eis facta occasione terrarum suarum prope Arerim, commictitur Braseti, Paqueti et Ponte.

(*Detenti.*) — Petrus de Archa associatus Petro Montagnerii peciit sibi justiciam ministrari de Planchan detento. Qui domini syndici responderunt recepisse licteras ab illu. domino principe Pedemontis<sup>1</sup> ibidem lectas et dominos de capitulo ab eodem alias, cum quibus de capitulo et consulent et deliberabunt. Deinde faciant prout habebunt in mandatis, nec per eos stare quin justicia ministretur.

Solvantur Petro Regis vj g. pro perquisicione allegacionum super facto subsidiorum.

(*Platea porte Sancti Anthonii.*) — Admodiatur Petro Raynaudi platea ante portam Sancti Anthonii per annum prima hujus incohatum pro viij g.

(*Aqua Viridis.*) — Aque Viridis terrale Johanni Nycolai pro vj g. per annum ut supra incohatum.

Quod nullus vendat panem sub pena perdicionis denariate et iij s. Fiat crida.

(14.) (*Mandatum.*) — Fiat mandatum Glaudio Rolandi et Jacobo de Nemoribus pro primo termino tachii carpentatorum scole de xxv ff. p. p. — (*Expeditum est.*)

<sup>1</sup> Turin, 21 mai 1496, Arch. de Genève, P. H., n° 795.

Fuerunt lecte ordinationes personagiorum fiendorum in adventu illu. domini nostri ducis.

Super tegulis scole barratis, evocetur Rolandi magister operum.

De buellerio pro quo instat d. Humbertus Forrati pretextu terre quam accipere nititur de subtus portam Novam, commictitur Braseti et Bezansono.

Die prima junii per nobiles Petrum Levrierii, Johannem Maliardi et Petrum Charbonerii, consindicos, fuit admissus in capellanum hospitalis pestilencie dominus Petrus Bossonis, dum benefecerit et dominorum sindicorum fuerit voluntatis, presentibus Prepositi, Hugonino de Ponte necnon Mira<sup>li</sup> vicario Sancti Gervasii.

*Martis vij junii.* — Gavid, Levrierii, Maliardi; — d. F. de Veyriaco, Planis, Castronovo, Nanto, Peyrolerii, Paquet, Grossi, Malodumo, Janini, Sancto Michaeli, Liga, Bezansonus, Lyonardi, Pecolat, Bueti, Vincencii.

Fiat rescriptio perlecta a dorso licterarum Planchan quoniam presentati fidejussores minus videntur ydonei.

Eiciatur quedam Perneta periculo epidimie a civitate.

Et capiatur uxor Petri Perrodi ob injuriam per eam illatam P. de Nanto in exercicio sibi commissorum.

D. de Portu, colla[tera]lis consilii Chamberiaci, tulit ordinationem in favorem hujus civitatis, cui donantur duo ff. in causa Aqu[in]e contra dominum Montiscanuti.

*(Daguini.)* — Et Johannes Daguini tubam ducat dum fuerit petitus. Datur sibi una vestis communis librate hujus civitatis super uno burgensi sex ff. p. p., qui in tubic[in]em retinetur per unum annum et ulterius dum fuerit voluntatis etc. — *(Expeditum.)*

Ut reparetur pons retro ecclesiam Sancti Gervasii. Commictitur P. Levrierii et Johanni Maliardi pro concordando cum de Plastro.

*Veneris x junii.* — Gavid, Levrierii, Maliardi; — P. Nanto, de Liga, Peyrolerii, Grossi, Malodumo, Bezansonus, Sancto Michaeli, Chicant, A. Picollat.

*(Mandatum.)* — Solvantur Johanni de Paris xvij ff. vij g. iij d. — *(L. est.)*

*(Mandatum.)* — Item eidem v ff. pro parte civitati contingente cum venerabili capitulo ecclesie Gebenn. causa in rotulo. — *(L. est.)*

*(Borsat.)* — Fuit ordinatum Johanni Borsat, macellarium Gaii, non teneri ad solucionem pontis Rodani, animalium que ducit apud Gaium.

Intrentur vij g. Johanni Fontanelli pro reparacione tube in firma cride.

Datur sociis lathomorum scole qui implerunt tachium unus ff.

*(Domus Denex.)* — Fuit visitata turris domus Denex per Jacobum Quiblerii, Glaudium Rolandi, carpentatores, Johannem Spatule et Andream Copet, lathomos, ad hoc per dominos syndicos deputatos, conquerentibus vicinis. Qui retulerunt minari ruinam et opus est ut dirruatur ubi videbitur signanter dirruenda, a partibus venti, orientis et alibi etc.

*(15) Martis xiiij junii.* — Gavid, Levrierii, Maliardi; — Veyriaco, de Planis, de Castronovo, Peyrolerii, Paqueti, Bueti, Grossi, Janini, de Liga, P. Nanto, Orsieres, de Ponte, Bezansonus, Pecollat, de Malodumo, Vincencii, Chicandi.

*(Burgensis.)* — Jacobus Chautemps, sutor, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro octo florenis.

*(Burgensis.)* — Petrus du Cheney filius quondam Andree, de Ponte Domine Nostre, parrochie nunc beate Marie Nove, chapellerius, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis.

*(Burgensis.)* — Johannes Lengres, de Sancto Juliano in Burgundia, parrochie Sancti Leodegarii, tissotus, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*(Ny. Mistralis.)* — Clama facta per dominos syndicos contra eundem Nycodum et certos alios, fuit inhibitum Nycodo Mistralis ne gaudeat franchesiis quousque fuerit burgensis. Qui respondit esse talem et ob hoc causam pendere coram domino vicario.

Interdicitur Johanni Pecou, tissoto, quousque fuerit burgensis.

De Alamano qui petit se eximi a solutione gabelle salis, commictitur Petrimando de Malodumo et Anthonio Pecolati.

Inhibetur Johanni Brant ne retrahat beguinas.

Johannes Gardet fuit restitutus ad faciendum panem ut prius, precavendo ne redeat, quoniam non fruetur gracia.



*Veneris xvij junii.* — Gavid, Levrierii, Maliardi; — Nanto, de Castrownovo, Bezansonus, d. Fran. de Veyriaco, Grossi, Picolat, Ponte, Janini, de Liga.

(*Burgensis.*) — Ansermetus Grangerii, de Vallerie, filius quondam Jacobi, tissotus, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo ff.

(*Planchan.*) — Petrus Cohendoz alias Montagnerii pro Petro de Archa peciit justiciam ministrari de Planchant. Fuit interrogatus si velit facere partem, petitionemve aut instanciam. Qui respondit quod non etc.

(*Relacio computi de Tulia.*) — Fuit facta relacio computi Johannis de Tulia per Paqueti et Janini receptores. Tenetur in c xxvii ff. v g. et v d., ut in fine computi manu ipsorum receptorum signati.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Mermeto Albergatoris et Guillelmo Mistralis causis in rotulo de c xxxix ff. x g. vij d. — (*L. est.*)

Fuit lecta lictera n. P. de Versonay destinata a curia i. domini nostri ducis ad quem fuit missus.

(*Burgensis.*) — Petrus Guiot, d'Ecorens, chapellerius, filius Johannis, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Glaudius Gaii, de Fabricis, filius Petri quondam, chapellerius, parrochie Beate Marie Nove, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Georgius filius quondam Johannis Curtilliet, de Megeva, chapellerius, nunc parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum hospitalerio pestilenciali de x ff. p. p. — (*Expeditum est.*)

(*Planchamp.*) — Super relaxacione Planchan, fuerunt lecte lictere venerabilis capituli cum opinione spectabilis domini Petri Milieti, doctoris. Et nunc ordinatum ut ipse lictere observentur.

Receptor confitetur habuisse licteras borgesie mencionatas in papiro.

(16) *Martis xxj junii.* — Quatuor sindici; — d. F. Veyriaco, Planis, de Castronovo, Paquet, Janini, Malodumo, Ponte, Bezansonus, B. Sancto Michaele, A. Picolat, Prepositi, Lyonardi, Bueti, Grossi, Peyrolerii, Vincencii.

(*Sufferta.*) — Johannes Bosson, charrerius, de Visencie, solvat et quos

solvere promisit sex g. in quolibet festo Sancti Michaelis donec fuerit creatus burgensis, et interim, mediante hujus modi sufferta, congaudeat franchisesiis etc.

(*Burgensis.*) — Johannes filius Michaelis Alliodi, de Russino, chapellerius, habitator parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Copinus de Brunet, pictor, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Jacobus Gajoz, de Usinens in Semina, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Monetis de Moray, filius quondam Petri, sellerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Henricus Bolye, filius quondam Hugoneti, de Rumilliac subtus Curnilionem, chapellerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Roletus Vionet, charrotonus, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff. p. p.

(*Baleti.*) — Prolongatur terminus de solvendo G. Ballet hinc ad xv dies proximos.

Johannes Janini substitutus assumat et prosequatur causam pro gabellatoribus contra dominum P. de Gerdili.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Maliardi de xxvj ff. per eum traditis Hugonino de Ponte, rectori hospitalis pestis, quos confitetur pro succurrendis necessitatibus ipsius hospitalis. — (*Expeditum.*)

Fiant cride quod nullus per villam defferre audeat gla(u)dios offensibiles.

Fiant cride ne quis de loco pestifero intrare audeat civitatem, nec aliquis aliquem retrahat, sub pena lx s.

(*Mandatum.*) — Mandatur rectori quod non compellat Petremandum de Malodumo, olim receptorem, ad solvendum xiiij ff. vij g. cum dimidio de quibus fuit intratus in ejus ultimo computu, quanquam fuerint intrati in primo et 2° computis. Et ulterius receptores dictorum computorum quod modernum receptorem non compellant ad computandum de ipsis xiiij ff. vij g. cum dimidio. — (*L. est.*)

*Martis xxvii junii.* — Quatuor sindici; — Planis, Nanto, Peyro-

lerii, Paquet, Pecolat, Malodumo, Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Janini, Bezansonus, Grossi.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Guillelmi de Balmets, greator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

Receptis licteris r. p. provincialis Augustinorum, rescribatur ut receptam perficiat, quoniam sibi prebetur auxilium et favor.

*Jovis ultima junii.* — Quatuor syndici; — Planis, Braseti, Peyrolerii, Paquet, B. Sancto Michaeli.

Nobilis Petrus de Versonay reversus ab illu. principe domino nostro Sabaudie duce exposuit gesta per eum.

Egregius Petrus Levrerii consindicus deportavit a consilio licteras Arenariarum cum instrumento annexo.

(17) *Veneris prima jullii.* — Gavid, P. Levrerii, Charbonerii; — de Castronovo, Paquet, Bezansonus, Prepositi, Lyonardi, Orsieres.

(*Burgensis.*) — Richardus Curtet, filius quondam Aymoneti Curtet, de Germanie, lathomus, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis pro octo florenis p. p.

(*Sufferta.*) — Franciscus Renyere, tonsor, fuit positus in sufferta borgesie annuali, sex g. solvendis in quolibet festo beati Michaelis.

(*Burgensis.*) — Egregius Vincencius de Villa, de Bellicio, notarius et ducalis commissarius, fuit creatus burgensis gratis.

Matheus Ginodi confitetur habuisse unam suam culcitram a Ludovico Egorfa sibi traditam, ut asserit, per Franciscum Porchati, quem Ludovicum indempnem servare promittit etc.

Fuit inhibitum per egregium Petrum Levrerii, procuratorem fiscalem, Ludovico Machiffer ne se reperiatur quovismodo cani (?).

Conquesta est uxor Johannis Taluchet lubrica de Nycodo Giron.

*Martis v jullii.* — Quatuor syndici; — d. Franciscus de Veyriaco, de Planis, Paquet, de Liga, Lyonardi, Bueti, Ponte, Sancto Michaeli, Bezansonus, de Nanto, Janini, Pecollat, de Borjali, Orsieres, Versonay, Gule, de Malodumo.

(*Burgensis.*) — Cum causa verteretur inter dominos syndicos hinc et

Nycodum Mistralis, filium Johannis Mistralis, de Landissie, tonsorem, incolam hujus civitatis, eo quod asserebant ipsum Nycodum non esse burgensem, volens litigiorum auffractus vitare, dubitans in causa subcombere, supplicavit dominis sindicis ut ipsum in burgensem retineri dignarentur. Cui supplicationi annuerunt et eum creaverunt burgensem mediantibus octo florenis p. p. acto quod expensas in causa factas solvere debeat. Qui acquievit.

(*Tachium.*) — Traditum fuit tachium latrinarum Domus communis Jacobo Guillioti, pro xxv ff., perficiendum hinc ad unum mensem proximum, profunditatis x pedum, muratas ab omni parte, in quibus sint duo foramina. Cui parte civitatis et sumptibus ejusdem civitatis ministrari debeant tria miliaria carronorum.

(*Ciclati.*) — Fuit facta relacio domus Ciclati in scriptis que reparetur infra duos menses proximos, et interim ne pareat scandallum appodietur.

*Veneris viij jullii.* — Quatuor syndici; — Veyriaco, Castronovo, Versonay, Planis, Paquet, Janini, Nanto, Sancto Michaeli, Malodumo, Bezansonus, Pecolat.

(*Burgensis.*) — Mermetus Lathomi, parrochie Bogeve, filius quondam Rufferii, parrochie Sancti Germani, affanator, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Andreas Cohendoz alias Genissodi, de Balleysonne, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus decem ff. p. p.

(18) (*Compromissum.*) — Johannes Poterelli suo et Katerine ejus uxoris nominibus, necnon Ludovicus Marqueti et Andreas frater, suis et eorum consortium nominibus, pretextu cujusdam plateole juxta eorum domos site, promittunt stare ordinationi dominorum syndicorum et consiliariorum.

(*Missilarii.*) — Michael Lyonardi, Guillelmus Bocardi, Johannes Clerici, Anthonius Burnodi, Romanetus Carpini, Petrus Arbalesterii, Petrus Chapuisii, Girardus Bajole, Glaudius Beatorlet, Johannes de Passie et Gringaudi, Johannes Fontanelli preco, vigiles.

Fuerunt creati et constituti missilarii et custodes etc., ut in franchiseis canetur, sub percepcione unius quarti monete pro singula posa, presentibus etc.



*Martis xij jullii.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Planis, Castronovo, Paquet, Malodumo, P. Nanto, Gule, Janini, Lyonardi, Chicant, Pecolat, Versonay, Orsieres, Grossi, Bueti, Prepositi, de Liga, Braseti, Bezansonus.

Videatur condempnaciones expensarum in criminalibus non esse fiendas ubi sit condempnacio personalis. Et servetur consuetudo in talibus servari solita.

(*Substitutio.*) — Domini sindici substituerunt Johannem Janini presentem in causis etc.

(*Juramentum de Nanto.*) — Honorabilis vir Petrus de Nanto, civis Gebenn., locumtenens magnifici domini vicedompni Gebenn., solitum prestitit juramentum.

(*Magister artillierie.*) — Magister Aymo de Bosco, poterius, fuit constitutus magister artillierie sub stipendiis ordinandis.

*Veneris xv jullii.* — Gavid, Levrierii, Maliardi; — Planis, Paqueti, Lyonardi, Bezansonus, Prepositi, Turci thesaurarius.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Jacobo Quiblerii de contentis in rotulo xxv ff. ij s. iij d. — (*Expeditum.*)

Fiat reparacio pontis ante ecclesiam Sancti Gervasii.

Comparantibus Ludovico et Andrea Marqueti, suis et eorum consortium nominibus, hinc, et Johannes Poterelli, suo et Katerine ejus uxoris nominibus,...

*Martis xix jullii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Planis, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Janini, Bueti, Sancto Michaeli, Borjali, Ponte, Bezansonus, Gule, Chicant, Pecolat, Prepositi.

Fiant cride de infectis gorre, et quod forenses vacuent nec retrahantur.

(19) De Peroneta relicta Rodulphi Hospitis videtur non debere gaudere franchesiis, que multam vini quantitatem vendit. Remittitur ad Veneris proximam, qua die fiet appunctuamentum.

(*Mandatum.*) — In helemosinam herogantur domino Stephano Ginodi, rectori hospitalis pestilencialis, suis exigendis serviciis, quatuor ff. p. p.

Maneant in ipso hospitali unus presbiter cum servitore uno et antiqua servitrice.

Fiant brigantine de arnessiis existentibus in camera Domus communis, et committitur rectori presenti.

*Veneris xxij jullii.* — Gavid, Levrierii, Maliardi; — Bezansonus, Pecolat, Lyonardi, Planis, Sancto Michaeli, Chicant.

(*Martis.*) — Relicta Rodolphi Hospitis remittitur ad Martis.

Stephanus Pecolati conquestus est de.....

(*Mandatum.*) — Solvantur Aymoni Bessoneti xx ff. in deduccionem prime trabature scole pro tercia. — (*Expeditum.*)

*Martis xxvj jullii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Planis, Castronovo, de Malodumo, Gule, de Liga, de Sancto Michaeli, Ponte, Bezansonus, A. Pecolat, Chicant, Bueti, Vincencii, Janini, Jo. Nergaz, de Borjali.

Videntur mensurari debere carbones et prumne, et ob hoc fieri pannerii vendique ad mensuram. Ideo committitur magistro Glaudio de Castronovo et Mantillion.

(*Missiliarius.*) — Hugoninus Mistralis constituitur missiliarius et custos vinearum de Gotarrouz.

(*Burgensis.*) — Johannes Pecou, de Monte Sancti Martini, filius quondam Moneti, faciens pannos, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis pro viij ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de xij ff. [Jacobus Guillioti<sup>1</sup>] in deduccionem precii tachii latrinarum Domus communis. — (*Expeditum.*)

De precio apponendo in nemore, fiat alloquicio in consilio episcopali quod nemus videtur appreciari.

(*De Versonay.*) — De rotulo expensarum quas petit nobilis Petrus de Versonay, examinatis prenominatis consiliariis, salvis de Borjali et Nergaz qui non interfuerunt, visum est nichil ulterius sibi fore solvendum qui jam recepit xxii ff., cum dixerat dum primo dixit se accessurum ultra montes ad dominum pro suis negociis (accessurum), et si aliquibus diebus illuc pro civitate maneret sibi fieret condigna satisfacio; qui parum profuit, quoniam fuerant electi destinandi P. Levrierii et Jo. de Planis, alterve eorundem.

<sup>1</sup> Le nom est en blanc.

Prohibentur imunitates franchesiarum Guillelmo Pignati, cum non sit burgensis.

(20) *Veneris xxix jullii.* — Gavid, Levrerii, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Planis, de Castronovo, Sancto Michaeli, Lyonardi, Paqueti, Ponte, Janini, A. Picolat, Gule, Jo. Nergaz.

Quoniam Ludovicus Festi paravit et aggredere satagit incolas hujus civitatis maxime Gladium Taconis, visum est et ordinatum ut narrantes fortes faciant egregium Gladium de Spada, procuratorem fiscalem Galiardi, ad capiendum ipsum Ludovicum.

Johannes Fontanelli vigil refert de precepto dictorum sindicorum dixisse Johanni Ducis, reperto in ejus domo, quatenus ad eos veniret nonnulla sibi exponenda auditurus. Qui respondit, licet repetita vice sub pena privacionis borgesie, quod ad eos nullatenus accederet.

Idem Johannes Ducis confitetur dixisse et respondisse dicto vigili, quia agere habebat, quod forte non iret.

(*Jo. Ducis.*) — Deliberacione prehabita cum prenominate consiliariis, dictum Johannem Ducis privandum diximus borgesiam et privamus.

De Ludovico Fener, evocetur coram dominis vicariis.

Scribatur domino abbati Sancti Eugendi contra Ludovicum Festi qui aggressus est aliquos de hac civitate paravitque se tam in Sancto Eugendo quam seorsum.

Tradantur Francisco Maruglerii, defferenti unam licteram domino Sancti Gladii, ij ff.

Item Jacobo de Nanto, defferenti unam apud Lausanam, ij ff.

(*Mandatum.*) — Solvantur Jacobo Bueti et Gladio Rolandi xxv ff. pro fienda solucione tachtii tecti scole. — (*Expeditum est.*)

Scribatur dominis de justicia Lausane etc.

*Die Martis ij augusti.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Castronovo, Paquet, Planis, de Liga, Bezansonus, Gule, Chicand, Pecolat, Lyonardi, Nergaz, Bueti, Grossi, Malodumo, Janini.

De Johanne Ducis qui supplicat restitui in burgensem, remictitur ad Veneris proximam.

Commictitur receptio fuste ale Paqueti et Grossi.

De caseis et nemore, fuit ordinatum quod domini syndici duo alter-

natis vicibus qualibet septimana advideant, provideant et facient prout eis videbitur.

De Areneriis, fiat demonstracio dominis de capitulo et ostensio jurium.

*Veneris v augusti.* — Gavid, Levrerii, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Planis, Castronovo, Malodumo, Paquet, Sancto Michaeli, Bezansonus, Pecolat, Nergaz, Chicant.

(*Burgensis.*) — Johannes Ducis, privatus borgesiam xxix nuper lapsi mensis jullii, ad ejus requisicionem fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Donantur eidem suis obsequiis exigentibus quatuor ff. p. p. qui mandantur deduci etc.

(*Chivilliardi.*) — Prohibitum fuit per egregium Petrum Levrerii, procuratorem fiscalem, Amedeo Chivilliardi, sub penis juris et xxv libr., ne congregationem, conventiculum, monopolium aut alia vetita facere audeat quelibet vel presumat, nec incitare aliquem ad id faciendum.

Thesaurarius redigi faciat librum Domus communis magne forme in validam et bonam formam.

(21) *Die Martis ix augusti.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. Veyriaco, Planis, Versonay, Grossi, Castronovo, Paquet, Lyonardi, Sancto Michaeli, Bueti, Janini, Bezansonus, Borjali, Chicant, Gule, Malodumo, Pecolat.

(*Missiliarii.*) — Pro eorum pena et labore in animalibus per eos capiendis in dampno, percipiant ut infra :

Pro equis, bobus, vachis, (equis,) capris, porcis et ceteris grossis animalibus, de nocte tres g. pro quolibet animali, de die vero sex quartos.

Pro muthonibus vero quolibet, nocte ij quartos, de die j quartum.

Parimodo de anseribus sive ocquis, reservata mitigacione et augmentatione in premissis dominis sindicis, prout eis videbitur etc.

Quo vero ad derobantes et capientes sepes et cidentes sisias, vin[e]as et arbores, remictantur in manibus officiariorum pro debita justicia ministranda.

Dentur fratribus conventus Predicatorum omnes favores possibiles et



scribatur i. domino nostro duci in eorum favorem, ne a conventu instanciis nonnullorum eorum emulorum eiciantur.

Prohibentur franchises Guillelmo Cugnat donec sit burgensis.

Fiant cride quod non ematur bladum nisi in plateis mercati bladi.

De Michaele de Ripa, qui petit duos ff. per eum concessos, fuit vocatus Cavucini qui ad solutionem tenetur.

De commissario Terniaci pretextu Areneriarum, exponatur dominis de capitulo.

(*Lictere testimoniales.*) — Die ix augusti in capitulo in quo erant d. prepositus, cantor, Greyeres, Mononis, Ay. et P. de Lornay, F. de Viriaco, de Grandivalle, de Solario, egregii Gavid, Maliardi et Charbonerii, sindici, exhibuerunt licteras dominicales Areneriarum.

De admodiosa, sigilletur ejus citurnus.

De nobili Petro de Versonay, fuit facta conclusio xxvj jullii que servetur.

(*Admodiatio ponderis bladi.*) — Die xj augusti, m<sup>o</sup> iiii<sup>c</sup> lxxxxvj, ind. xiiij, venerabiles domini Petrus de Grandivalle et Petrus Mononis, canonici, agentes pro venerabili capitulo sede episcopali vacante, necnon egregii Glaudius Gavid, Johannes Maliardi et Petrus Charbonerii, consindici, admodiant totum pondus bladi honesto viro Johanni Bufflet, civi Gebenn., presenti etc., factis solitis cridis per Johannem Fontanelli, preconem, presentem, refferentem, ad et per tres annos proximos, xv hujus augusti incohandos, tanquam plus offerenti, sub firma cujuslibet anni centum et triginta florenorum p. p. per eum solvendorum tribus terminis solitis. Et ad ejus preces et requisicionem se constituerunt fidejussores et principales, quilibet principaliter et insolidum, honorabiles viri Nicolaus Everbaux, sutor, et Glaudius Taconis, cives Gebenn., insolidum; promictentes, etc., videlicet admodiatores manutenere etc., et dicti admodiarius et fidejussores quilibet principaliter et insolidum solvere etc.; et idem Bufflet bene regere sub pena juris etc., fidejussorresque indempnes servare; submictentes se dicti Bufflet et fidejussores omnibus curiis, incarcerationi personarum etc., renunciantes etc., juridicenti principalem prius conveniendum quam fidejussores, epistole divi Adriani etc. Actum Gebenn. in claustro Sancti Petri, presentibus Michaele de Liga, Johanne Nergaz, G. Rogeti, Petro de Nanto, Glaudio Philippi et pluribus aliis. De Crosa.

(22) *Veneris xij augusti.* — Gavid, Maliardi, Peyrolerii; — d. F. de Veyriaco, Planis, de Castronovo, Paquet, Janini, Bezansonus, Nerga, Borjali, Chicant, de Liga.

(*Custos vinearum de Secheron.*) — Petrus de Leschieres, quantum actinet civitati, constituitur custos vinearum de Secheron.

Prohibetur borgesia Jacobo Mestralet.

Cui inhibetur per P. Nanto, castellanum, sub pena lx g., ne Stephanum Foliet turbet in passagio cujusdam orti siti.....

(*Martis.*) — De Jacobo Gay detento remictitur.

(*Mandatum.*) — Exequantur lictere et solvat Michaeli de Ripa duos ff. receptor.

(*Burgensis.*) — Jacobus Hospitis, filius quondam Rodulphi Hospitis, de Tagningio, de voluntate ejus matris Peronete, relicte Rodulphi Hospitis prenominati, eos requirentis, creatur burgensis mediantibus xij ff. quos ejus mater solvere promictit etc. ad requestam receptoris.

*Martis xvj augusti.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Planis, Versonay, Castronovo, Gule, Prepositi, Paquet, Lyonardi, Grossi, Sancto Michaele, Ponte, Bezansonus, Chicant.

Dumodo commissarius Terniaci pro civitate adeo sit auxilio occasione Arena[ria]rum perveniat optatui, detur pannus unius vestis ejus uxori. Et primo expectetur dominus Castriveteris.

Glaudius Taconis exposuit sicut nobilis Lud. Festi comminatur de eum occidendo, petens sibi de eo existenti apud Vesina justiciam sibi ministrari et dari licenciam eum prosequendi. Cui responsum est ad eos non (non) pertinere sed dominis pro domino episcopo erga quos instanciam debitam facient.

Johannes minuserius exegit a Jacobo Peroneti, pro fimo, vij g.

(*Sufferta.*) — Ponitur in sufferta borgesie <sup>1</sup> dictus Crusilietaz. Tradantur Gringaudi tres g. pro eundo Terniacum ad commissarium.

*Die Veneris xix augusti.* — Gavid, Maliardi, sindici; — d. F. de Veyriaco, Planis, Versonay, Castronovo, Paqueti, Sancto Michaele, Bezansonus, Chicant, Lyonardi, Nergaz.

<sup>1</sup> Nom et prénom manquent.

(*Mandatum Joly.*) — Leta, relicta Petri Joly, presentibus d. Petro Serpoli, A. Lyonardi et Johanne Nergaz, remittit prefatis sindicis quicquid juris habet in domo per dominos syndicos pridem albergata domino Petro Serpoli mediantibus x ff. p. p. — (*Expeditum est.*)

(23) Super differentia Guillelmi Gay contra Guillelmum Bocardi, fuit cognitum per dominos syndicos quod idem Gay solvat eidem ij ff., quod ratum habuit.

*Martis xxiiij augusti.* — Quatuor syndici; — d. F. de Viriaco, de Planis, Versonay, G. de Castronovo, Paqueti, Grossi, Malodumo, de Ponte, Bezansonus Dorerii, Gule, Picolat, Nerga, Chicant, Prepositi, Janini.

(*Sufferta.*) — Girardus de Canali, borserius, parrochie Sancte Crucis, donec fuerit creatus burgensis ponitur ad suffertam mediantibus tribus g.

Reparetur passagium de Cornavin et committitur Maliardi, presenti, etc.

Mantillion tollat fichias etc.

Vadant syndici oviam domino Castriveteris et loquantur eidem si opus fuerit.

De Areneriis, subsidiis, Lud. Festi, Lud. Fener, nundenis, justicia et banderetis apponendis in scola.

*Die Veneris xxvj augusti.*

(*Custos vinearum.*) — In manibus nobilis Glaudii Gavid, consindici, Franciscus Pochonis, custos vinearum de Frontonay deputatus, solitum prestitit juramentum, presentibus Ja. Paquet, Jo. de Planis, Jo. Nergaz, A. Gule, Bez. Dorerii.

*Eadem die.* — Quatuor syndici; — Planis, Castronovo, de Sancto Michaeli, Paquet, Bezansonus, de Ponte, Chicant, Jo. Nergaz.

Fiant demonstrationes et advisamenta domino Castriveteris, gubernatori Breissie, qui pro civitate erga illu. dominum ducem Sabaudie sit intercessor. Cui dentur, habito consensu consilii de L qui congregentur Dominica proxima mane, videlicet ij<sup>c</sup> ff. et Lyobardi xl ff. p. p., de et pro subsidiis, ut non impetamur pretextu eorundem, Areneriis, bocheria et nundenis.

(*Baleti.*) — Committitur factum Guillelmi Baleti de Planis, Bezansono, Paqueti et de Crosa, quos elegit idem ipse Hugoninus de Bolo, quorum relacioni vult stare, deinde pronunciacioni d. sindicorum.

Currat marche suo monicio generalis (?).

(24) *Dominico xxix [xxviiij] augusti.* — Quatuor syndici; — d. de Brandil, d. F. de Veyriaco, Planis, Picolat, Chicant, Ja. Nepotis, Versonay, Ny. Guati magister monetarum, de Malodumo, Grueti, Sancto Michaeli, Nergaz, A. Milanesei, Jo. Donzelli, M. Belloti, P. Jo. Bruni, A. Gervasii, Lyonardi, Nycodus de Villaris, Grossi, G. Baleti, Fontaneis, Janini, Prepositi.

Civitas impetitur parte ducali pretextu Areneriarum, subsidiorum, solucione lingarum bovinialium matandorum in macello Longuemale. Super quo, eciam pro nundenis obtinendis et aliis agibilibus apud illu. principem dominum nostrum Sabaudie ducem indiget civitas auxilio, consilio et favore spectabilis domini Castriveteris, gubernatoris Breissie, et egregii<sup>1</sup> Lyobardi, consiliariorum ducalium, quibus dentur: eidem domino gubernatori videlicet ducentum flor. p. p. et eidem Lyobardi quadraginta ff.

(*Mandatum.*) — Et mandatur thesaurario quod solvat. — (*Expeditum.*)

Fiant demonstrationes super excessiva exaccione scripturarum vicariatus de qua multi conqueruntur.

Advisamenta super facto nundenarum debita fiant. Ob hoc eliguntur dominus de Brandil, magister monetarum, Jo. Maliardi, P. de Versonay, Gladius de Castronovo, Andreas Gervasii.

(*Commissarius extentarum.*) — Guillelmus de Crosa, secretarius, fuit ibidem constitutus commissarius et receptor extentarum communis civitatis Gebenn. Grueti recepit instrumentum.

*Martis penultima augusti.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Planis, Paquet, Grossi, Janini, Malodumo, de Liga, Sancto Michaeli, Orsieres, Bezansonus, Pecolat, Chicant.

(*Sufferta.*) — Petrus Ardy, de Gissie prope Pers, parrochie Magda-

<sup>1</sup> Le prénom manque.



lenes, fuit positus in sufferta mediantibus sex g. donec fuerit creatus burgensis.

(*Burgensis.*) — Magister Benedictus Humberti, faciens cartas, de Sancto Martino de Freneto, parrochie nunc Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Amyaux de sex ff. per eum a dicto burgense exigendis pro reparacione latrinarum Sancti Gervasii.

(*Burgensis.*) — Petrus Pastoris, de Lancye, macellarius, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Exposita fuit per dominos syndicos donatio facta domino Castriveteris de ijc ff. et Liobardi de xl, de quibus fiat mandatum de solvendo. — (*Levatum.*)

Intrentur thesaurario xx ff. quos superioribus diebus tradidit P. de Versonay misso ad dominum. — (*Levatum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Ay. de Bosco super rotulo de xxxiiij g. — (*Levatum.*)

*Jovis prima septembris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Planis, Versonay, de Sancto Michaeli, Castronovo, Lyonardi, Prepositi, Grossi, Paquet, Orsieres, Bezansonus, Braseti, Pecolat, Nerga, Chicant, Bueti.

Super petitione et querela Ludovici Festi fuit deputatus d. F. de Veyriaco.

(*Domus Sonnay.*) — Fuit injunctum instanter per dominos syndicos Gavid, Levrierii et Charbonerii, per P. de Nanto, castellanum, Johanni de Sonay, presenti, quatenus spondam ejus domus repararet hinc ad proximum festum beati Michaelis sub pena interesse cujus intererit et lx g., presentibus Bald. Set, Jo. de Crosa.

(25) *Veneris 2 septembris.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, de Sancto Michaeli, de Planis, de Ponte, Versonay, Bezansonus, Nergaz, Grossi, Janini, de Castronovo, Chicant.

(*Burgensis.*) — Johannes Conversi filius Stephani, de Vanve in Semina, parrochie Sancte Crucis, barbitonsor, pro viij ff. fuit creatus burgensis.

(*Burgensis.*) — Petrus Bovardi, tissotus, de Sonve, filius quondam

Glaudii, parrochie Sancti Victoris, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo Bueti et Glaudio Rolandi, carpentatoribus, in deduccionem tachii scole, de xxv ff. p. p. — (*Expeditum.*)

(*Custos vinearum.*) — Johannes Parti fuit constitutus custos vinearum de Secheron.

Fuerunt lecta capitula nundenarum que ostendantur domino gubernatori.

Fuit lecta lictera responsalis lictere delate parte illu. domini nostri ducis super adeptione possessionis episcopalis sedis, que sub illa forma mictatur.

|| Fiat mandatum magistro Johanni Guency..... ||

*Martis vj septembris.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, de Planis, Castronovo, Paqueti, Bueti, Grossi, Janini, Malodumo, Sancto Michaeli, Orseriis, Ponte, Bezansonus, Chicant, Nergaz, Picolat.

(*Burgensis.*) — Nycolaus Bezat, parrochie Doveni, sutor, filius quondam Petri, parrochie nunc Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum vigilibus, pro pulsacione grossi cimbali estate presenti, de decem ff. p. p. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Moneto Bessonnet de l ff. p. p. in deduccionem fuste scole. — (*Expeditum.*)

Scribatur domino gubernatori Breissie super facto nundenarum et quod mictat salvumconductum per Guillelmum Bocardi qui ad eum destinetur.

*Veneris ix septembris.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Planis, Grossi, Bezansonus, Castronovo, Nergaz, Chicant.

(*Baleti.*) — Audita relacione Ja. Paqueti, Bez. Dorerii, Janini, Hugonini de Bolo et de Crosa, quia Guillelmo Baleti bina vice fuerunt intrati in computo de lxxxx ff. videlicet in rotulo, et ulterius in licteris patentibus, qui sibi fuerunt intrati, pronunciat per eum esse restituendos lxxxx ff., in ejus absentia, vocato per Jo. Arbalesterii, ut retulit.

(26) (*Mandatum.*) — Dentur duo ff. du trec dicto Rivolles, heraldo, qui parte ducali tradidit unam licteram clausam concernentem nundenas<sup>1</sup>; super qua rescribatur.

(*Tabasan.*) — Petrus Tabasani, super quadam differencia cum vigilibus pretextu sui equi reperti in dampno, promisit stare ordinacioni d. sindicorum et consilii, omni appellacione cessante etc.

(*Mandatum.*) — Solvantur Johanni Laurencii ut in rotulo x ff. viij g. — (*Expeditum.*)

*Die Lune xij septembris.* — Quatuor syndici; — Pesmes, d. Fran. de Veyriaco, magister monetarum, Versonay, Castronovo, Paqueti, Grossi, Janini, de Malodumo, Ponte, Lyonardi, Bezansonus, Nergaz, Planis, Bueti, G. Rogeti, de Muro.

Fuit exposita differencia matrimonialis filie Lyonardi Aquineaz et domini de Fernay, super qua d. vicarius habet cognoscere.

Super certis verbis injuriosis ut dicitur illatis nocte nuper lapsa per Ja. de Muro et Roletum Exerton egregio consindico Petro Levrierii, stare idem ipse voluit cognicioni consilii ordinarii.

*Martis xiiij septembris.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, dominus de Brandil, P. Versonay, Jo. de Planis, Claud. de Castronovo, Peyrolerii, Paqueti, Grossi, de Malodumo, Janini, Vincencii, B. de Sancto Michaeli, Jo. Nergaz, Bezansonus, Chicant, Pecolat, Lyonardi, Ponte, Bueti, Gule.

Querelose exposuit nobilis Maria, relicta Lyonardi Aquineaz, organo egregii domini judicis Beugesii, sicuti dum in ecclesia beate Marie Magdalenes Dominica nuper lapsa desponsacio ejus filie cum.....<sup>2</sup>

*Veneris xvj septembris.* — Quatuor syndici; — d. de Brandil, d. Fran. de Veyriaco, Grossi, Versonay, Planis, Sancto Michaeli, Bezansonus, Pecolat, Orsieres, de Castronovo, Paqueti, Nergaz.

(*Mandatum.*) — Exigentibus serviciis per Petrum de Nanto civitati,

<sup>1</sup> Turin, 3 septembre, Arch. de Genève, P. H., n° 798.

<sup>2</sup> Voir à ce sujet la lettre du duc Philippe au Conseil, Turin, 24 septembre, Arch. de Genève, P. H., n° 798, impr. dans Galiffe, *Matériaux*, t. I, p. 315.

signanter ob pestem fugandam hactenus impensis, donantur sibi decem ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Item solvantur domino Guenci, olim rectori scolaram, pro resta salarii domus, quinque ff. — (*Expeditum.*)

(*Albergamentum.*) — || Domini syndici albergaverunt Collete, uxori Petri de Prato, presentis, et Francesie, relicte Glaudii Lanoex, absentis, me notario et Petro Cuchet, conreatore, ad opus ejusdem recipientibus, unam peciolam areneriarum sitam in Areneriis Areris citra Arerim, juxta terram conventus Augustinorum ab oriente, et terram Ludovici Martellet ab occidente, aquam Areris a vento, et terram eorundem albergatariarum alterius feudi a borea; sub introgio unius floreni p. p. et censa seu servicio annuali unius denarii et unius oboli monete etc.; presentibus Petro de Orseriis et Jo. Grossi; — Michaeli Lyonardi et P. Arbalesterii. Et recognoscant. ||

(27) *Die Martis xx septembris.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Planis, Castronovo, Peyrolerii, Bueti, Grossi, Janini, Vincencii, de Malodumo, Gule, Pecollat, Chicant, Nergaz, Sancto Michaeli, Ponte, Bezansonus, Paqueti.

(*Juramentum d. vicarii.*) — Re. dominus || Gladius || Petrus de Castroveteri, apostolice sedis prothonotarius, prestitit vicariatus juramentum.

(*Juramentum d. judicis appellacionum.*) — Juramentum prestitum per venerabilem dominum Jacobum de Malvanda, judicem appellacionum.

(*Juramentum d. officialis.*) — R. dominus Amblardus Goyeti, officialis curie Gebenn., solitum prestitit juramentum.

Super supplicatione Petri de Nanto, videantur registra refferenda.

De nundenis, supersedeatur usque Jovis.

(*Balli.*) — Johannes de Crosa, Boquera, Lambertus et certi alii circumvicini domus Johannis Balli exposuerunt eam minari ruinam, requirentes provideri.

Fiant cride super pane.

*Veneris xxiiij septembris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Castronovo, Paqueti, Peyrolerii, Janini, Bezansonus, Nerga.



Dentur domino bastardo de Sabaudia vj alabastra dragie, vj torchie, due amphore malvati[ci] et ypocratis et due vini.

Visitetur iter in Areneriis de quo conqueritur A. Dannelleti per Paqueti, thesaurarium, et de Crosa.

Mictatur nuncius ad dominum gubernatorem Breissie cui scribatur pro salvoconductu in favorem nundenarum obtinendo.

Johannes Ponceti et Johannes Balieti protestatiferunt de dampno quod infertur in eorum cavis.

Visitetur fons in Molari existens.

Fiat laudimium Berthodo Gaux de v ff.; residuum sibi elargitur ac tento dampno per eum passo.

(28) *Die Martis xxvij septembris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, de Planis, Peyrolerii, Bezansonus, Gule, Braseti, Chicant, Lyonardi, Nergaz, de Castronovo, Grossi, Paquet, de Malodumo, Sancto Michaelae, Pecolat.

Fuit ordinatum Gladium de Castronovo esse mictendum ad illu. principem dominum nostrum Sabaudie ducem super facto nundenarum et salvoconductu obtinendo, qui defferat licteras oportunas cum instructionibus, sub expensis ordinandis.

Super itinere sive passagio petito per Petrum Corne, commictitur Jo. Maliardi, de Ponte et Bez. Dorerii qui visitent et refferant etc.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Johanni de Paris super rotulo de xix ff. xj g. ix d. — (*L. est.*)

*Mercuri xxvij septembris*, in castro Insule. — Gavid, Maliardi, Charbonerii, Levrierii; — d. Fran. de Veyriaco, Planis, de Sancto Michaelae, Versonay, Castronovo, Nergaz, Ponte, Paquet, Bezansonus, Braseti, Grossi.

Super expedicione magistri Gladii de Castronovo, ut heri fuit ordinatum, mictendi ad dominum ducem, ut die crastina iter arripiat, fuit ordinatum quod sibi solvantur duo floreni p. p. pro singulo die, eundo, stando et redeundo, et nichil ultra exponatur quovismodo, nec etiam pro sigillo dicti salvoconductus.

Et fuerunt ibidem lecte instructiones, et scribatur pro clericatura alarum, pro magistro alarum.

Ita ordinaverunt quatuor sindici.

Cridetur vinum novum j quartum.

Nichil ultra data detur illu. domino Bastardo.

*Die Veneris ultima septembris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. Fran. de Veyriaco, de Sancto Michaelae, Peyrolerii, Paquet, Lyonardi, Grossi, Nergaz, Bezansonus, Ponte, Picolat.

(*Mandatum.*) — Solvantur Petro de Nanto, inclusis x ff. sibi jam elargitis, pro toto tempore preterito pene per eum substente, videlicet xv ff. — (*Expeditum est.*)

Intrentur iiij<sup>xx</sup> ff. receptori per eum ut dicit librati in burgensibus constito de recepta licterarum. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur magistro scole x ff. pro domo scole. — (*Expeditum est.*)

(*Firma.*) — Admodiatur scanum sive archa sup<sup>1</sup>

Johanni Fouraux, presenti, per unum annum heri incohatum, sub firma duorum florenorum per eum solvendorum secundum bonos usus.

(29) *Die Martis quarta octobris.* — Quatuor sindici; — Lyonardi, de Malodumo, Bezansonus, Paquet, Planis, Braseti, Orsieres, Versonay, Nergaz, Ponte, Gule, Chicant, Janini.

Retulerunt Johannes Chavanel et Johannes Magnini terminasse, presente Andrea Quercus.

|| Andreas Quercus pro duabus arboribus nucum sitis subtus Champel prope ejus terram, promittit solvere communitati tres g. quamdiu gaudeberit, alias non. ||

Dentur due cocassie vini Fratribus Minoribus pro eorum festo hodie beati Francisci.

(*Albergamentum.*) — Albergatur Johanni Frumenti, macellario, presenti, una grangia civitatis cridata, tanquam plus offerenti, pro introgio xxi ff. et servicio annuali trium den. Gebenn. etc.; presentibus Johanne Janini, Michaelae Lyonardi. — (*Levatum est.*)

Compellatur Guillelmus Balleti pro solucione obtinenda de lxxxx ff. (*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat quatuor ff. Johanni Garneronis,

<sup>1</sup> La fin de la ligne est restée en blanc.

procuratori Viennensi, pro actis et jornatis cause contra relictam de Fogia.

*Die Veneris vij octobris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. Veyriaco, Peyrolerii, Paquet, Gule, Nergaz.

Aymo de Bosco pro duabus arboribus nucum daturum se obtulit sex ff. p. p.

Chiviliardi faciat pavementum prope ejus domum.

Committitur visitacio cujusdam passagii Arenariarum P. Charbonerii, Paqueti, P. Darloz, Chalex et Crosa. Refferant Martis.

Cridetur r<sup>o</sup> grangia remissa civitati per Mauricium Vuy, de qua daturum se obtulit<sup>1</sup> Levrati, fornerius, xxx ff.

De Johanne Biolesii, detento, domini sindici parati sunt ministrare justiciam.

Ad querelam dominorum sindicorum et Humberti Monachi, capiatur.

(30) *Die Martis xj octobris.* — Gavid, Levrierii, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Planis, Peyrolerii, Paquet, B. de Sancto Michaeli, Gule, Picolat, Nergaz, Chicant, Grossi, Bezansonus, Lyonardi, Versonay, de Malodumo, de Ponte.

(*Patry et Navete.* — *Mandatum.* — *Protestacio.*) — Concluditur quod tradantur quatuor lictere burgensium pro emolumento eorundem exigendo per Johannem Navete et Franciscum Patruti ultra eis donata, implicande fideliter et probe pro tuhicione communis et possessionum feudalium presentis civitatis Arenariarum ab impetu Areris. Quo vero ad viginti florenos taxatos curatori heredum Benedicti Malieti, fuit appunctuatum et ordinatum quod illos implicet, ultra ea que fuerunt neccessaria pro tuhicione qua supra, prout melius noverit eque faciendum. Et fiat mandatum. Contra quos prefati domini sindici, vice et nomine civitatis et quorum interest, protestatifuerunt etc.

(*Burgensis.*) — Nicodus de Prato, de Confignione, fornerius, habitator Fusterie, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

Scribatur illustrissimo domino nostro duci pro expedicione magistri

<sup>1</sup> Prénom en blanc.

Glaudii et pro clericatura alarum annexanda magistratui alarum ut alias.

*Die Veneris xiiij octobris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, de Planis, Paqueti, Peyrolerii, Nergaz, Chicant.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de c et iiij<sup>or</sup> ff. allocandis et intrandis de borgesiiis per eum tradendis Francisco Patri et Johanni Navete. Et cancelletur aliud mandatum de iiij<sup>xx</sup> ff. quorum in loco ponantur c iiij ff. — (*Expeditum.*)

Corrigatur error in borgesia magistri Johannis Boverii, et corrigatur Nycolas.

Non vendatur vinum novum patrie ultra tres d. et fiat crida sub pena iij s.

Et mudentur carrerie sub pena iij s.

*Martis xviiij octobris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, de Planis, Braseti, Peyrolerii, Janini, Prepositi, Lyonardi, Paquet, Grossi, de Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Gule, Nergaz, Pecollati.

(*Burgensis.*) — Magister Johannes Jacobus Gestelli, de Savilliano, phisicus, fuit creatus burgensis gratis.

(*Burgensis.*) — Egregius Anthonius Roberti, de Lugduno, fuit creatus burgensis mediantibus decem ff. p. p.

Nichil donetur P. de Nanto ultra xv ff. jam ordinatos.

(31) Scribatur illu. domino nostro in favorem Johannis Grossi. Eciam domino Lausannensi.

|| Solvantur receptori civitatis Jo. Turci lxxij ff. p. p. pro duodecim... ||

(*Mandatum.*) — Thesaurarius solvat Johanni de Paldo et Ludovico de Corneto lxxij ff. p. p. pro xij brigantinis redditibus, existentibus in Domo communis, ad rationem cujuslibet vj ff. p. p. — (*Levatum est.*)

(*Albergamentum.*) — Anno Domini m<sup>o</sup> iiijc lxxxvj, ind. xiiij et die xviiij octobris, factis debitis cridis per Johannem Fontanelli, preconem, refferentem, de grangia una hujus civitatis sita in cancello Judeorum, a parte Scoriatorie, juxta grangiam Guillelmi Gota ejusdem feudi a parte montis de Salevoz, domum heredum Andree de Douris a borea, carreriam publicam ab oriente, et menia hujus civitatis sive bastimenta



a vento. Eadem grangia fuit albergata ac in feudum et emphiteosim perpetuos tradita Glaudio de Ponte, filio Petremandi de Ponte, parrochie Ville Magne, presenti etc., sub introgio triginta unius florenorum p. p., habitorem per receptorem nobilem Johannem Turci, presentem etc., et sub servicio annuali sex denariorum Gebenn. Presentibus in aula consilii et in ipso consilio Michaeli Lyonardi et Guillelmo Bocardi, burgensibus Gebenn.

Nonobstante quictancia dictorum xxxj ff. idem albergatarius illos solvere promittit receptori Johanni Turci, presenti, ad ejus primam requestam, presentibus quibus etc. — (*Levatum est.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur Petro Maruglerii, fornerio, tres ff. v g. ut in rotulo.

(*Baleti.*) — Guillelmus Balleti, super petitione sibi facta per dominos syndicos super restitutione lxxxx florenorum, promittit stare summarie ordinacioni consilii ordinarii, audita relacione egregiorum Johannis de Planis, Petri Braseti, Jacobi Paqueti et Johannis Janini.

*Die Martis xxv octobris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Jo. de Planis, de Castronovo, Peyrolerii, Paquet, Orsieres, de Ponte, Vincencii, Bezansonus, Janini, Gule, Nergaz, Picollat, de Borjali, de Liga, Bueti, de Malodumo.

(*Burgensis.*) — Giletus de Bilion, de Cabilone supra Sagonam, pictor, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Eyne Singlar, de Berno, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Mauricius Vuy.*) — Audita relacione Anthonii Lyonardi, Jacobi Paqueti et mis Guillelmi de Crosa, deputatorum ad hoc, super reparacione grangie quictate per Mauricium Vuy, deducantur de erragiis per eum debitis quinque floreni p. p.

Non vendatur vinum ultra tres denarios.

Rediit [Glaudius de Castronovo] ab illu. principe domino nostro

<sup>1</sup> Sauf-conduit donné par le duc Philippe de Savoie en faveur des marchands se rendant aux foires de Genève, daté de Turin, 14 juin 1496, Arch. de Genève, P. H., n° 796.

Sabaudie duce, qui detulit licteras salviconductus et alias declaracionis nundenarum <sup>1</sup>. Audita fuerunt que idem Glaudius retulit.

(*Vindret.*) — Prefati domini syndici sindicario nomine promiserunt servare indempnem Hugon. Vindreti, ibidem presentem, a caucione per eum prestita in causa Agwine etc.

(32) *Die Mercuri xxvij octobris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. Fran. de Veyriaco, de Castronovo, Peyrolerii, Orsieres, Bueti, de Ponte, Bezansonus, Jo. Nergaz, Gule, Pecolat.

(*Nundene.*) — Fuit ordinatum super facto nundenarum ut in observatione licterarum illu. principis domini nostri Sabaudie ducis.

Fiat publicacio in debita forma voce preconis.

Que perlecte fuerunt eciam per consilium episcopale, de cujus eciam hujusmodi consilii precepto illas cridari in formam redegei debitam. In consilio episcopali aderant : d. Andr. de Malvanda, Amblardus Goieti, vicarius generalis; P. de Grandivalle, Philibertus de Bona, Ro. Conodi, Ja. de Malvanda; Glaudius Gavid, P. Charbonerii, consindici; P. Floreti, Percivalus Peyrolerii, Glaudius de Castronovo, Petrus de Orsieres.

Fuerunt facte cride in crastinum per Jo. Fontanelli preconem.

*Die xxvij octobris, vigil S. Symonis et Jude.*

(*Firma alarum.*) — Anno Domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxxvj et ind. xiiij, die vero vicesima septima octobris, domini syndici Johannes Maliardi et Petrus Charbonerii syndici et sindicario nomine tocius communitatis admodiaverunt et in admodiacionem tradiderunt viro honesto Bezansono Dorerii, cinturerio, civi Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti, videlicet jus alarum veterum, grossi ponderis, ruagii et rivagii communitati pertinens, spacio unius anni die crastina incohandi et simili die anno revoluto finiendi, sub firma quatercentum et sexaginta florenorum p. p., cum honore et onere, perdis, lucris assuetis et non assuetis, solvendorum terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, aliam terciam partem in nundenis Pasche et aliam terciam partem in nundenis augusti sequentis. Promittentes etc., videlicet dictus Bezansonus solvere et cavere Martis proxima in consilio ordinario, et dicti syndici eo nomine manutenere etc., renunciantes etc. Actum in claustrum Sancti Petri, presentibus d. F. de Veyriaco, honorabilibusque

viris Jacobo Paqueti, Hugonino de Ponte, Guillelmo Rogeti, Johanne Nergaz, Michaele de Liga, Ste. Bachodi, Ste. Bonijohannis et pluribus aliis. — (*Vide caucionem die xiiij decembris sequentis.*) De Crosa.

(*Gribelli.*) — Ibidem prenominati domini sindici admodiaverunt Stephano Bonijohannis, civi Gebenn., presenti, terciam partem gribelli, spacio unius anni hodie incohandi, sub firma undecim florenorum p. p., solvendorum ut supra, presentibus quibus etc.

De Crosa.

*Die Veneris xxviiij octobris.* — Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, de Castronovo, Bezansonus, Pecollat, Nergaz.

(*Burgensis.*) — Gervasius Barberii, de Eyria, carpentator, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(33) *Die Lune, loco Martis proxime ob reverencia festi Omnium Sanctorum, ultima octobris.* — Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, de Planis, de Castronovo, Paquet, Lyonardi, Bueti, de Sancto Michaele, Braseti, Ponte, Bezansonus, Gule, Nergaz, Pecolat, Chicant.

Receptis licteris domini gubernatoris Breissie, rescribatur eidem.

(*Burgensis.*) — Johannes Penneti, de Matiscone, apothecarius, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Nundene.*) — Super facto licterarum salviconductus nundenarum, mictatur nuncius ad partes opportunas pro publicacione earundem, vel plures nuncii si sit opus, sumptibus civitatis.

Bezan. Dorerii admodiatararius alarum caveat ydonee saltem per ejus filium.

Solvantur magistro scholarum decem floreni alias ordinati. — (*Expeditum est.*)

*Die Veneris quarta novembris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Planis, de Castronovo, Paqueti, Nergaz, Janini.

(*Burgensis.*) — Jacobus Quibi, filius quondam Andree Quibi, parrochie de Animassia, sutor, parrochie Sancti Victoris, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus Fornerii, filius quondam Petri Fornerii, borse-

rius, oriundus Nantuaci, parrochie Sancti Gervasii, fuit nunc creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

Stephanus Patry evocatus pro creando burgense remictitur ad Martis.

Per quarterium Sancti Gervasii fuerunt exhibite certe lictere super meniis fiendis in Sancto Gervasio. Remictitur ad adventum domini Viriaci, commissarii ad hoc, et ad Martis proximam.

Magister monetarum exposuit salutacionem et bonum velle i. d. ducis erga civitatem.

Eciam visa fuit lictera per castellanum Sancti Mauricii missa domino sindico Gavid pro Magno Jacobo. Que ostendantur egregio Petro Levererii.

(34) *Martis viij novembris.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Jo. de Planis, de Castronovo, Prepositi, Lyonardi, Paquet, Janini, de Malodumo, Sancto Michaele, Ponte, Bezansonus, Gule, Nergaz, Pecolat.

(*Burgensis.*) — Stephanus Patru, de Chena in terra Gaii, sutor, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Johannis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Mandatam.*) — Solvantur Anthonio Berthodi et Johanni Tissoti xiiij ff. in deduccionem tachii passagii de Cornavin. — (*Letum est.*)

(*Sufferta.*) — Jacobus Ruphi, carpentator, parrochie <sup>1</sup>, fuit positus in suffertam borgesie per unum annum proximum pro tribus g.

Scribatur justicie ministris Lugduni Saunex in favorem famuli Taconis.

Traditur in admodiacionem Philippo Marchiandi, sutori, per unum annum die secundo marcii nuper lapso incohatum, sub firma solita etc.

Non excedat vinum patrie tres den. et de Submonte vj d.

(*Burgensis.*) — Petrus Rosset, filius quondam Johannis Rosset, tissotus, de Rupe, parrochie Marie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Honorabilis vir Petrus Angellini, civis Lausannensis, filius quondam Anthonii Angellini, fuit creatus burgensis, viij ff.

<sup>1</sup> Le nom manque.



(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Claudio de Castronovo super rotulo.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum fratribus Bessonet super rotulo. — (*Lm.*)

Certi Alamani conquesti fuerunt de eorum mercanciis que Seiselli impediuntur. Qui ad dominum vicarium fuerunt remissi, quia nichil ad civitatem.

*Veneris xj novembris.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, de Planis, de Castronovo, Paqueti, Bezansonus, Janini, Nergaz.

Fuit facta relacio ut in relacione continetur per lathomos super diferencia B. de Sancto Michaeli et Richardi Bienvenu.

(*Burgensis.*) — Hugonetus Colombi, auriga, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo flor. p. p.

Admodiatio introgii bossetarum vini.

(*Bossetarum.*) — Die Sancti Martini xj novembris m<sup>o</sup> iiii<sup>c</sup> lxxxxvj, ind. xiiij, congregatis voce preconis inferius nominatis dominis sindicis Claudio Gavid, Petro Levrierii, Johanne Maliardi et Petro Charbonerii, in claustro Sancti Petri, candela incensa, factis debitis et solitis proclamantibus per Johannetum Fontanelli, preconem, prenominati d. syndici admodiaverunt et titulo admodiacionis tradiderunt honorabili viro Anthonio Pecolati, civi Gebenn., presenti, introgium bossetarum vini spacio unius anni hodie incohandi et simili die anno prius revoluto finiendi, pro et mediantibus quinque centum et sexaginta quinque florenis p. p. per eum solvendis, videlicet: terciam partem in proximo festo Epiphanie Domini, aliam terciam partem in festo Pasche et residuum prima augusti proxime venturi, cum honore et onere quibusvis assuetis et non assuetis, unacum dampnis etc.; submittens se etc.; renunciens etc. Et promittunt idem domini syndici sindicario nomine manutenere, et idem Anthonius solvere ut supra pro se et suis etc., et cavere ydonee die Martis proxima etc. Actum ut supra, presentibus domino Fran. de Veyriaco, Claudio de Castronovo, Jacobo Paqueti, Johanne Janini, Ny. Janini alias Cologny, G. Joly, B. Dorerii, Anth. Milanessii, P. de Malodumo, (A. Milanessii) et pluribus aliis.

De Crosa.

Consilium generale.

(35) *Dominico xiiij novembris.* — Quatuor syndici; — d. P. de Grandivalle, Ay. de Lornay; — d. Fran. de Veyriaco, Jo. de Planis, de Sancto Michaeli, (de Planis), Paquet, A. Pecolat, Petrimando de Malodumo, Lud. Raynaudi, Jo. de Cresto, P. de Comba, Ste. Arnaudi, Ja. Carterii, Ja. de Rua, Roletus de Vignier, Girardus Emerici, Fran. Vaudey, Jo. Blonay, Jo. Janini, P. Navis, Cadodi, Jo. Magnini, de Quarro, de Castronovo, Pensabini, P. Flory, P. Fabri, G. Marchiandi, Jo. Marchiandi, Jo. Bocardi, Aymo Spatule, G. Vernaz, Amedeus de Strata, G. Gota, Jo. Jacobi, Jo. de Passie, P. Laurencii, Jo. Fontanelli, Michael Lyonardi, Jo. Pampillion, P. Fontane, Jo. Amyaux, P. de Croso, G. Machardi, G. Danel, P. Lose, P. Chivanderii, Ay. Ruphi, Fran. Bertodi, Jo. Perreti, Gringaudi, Romanet, Matheus Thome, Lud. Philippi, Jo. Spatule, Gaud. Fontanelli, Gaud. Hudrici, Jo. Cochonis, Jo. Platet, Jo. de Fontana, Ay. Chabaudi, Monet Roget, Ja. Ros, Philibertus Davenex, Philibertus Maret, Christinus Tombeti, Ay. de Cresto, Colinus Chicant.

(*Venda vini.*) — Venda vini gitata fuit ad tres grossos cum dimidio.

Expositum fuit pro obtinendis nundenis et aliis necessario incomben- tibus commodo civitatis fuisse facta certa dona, presertim domino Castri- veteris, gubernatori Breissie, nobili P. Lyobardi, magistro computorum ducalium, necnon domino cancellario Sabaudie et secretario illu. domini nostri ducis; et alia esse fienda pro acquirendis amicis et intercessoribus ac ambaxiatoribus et nunciis destinandis.

Quod prefatum consilium ratum et gratum habuit, remictens et commictens dominis sindicis presentibus et consilio ordinario ut faciant super premissis prout eis videbitur.

*Die Martis xv novembris.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Planis, Castronovo, Peyrolerii, Paqueti, Janini, B. de Sancto Michaeli, Orseriis, Ponte, Bezansonus, Gule, Pecolat, Malodumo, Chicant, Lyonardi, Bueti, Nergaz; — magister monetarum, Jo. Lupi, Jo. Lud. Ramelli, Jo. Balli, Jo. Donzelli, P. Corne, P. de Mara, Gaud. Cadodi, P. Johannes Bruni, Jo. de Molari, Gaud. Philippi.

(*Juramentum F. de Leamont.*) — Honorabilis vir Fran. de Leamont

solitum de exercendo officium vicedompni Gebenn. veluti locumtenens prestitit juramentum.

(*Mandatum.*) — Solvantur magistro Gaspardo Bondelli, pictori, pro scutellis armorum, duo ff. — (*Lm.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur Johanni de Torna qui accessit ad partes Breissie pro exequendis licteris nundenarum, inclusis omnibus, x ff.

Audita relacione magistri monetarum, visum fuit per quos supra ut aurum ponderetur et fiant cride quod pecia auri minus ponderis a sex granis infra fiat satisfacio de quolibet grano, et a sex granis supra accipiatur et tradatur pro bulliono. Nichillominus fiat consultacio in consilio episcopali Jovis proxima. Eciam pro eo quod defferentes non molestabuntur per totas proximas nundenas Pasche, quod notificetur ad partem.....

Fuerunt recepte lictere parte domini gubernatoris Breissie delate <sup>1</sup>.

Fiat actestacio pro Jacobo Metro (?), cutellerio, cujus lictera ignis incendio fuit concremata, quod est burgensis.

(36) *Mercuri xvj novembris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Jo. de Planis, B. de Sancto Michaeli, G. de Castronovo, Peyrolerii, H. de Ponte, Jo. Paquet, B. Dorerii, A. Gule, Chicandi. — P. de Mara, Jo. Balleti, L. Egorfa, A. Milanesii, A. Picolat, Ja. Lyonet, Jo. de Poste, P. Falqueti, Jo. Perrodi.

Fuit lecta supplicacio parte Johannis Maliardi et suorum consortium, oblata i. domino nostro duci, pro mercanciis suis a civitate Lugdunensi extrahendis.

Et narratum fuit quod Petrus Cornaz nonnullas mercancias extrahi fecit a civitate vehendas Lugduni. Vocatus respondit quod non verum; fuerunt sibi misse certe mercancie per eum expediende cuidam de Lugduno, cui illas in parte expedit, et se refferre justicie. Fuit ei inhibitum ne relaxet sine licencia domini vicarii.

*Die Veneris xvij novembris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, de Planis, Bueti, Grossi, Ponte, Paqueti, Bezansonus, Janini, Castronovo, Chicant, Peyrolerii, Sancto Michaeli.

<sup>1</sup> Bourg, le 6 novembre, Arch. de Genève, P. H., n° 799.

Qui non sunt de consilio: Ja. Nepotis, P. Tronchinaz, P. de Genesta, Ny. Everbaux, Jo. Papillerii pelliparius, dictus labe Sancti Gervasii.

Intrentur thesaurario ut in rotulo librarum lj ff. vij g. ix d. obolum. — (*Expeditum.*)

(*Caucio.*) — Petrus Jacobi, macellarius, firmam scanni quod habebit in Longamala cavit per Petrum Mercerii et Glaudium Chambet, macellarios, et quemlibet insolidum, renuncians juridicenti principalem etc., presentibus quibus etc., Roletto de Gerdili, Stephano Pecolat.

Fuerunt lecte instrucciones cum licteris mictendis parte civitatis per Anthonium Pecollat ad illu. dominum nostrum ducem.

Scribatur dominis Lausan. et d'Eyrie, gubernatori Nycee.

Magister Glaudius de Castronovo dixit egregium Bruneti sibi dixisse mercatores extraneos non esse comprehensos in licteris inhibicionum.

(*Caucio bossetarum.*) — Anno domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> nonagesimo sexto, ind. xiiij et die xvij novembris.

Cum die xj hujus novembris fuerit admodiatum introgium bossetorum Anthonio Pecolati pro quinque centum et lxv ff. p. p. et super tuciori solucione cavere promiserit, hinc est quod idem Anthonius et ad ejus preces et requisicionem Anthonius Milanesii, apothecarius, et Baudichonus Barberii, aurifaber, ejus fidejussores, et ipsorum quilibet principaliter et insolidum, promictunt solvere communitati Gebenn. in manibus receptoris ejusdem dictam summam v<sup>c</sup> et lxv ff. terminis assuetis in admodiacionibus etc., unacum dampnis etc., submictentes se etc., renunciantes etc., juridicenti principalem etc., epistole etc. Actum in aula consilii hujus civitatis Gebenn., presentibus honorabilibus viris Petro Levrerii et Johanne Maliardi, consindicis, et me stipulante pro civitate, necnon Jacobo Paqueti, Petro de Orseriis et Johanne Nergaz, testibus etc. De Crosa.

(*Vigil.*) — Henricus Bolye fuit creatus vigil.

(37) *Die Sabati xix novembris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Planis, Castronovo, Peyrolerii, Bueti, Grossi, Sancto Michaeli, Orsieres, de Malodumo, Pecolati, Nergaz.

Necnon nobili Gabriele Burgie vicecastellano Gaii.

Fuit interrogatus Johannes Buffleti an fuerit missus pro faciendo per



dictum castellanum arrestari certas mercancias de hac septimana alicubi per dominos syndicos et consilium hujus civitatis. Qui respondit quod non.

Qui castellanus protestatus fuit etc., quoniam Jacobus de Alamanis cum certis aliis, defferentes || unum salvumconductum et || dominicales licteras inhibicionum, sibi dixerunt esse missos parte dominorum syndicorum. Quod ipsi syndici negarunt et scripsisse seu scribi fecisse in papiro curie Gaii.

Perscruti fuerunt quis eis tradidit ipsum || salvumconductum || et inhibicionum licteras dominicales. Glaudius de Castronovo respondit et dixit quod tradidit Jacobo de Alamanis alias Lyonet, hora circa xj noctis Mercuri nuper lapsa absque scitu et precepto dominorum syndicorum. Qui domini syndici protestatiferunt contra eum etc.

*Vespere.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Planis, Castronovo, Peyrolerii, Grossi, Paqueti, Sancto Michaeli, Picolat, Gule, Chicant.

Scribatur domino gubernatori Breissie cui mictitur nobilis Thomas Hospitis cum licteris regis quas confirmari faciat idem dominus gubernator si commode fieri possit. Cui tradantur xvj ff. p. p. pro ejus expensis duntaxat; nec aliud habeat.

(*Mandatum.*) — Item solvantur Johanni Grossi, causa vendicionis unius equi, xxiiij<sup>or</sup> ff. p. p. — (*Expeditum.*)

*Die Lune xxj novembris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii, Levrierii; — de Castronovo, Peyrolerii, Paqueti, Janini, Gule, (Castronovo), Orsieres, Ponte, Bezansonus, Chicant.

Johannes Pillizon, civis Gebenn., exposuit venire a loco Sancti Mauricii in Beugesio et ibidem alloquutum fuisse spectabilem dominum marescallum Sabaudie, qui sibi dixit velle habere publicacionem salvumconductus et deffensionum factarum in favorem nundenarum in hac civitate. Qui fuit interrogatus per dominos syndicos de cujus precepto, an dominorum syndicorum vel consilii, illuc accesserit. Qui respondit quod de nullius precepto sed tanquam accusatores, ipse et Jacobus de Alamanis, prosequentes forefactores mandatorum dominicalium Sabaudie et spretores, accesserunt ut esset eis commodo prout dicte lictere

tangunt. Qui Jacobus deffererat licteras salvumconductus inhibitorias ei traditas per Glaudium de Castronovo.

Qui Glaudius de Castronovo confessus est die Mercuri nuper lapsa circa horam xj noctis de nullius precepto tradidisse dicto Jacobo.

Qui domini syndici protestatiferunt etc.

Fuit ordinatum quod hec narrentur domino vicario, qui precipiat quod sibi videbitur.

Et visum fuit facere actestacionem de principio et fine nundenarum.

In isto consilio episcopali aderant egregii P. Levrierii et P. Charbonerii, consyndici.

In consilio episcopali, dicta die hora 2<sup>a</sup> post meridiem celebrato, in quo aderant: r. domini Amblardus Goyet vicarius, A. de Malvanda cantor, P. de Grandivalle, Ja. de Malvanda, Vuarnoz, R. Conodi, P. Floreti, dominus P. Grueti officialis. P. Levrierii et P. Charbonerii, syndici, fuerunt evocati.

Magister Glaudius de Castronovo, qui fuit interrogatus organo prefati domini cantoris si tradiderit originale licterarum salvumconductus nundenarum Jacobo de Alamanis dicto Lyonet et de cujus precepto, dicit quod sibi tradidit de nullius precepto die Mercuri nuper lapsa hora xj<sup>a</sup> noctis. Fuit interrogatus idem Pillizon de cujus precepto ipse et ejus socii accesserunt post mercancias apud Collunges et alibi. Respondit de nullius precepto, sed tanquam accusatores ut lictere dominicales mandarentur exequucioni.

(38) Item fuit ibidem ordinatum esse scribendum per dominos syndicos domino marescallo per alium quam Pilizon.

Item magister Glaudius de Castronovo dixit quod illu. dominus noster dux in suis prohibicionibus non intelligit de mercatoribus forensibus ut sint comprehensi in licteris.

Et tradidisse ut alias dixit licteras inhibitorias dominicales Jacobo de Alamanis dicto Lyonet de nullius mandato.

*Die Martis xxij novembris.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, de Castronovo, Peyrolerii, Lyonardi, Paquet, Grossi, Janini, de Malodumo, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Chicant, Nergaz.

Magister monetarum nobilis Nycolaus Gat, Jo. Lupi, Ja. de Muro, P. Jo. Bruni, Glaudius Cadodi, Jo. Lud. Ramelli, Perrinus de Mara, Jo. Vallet, Ja. Nepotis, Hud. Ferrati, Jo. de Molari, Glaudius Philippi, Lud. de Lestelley, Ja. Belli, Petrus Prepositi.

Fuit lecta minuta lictere mictende magnifico domino marescallo Sabaudie, quam dixerunt omnes prefati bene stare et ita fore ei mictendam per alium tamen quam Pilizon.

Et super insolenciis nonnullorum, videtur eos puniendos juxta demerita. Fiat tamen consultacio cum consilio episcopali.

Fuit conclusum dies tres processionum durantibus nundenis factarum non esse feriatos sed operativos et debere computari in xv diebus nundenarum.

(*Burgensis.*) — Glaudius de Ponte, macellarius, filius Petremandi de Ponte, parrochie Villemagne, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*Die Mercuri xxiiij novembris.* — Quatuor syndici; — Braseti, Castornovo, Lyonardi, Gule, Porrallis, Jo. Donzelli, Laur. Nerodi, Ay. de Bosco, Jo. Novelli, A. Milanesii, Brune chousaterius, Tho. Biolesii, Charavelli, P. Prepositi, Versonay, d. F. de Veyriaco, de Malodumo; Orsieres, Bezansonus, Chicant, Richardus Bienvenu, Jo. de Lothorygia pelliparius, Cergati notarius, P. Darloz, Hugo Bolardi, Jo. de Ferney, Jeronymus Chamoys, Michael Chavane carpentator, Perrinus de Mara, A. Oboli, P. Regis, A. Gervasii, dictus l'abe Sancti Gervasii, Jo. Bufflet, Jo. Amyaux, Jo. Lud. Rameli, Jo. de Molari, Ste. Foliosii, Jo. Clerici, Jo. Marlii, Grueti notarius, A. Pillisson, Peyrolerii, Paqueti, (Versonay), Jo. Grossi, Bald. Balardi, Glaud. Philippi, P. Jo. Bruni, P. Navis, Jo. de Breissia, Ja. Quiblerii, Glaud. Pensabin, Grasier sutor, J. de Leone, A. Spatule.

Et narratis per dominos syndicos, organo nobilis Glaudii Gavid, gestis hucusque pro nundenis omnibus, prenominati ratificaverunt et approbaverunt omnia et singula gesta per ipsos syndicos et consilium, tanquam bene consulta et peracta.

Et fuit conclusum presentes nundenas posse prolongari.

Item fuit dictum Anthonium Pillizon, Johannem Bufflet et Ja. de Alamanis non fuisse missos pro mercanciis quibusvis detinendis; pre-

sentibus dictis Pillizon et Bufflet non contradicentibus, sed dicentibus ivisse de semetipsis tanquam accusatores etc.

(39) *Die Veneris xxv novembris.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Peyrolerii, Lyonardi, Grossi, de Malodumo, Gule, Nergaz, Chicant, Paqueti, Janini.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de totali summa precii lapidum passus de Cornavin redditorum ascendente ad xxix ff. ij g. — (*Expeditum.*)

Intrentur thesaurario ut in rotulo lxxiiij ff. x g. v d. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Michaeli Lyonardi, vigili, de vj ff. super uno burgensi. — (*Expeditum.*)

Solvantur Johanni de Lavenay, pro copia clxxxix foliorum, inclusa copia certarum licterarum dominicalium, tres ff. vj g. — (*Expeditum.*)

Prolongentur moderne nundene per decem dies operativos incohandos Lune proxima.

Fiat unum memoriale domino presidenti, domino Dyvone, super agendis erga dominum.

Fuit lecta taxa volatilium que cridetur.

*Die Lune xxviiij novembris.* — Quatuor syndici; — Versonay, Planis, Peyrolerii, Braseti, Castornovo, A. Gule, Henricus Folioux, P. Prepositi, Grossi, Janini, de Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Ay. Putodi, Petrus Grossi, Bezansonus, Nergaz, Lyonardi, Chicant, Geor. Let, Viridat, Bovardi faber, hospes † Albe prope ecclesiam Minorum, hospes † Albe Corratierie, Ja. Nepotis basterius Plani Palacii, hospes Leonis Rubei, hospes Orifantis, Frelet, hospes Tavellorum.

Fuit lectus rotulus volatilium et victualium moderacio appreciatio. Qui prenominati approbaverunt et laudaverunt cridari et fieri ut in eo exaratur.

Georgius Let juravit mercanciam pelliparie arrestatam in Sancto Martino non esse suam sed....

Visum fuit famulum Bar. Darmelli non esse turbandum quin defferri et vehi faciat mercancias suas extra civitatem.



(40) *Die Martis penultima novembris.* — Gavid, Levrierii et Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Planis, de Castronovo, Braseti, Peyrolerii, Paquet, Lyonardi, Bueti, Grossi, Janini, Sancto Michaele, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Nergaz, Chicant.

(*Burgensis.*) — Johannes Molaris, parrochie de Sonvye sui originis, parrochie nunc Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Glaudius Joly, de Marval, sutor, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Bignerius de Saxo, de Thier prope Clusam, sutor, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Aymonetus filius quondam Guillelmi Belli, de Loysiaco, mercerius, habitator parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes filius Guillelmi Liveti, de Pirono, boyterius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Non molestetur Amedeus Dannelleti, macellarius, pretextu grangie site in Scoriatoria sibi pridem in loquerium tradite, audita relatione Jacobi Paqueti et Johannis Janini, auditorum computorum, ad solvendum sex florenos p. p., sed detrahantur de duobus computis Petrimandi de Malodumo quatuor ff. et de computo Jo. de Tulia duo ff. si computaverint. — (*Expeditum.*)

Dummodo commissarius Terniaci intret in extentis Terniaci licteras Areneriarum dominicales etc., dentur eidem xv ff. p. p.

De Guillelmo Bocardi, olim vigille, qui ultra montes accessit illicenciatus, nichil ei providetur.

(*Rubini remittitur ad Nativitatem Domini.*) — Durandus Rubini, de Salanchia, asserens ejus quondam patrem alias fuisse creatum burgensem, remittitur edocturus de borgesia ad Nativitatem Domini.

De gri[be]llo fiant cride quod omnes gribellare teneantur.

Illu. dominus bastardus de Sabaudia peciit sibi tradi et accomodari certam artillieriam. Quod non fiat etc., sed vadant duo ex sindicis ad eum facturi excusacionem.

*Ultima novembris.* — Quatuor sindici; — Veyriaco, Versonay, Bra-

seti, Castronovo, Peyrolerii, Bueti, Janini, Orsieres, Nergaz, Chicant, Paquet, Lyonardi.

Fuit lecta lictera missa parte domini marescalli Sabaudie, delata per Jo. Arbalesterii vigilem, cui rescribi ordinatum est; ad cras videatur minuta.

Fuit lecta lictera missa per nobilem Thomam Hospitis.

(41) *Veneris secunda decembris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — Versonay, Planis, Castronovo, Peyrolerii, Grossi, Janini, Malodumo, Sancto Michaele, Orsieres, Bezansonus, Nergaz, Braseti, Chicant.

(*Burgensis.*) — Franciscus Romani, furbisserius, parrochie Sancti Gervasii, oriundus Annessiaci, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Donantur Thome Biolesii, pro ejus pena in recepcione tegularum scole, xij g. monete.

Prohibetur Philiberto Jornalis, piscatori, usus franchiesiarum quousque fuerit creatus burgensis.

Observetur macellariis Longuemale gitacio lelos (?).

Tradantur Arbalesterii, vigili, pro ejus pena vij dierum eundo ad dominum marescallum, stando et redeundo, tres ff. vj g.

De artillieria quam petit illu. dominus bastardus Sabaudie, non sibi tradatur de illa civitatis; sed alia perquiratur per civitatem que ematur et tradatur alicui burgensi qui illam restituat aut solvat precium et ita promictat termino statuendo.

Fuit lecta lictera domini marescalli delata per Arbalesterii, vigilem, cui rescribatur. Et fuit lecta minuta lictere sibi per eundem vigilem defferende.

*Die Martis vj decembris.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Braseti, Lyonardi, Paqueti, Planis, Castronovo, de Malodumo, Orsieres, Peyrolerii, Prepositi, Janini, M. de Liga, Bueti, Chicant.

|| Ludovicus Jacobi, affanator, parrochie Magdalenes, fuit positus in suffertam quousque fuerit creatus burgensis, mediantibus sex grossis. ||

(*Vide Veneris sequenti, quia fuit creatus burgensis.*)

(*Burgensis.*) — Petrus Ducis, auriga, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Tradantur cuilibet vigilum, pro vestibus vigillum librate communis, xxx g., et sic xxx ff. — (*Expeditum.*)

Approbatur addicio per honorabiles viros Petrum Levrierii, Johannem Maliardi et Charbonerii, absente Gavid, presentibus consiliariis Lyonardi, Paqueti, Castronovo, Ponte, posita de tribus quarteriis in licteris perreriorum lapidum passus de Cornavin, que ascendunt ad decem g. cum dimidio.

Fiant lictere de exequcione moderno receptori super lictera balisteriorum de xij ff. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Bochet de iiiij<sup>or</sup> ff. vj g., ut in rotulo. — (*Expeditum.*)

Super artillieria petita per dominum bastardum Sabaudie, perquiratur alia quam civitatis de qua, si commode fieri possit, reddatur contentus.

De apotheca ale.

De puero parvulo educando.

(42) *Die sancti Nycolai vj decembris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Castronovo, Peyrolerii, Bueti, Gule, Nergaz, Chicant.

Prefati domini sindici exposuerunt alloquutos fuisse illu. dominum bastardum de Sabaudia de artilliarum ville que non debet sibi concedi, obstante ordinacione alias facta de non concedendo vel extrahendo a civitate. Qui aliquantum fuit malecontentus. Super quo fuit deliberatum ut domini sindici vadant ad dominum vicarium et sciscitetur ab eodem domino Bastardo si voluerit acceptare aliam quam civitatis que eo casu perquiratur et sibi tradatur ut pacificetur.

*Die Concepcionis beate Marie viij decembris.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Ny. Gati magister monetarum, P. Versonay, Braseti, Peyrolerii, Lyonardi, Bueti, Janini, Orsieres, Ponte, Gule, Chicant, Nergaz, de Castronovo, G. Bardini, Jo. de Fernay, G. Valleti, Geor. Let.

Anthonius Pecolati, destinatus ad illu. dominum nostrum ducem, rediit et actulit licteras ipsius domini nostri<sup>1</sup>, eciam domini Lausane et

<sup>1</sup> Turin, 1<sup>er</sup> décembre, Arch. de Genève, P. H., n° 798; impr. dans Galliffe, *Matériaux*, t. I, p. 316.

Bruneti. Qui effectu nichil peregit super his quorum pretexto fuit destinatus.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Ay. de Bosco de decem ff. pro salario unius mensis, cui data fuit licencia eundi ad dominum bastardum Sabaudie cui deffert licteras ordinatas heri per dominos sindicos Gavid, Maliardi et Charbonerii parte civitatis. — (*Expeditum.*)

*Die Veneris ix decembris.* — Gavid, Levrierii, Charbonerii; — d. Fran. de Veyriaco, de Castronovo, Janini, Versonay, Lyonardi, Pecolat, Grossi, Nergaz.

(*Burgensis.*) — Ludovicus Jacobi, nauta, parrochie Magdalenes, oriundus Thoni, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Instantibus dominis sindicis compellantur bocones (?).

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de xxvij ff. Anthonio Pecollat qui accessit ad dominum pro nundenis. Vacavit xvij diebus ad rationem xvij g. pro singulo die. — (*Expeditum est.*)

(43) *Dominico xj decembris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, de Planis, de Malodumo, Paqueti, Orsieres, Braseti, Grossi, Bueti, Janini, de Sancto Michaeli, Ponte, (Janini,) Jo. Turci, Nergaz, Pecolat, de Castronovo, Chicant, (Nergaz,) Peyrolerii, (Jo. Turci).

No. Pe. de Fernay, Milanessii, Anz. Hugonis, Varamberti junior, G. Baleti, H. de Nanto, Jo. Frechet, Jo. Calabri, P. Arnolet, Flory chapellerius, A. Fontaneis, Per. Neyrodi, P. Laurencii, Jo. Bocheti, Jo. de Cresto, Jo. Charavelli, Joh. de Leone, Glau. Rolandi, Ja. Comitiss, Baudichon Barberii, Jo. Novelli, Jo. Buffleti, (Glaud. Rolandi,) Jo. de Paris, P. Perrodi, Jo. Albi, Mermetus de Ulmo, Jo. Sapientis, Jo. Amyaux, Nycodus Janini, Franc. Patricii, Jo. de Fontana, Rogemont, Philibertus Davenex, Lambert chapellerius, Ma. Papereaux, de Furno notarius, Hugo Bolardi, Ja. Minquent, P. Falquet, de Bolo hospes Crescentis, Dominicus Maldina, Joliti, Richardus Bienvenu, Paniot, Ja. Banosii, Jo. Canalis, Ja. Nepotis, Ja. de Fontana, Tho. Biolesii, P. Exerton, Jo. Fontanelli, P. de Roella patisserius, Ja. de Verulphis, Jo. Bocherii, Jo. Vuchardi.

Expositis per dominos sindicos variis oneribus impresentiarum tam



pretextu nundenarum quam alias occurrentibus, opus est ut pecunie habeantur potiori modo quo fieri poterit. Quo fuit per supranominatos majori parte conclusum ita fieri volere quod imponatur gabella super vino et sale. Et, licet Johannes de Leone presumptione quadam dixerit neminem velle gabellas, nemo apparuit qui annuerit suis verbis. Verum finaliter commiserunt prefatis dominis sindicis et consilio ordinario acceptando hujusmodi gabellam, quatenus circa hec faciant prout eis videbitur. Cum gabella ut conclusum est pocior videatur.

*Die Martis xiiij decembris.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Braseti, Planis, Castronovo, Lyonardi, Bueti, Grossi, Janini, Paquet, Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Nergaz, M. de Liga.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de xij ff. ix g. Johanni Tissoti et Antonio Bertodi, pro resta adaptacionis lapidum passus de Cornavin.

— (*Expeditum.*)

(*Sufferta.*) — Petrus Chenevalis, patisserius, parrochie Sancte †, ponitur in sufferta borgesie pro vj g. solvendis in Nativitate Domini.

(*Burgensis.*) — Anthonius Chapellet, filius quondam Johannis Chapellet, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Solvantur P. Arbalesterii iiiij<sup>or</sup> ff. eundo, redeundo et stando ad dominum marescallum.

(44) (*Mandatum.*) — Solvantur magistro Jacobo Quiblerii xvij ff. v g. ix d., causa in rotulo. — (*Expeditum.*)

Intrentur receptori causa in rotulo vij ff. iij g. ix den. — (*Expeditum.*)

(*Caucio Bezansoni Dorerii.*) — (*Caucio alarum.*) — Anno Domini m<sup>o</sup> iiiij<sup>c</sup> lxxxvj, ind. xiiij et die superscripta xiiij decembris. Cum die xxvij octobris nuper lapsi fuerit admodiatum jus alarum et pertinencie ejusdem Bezansoni Dorerii, pro et mediantibus iiiij<sup>c</sup> et sexaginta ff. p. p. solvendis terminis in instrumento per me recepto contentis, hinc est quod idem Bezansonus promittit pro se et suis etc., solve dictis terminis in manibus moderni receptoris generalis emolumentorum dicte civitatis, presentis etc, et modernis sindicis Glaudio Gavid, Johanne Maliardi et Petro Charbonerii, presentibus et stipulantibus, termini[s]

predictis. Et ad ejus preces et requisicionem se constituit fidejussorem et principalem insolidum erga dictos syndicos, stipulantes ut supra, honorabilis vir Hugoninus de Ponte, civis et burgensis Gebenn., cum promissionibus et renunciacionibus opportunis; renunciantes principalem prius conveniendum quam fidejussorem, et quem fidejussorem idem Bezansonus indemnem servare promisit.

Actum Gebenn., in aula consilii Domus communis, presentibus quibus supra nec non Michaeli Lyonardi et P. Arbalesterii, testibus.

De Crosa.

*Die Mercuri xiiij decembris.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Braseti, de Planis, de Castronovo, Lyonardi, Paqueti, Bueti, Grossi, de Malodumo, de Liga, B. de Sancto Michaeli, Orsieres, Gule, Nerga, Pecolat, H. Grueti.

Super capcione Johannis de Leone, fuit conclusum ut informaciones ostendantur consilio episcopali, deinde citetur personaliter compariturus in Domo episcopali responsurus ut justicia de eo ministretur.

*Die Martis xx decembris.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Braseti, de Planis, Gule, de Castronovo, Lyonardi, Paqueti, Bueti, Malodumo, Grossi, Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, de Liga, Peyrolerii, Bezansonus, Picola(n)t, Chicant.

Pro nundenis et in earum favorem, congruum videtur ut destinentur duo ad i. dominum nostrum ducem cum licteris et instructionibus opportunis.

Et super hoc eliguntur n. Petrus de Versonay et Petrus Levrerii, presentes.

Super gabellis obtinendis, fuit conclusum ut A. Pecolati destinetur ad r. dominum administratorem episcopatus cum licteris et instructionibus, qui defferat licteras gabellarum alias concessas et dicat causam quare imponi volunt.

Mictantur coperture tapisserie sericenses bone et decentes, due domino cancellario et una Bruneti secretario ducalibus, ut nobis sint auxilio et favori nundenarum.

(45) *Sabbati xxiv decembris.* — Quatuor syndici; — Versonay, Castronovo, Janini, Bezansonus, Pecolat.

Nobilis Thomas Hospitis actulit unam licteram domini gubernatoris Breissie <sup>1</sup>.

(*Mandatum.*) — Elargiuntur xij vigilibus vj ff. super uno burgense pro eorum pileis emendis. — (*Expeditum est.*)

M<sup>o</sup> III<sup>c</sup> LXXXXVIJ.

*Martis xxvij decembris.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, de Planis, Castronovo, Prepositi, Lyonardi, Paquet, Grossi, Janini, Vincencii, de Malodumo, Sancto Michaelae, Orsieres, Bezansonus, Gule, Nergaz, Chicant, M. de Liga, Bueti, Pecollat.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jo. Maliardi de cxiii ff., pro tribus coperturis tapisserie donandis: domino cancellario duabus et Bruneti secretario una, quos solvat thesaurarius super ultima solutione firme alarum. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — || Fuit ordinatum esse destinandos ad i. dominum nostrum ducem super facto nundenarum egregios Petrum Levrerii, consindicum, et Petrum de Versonay, cum instruccionibus et licteris, quibus tradantur pro eorum expensis et instrumento fiendis centum floreni p. p., et ita fiat mandatum super 2<sup>o</sup> termino bossetarum vini Anthonii Pecolat. || — (*Aliter fuit ordinatum Sabbati sequenti.*)

Nichil solvatur nobili Thome Hospitis ultra xvj ff. per eum habitos.

*Veneris penultima decembris.* — Gavid, Maliardi; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Paquet, Janini, Planis, Bezansonus, Nergaz, Pecolat, Sancto Michaelae, Lyonardi, Ponte, Lingot, Bueti.

Ut gabella suum sortiatur effectum, dentur xxv scuti domino vicario si annuere velit. Alias faciant domini sindici ut decernat licteras inde opportunas.

Vadant domini sindici cum domino vicario ad dominum Viriaci, qui provideat de ydoneo castellano.

*Sabbati ultima decembris.* — Gavid, Maliardi; — de Veyriaco, Versonay, Planis, Castronovo, de Liga, de Sancto Michaelae, Bueti, Bezan-

<sup>1</sup> Montluel, 20 décembre 1496, Arch. de Genève, P. H., n<sup>o</sup> 799.

sonus, Paqueti, Orsieres, (Bueti), Braseti, Gule, Nergaz, Pecolat, (Castronovo).

Dentur domino vicario centum et l ff. si decernat licteras opportunas pro gabella habenda.

Et scribatur domino nostro duci in favorem domini Amblardi Goieti pro officialatu etc.

(46) Destinari ordinatum est nobilem Petrum de Versonay, presentem et acceptantem, cui tradantur pro ejus expensis quinquaginta duo floreni p. p., concedendi per inferius nominatos ut convenerunt, qui sequuntur:

Primo, Jo. Maliardi . . . . .	vij ff. p. p.
Bo. de Sancto Michaelae . . . . .	xij ff. p. p.
Johannes Nergaz . . . . .	iiij ff.
A. Pecolat . . . . .	iiij ff.
Michael de Liga . . . . .	x ff.
Ja. Paqueti . . . . .	x ff.
Amed. Gule. . . . .	iiij ff.
Summa . . . . .	lij ff.

Quas quantitates prout supra Anthonius Pecolat prenominitis solvere promisit super secundo termino proxime venturo firme bossetorum, ipso termino vento.

(*Mandatum.*) — Cui fiat mandatum super hoc opportunum.

Super pecuniis et donis fiendis per nobilem Petrum de Versonay, dum in curia i. d. nostri ducis aderit pro obtinendo que supplicabit et quibus destinatur in favorem nundenarum, promictat cui vel quibus id quod sibi et ejus consorti (?) videbitur eque et rationabiliter promictendum.

Scribatur illustri domino nostro duci necnon re. domino episcopo Lausannensi et domino Eyriaci; maxime se diriget ad ipsum dominum Eyriaci, cui promictat id quod sibi videbitur ut supra.

Defferat etiam instrucciones fiendas.

Fiat trabatura prima cujus fustam adduci faciat Aymonetus Bessonet, ibidem presens, scole que postetur ut legi possit in ea celeriter(?).

*Die Lune secunda januarii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco,



de Planis, P. Versonay, de Castronovo, Lyonardi, Bueti, Janini, Orsieres, Sancto Michaeli, Bezansonus, Nergaz, Ponte, de Malodumo, Paquet, A. Pecolat.

(*Mandatum.*) — Destinatur ad illu. dominum nostrum Sabaudie ducem super facto nundenarum, ex ordinacione alias facta, nobilis Petrus de Versonay, cui solvantur, pro duobus equis et uno socio pedestri singulo die, tres floreni p. p.

Item prefati domini syndici sindicario nomine promiserunt satisfacere dicto nobili Petro, presenti, de eo quod exbursabit et promictet discrecioni sue pro obtinendo que in suis instruccionibus continentur in favorem nundenarum.

Quequidem instrucciones et lictere quas defferet fuerunt lecte.

Loquetur pro gabellis obtinendis i. d. nostro Sabaudie duci.

Ibidem fuerunt tradicte dicto nobili Petro lictere salviconductus inhibitorie mercatoribus ducalibus; item lictere emanantes a bone memorie domino Karolo duci et se. regis Francie concernentes nundenas<sup>1</sup>; item trine lictere gabellarum. — (*Restituit.*)

(*Maliardi.*) — Scribat Johannes Maliardi domino Eyrie, gubernatori Nycee, quod sibi donabitur una tapisseria camere usque ad ducentos florenos, vel sibi tradet si maluerit ipsos ij<sup>c</sup> ff., si sit noster intercessor obtinendi premissa et obtineantur. Et die crastina videatur lictera per dictum Maliardi scribenda, promictentes ipsi syndici sindicario nomine eundem Maliardi, presentem, servare indempnem.

(47) *Die Martis tercia januarii.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, de Planis, Sancto Michaeli, Castronovo, Lyonardi, Paqueti, Grossi, Janini, de Malodumo, de Liga, Bezansonus, Ponte, Nergaz.

Conquerentibus Ny. Everbaudi necnon curatore filii Malieti, Charodon, greateore.

(*Maliardi.*) — Fuit lecta lictera heri ordinata quam Johannes Maliardi ejus nomine mictat domino gubernatori Nycee, quam dicunt prenominati syndici et consiliarii bene stare, que ita mictatur eidem domino gubernatori super dacione tapisserie aut ij<sup>c</sup> ff., ut sit nobis favori etc.

<sup>1</sup> F. Borel, *Les foires de Genève au XV<sup>e</sup> siècle*, p. 44 et suiv.

(*Patrici et Navete.*) — Dominus procurator Petrus Levrierii injunxit Fran. Patrici et Johanni Navete, presentibus, ut, infra xv dies postquam aqua Areris minorata fuerit et commode fieri poterit, deducant effectui tachium eis datum de divertendo Arerim juxta formam instrumenti sub pena xxv librarum.

Jo. de Puteo procurator exposuit causam Aquine.

*Die Martis x januarii.* — Quatuor syndici; — Veyriaco, Versonay, Braseti, Planis, Castronovo, Lyonardi, Paqueti, Prepositi, Vincencii, Grossi, Janini, de Malodumo, Bezansonus, Orsieres, Sancto Michaeli, Chicant, Pecolat, Nergaz.

Quoniam quendam ex consiliariis fertur detegisse consilium circa licteram ordinatam pro officialatu mictendam domino gubernatori Breissie, perquiratur ille; comperto privetur imperpetuum consilio.

(*Mandatum.* — *De Puteo.*) — Tradatur Johanni de Puteo, procuratori, de et pro patrocinio suo et jornatis cause Aquine, pannus trium ulnarum pro una veste valoris xvij ff. p. p., qui faciat confessionem de recepta etc. — (*Expeditum.*)

Visitetur banchus ale quem tenere solet Oliveria. Et commictitur de Castronovo et Paqueti.

Item eciam locus de quo conqueritur Baudichonus Barberii contra Rojodi, ut reparentur reparanda.

Johannes Donnex petit sibi aliquid elargiri.

De enseniis vigilum, quoniam habuerunt pileos, nichil conceditur.

De camera Domus communis vacuata, fiat in ea unus lectus et ferrentur fenestre.

Scribatur domino gubernatori Breissie per Versonay pro nundenis et justicia.

*Die Veneris xiiij januarii.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, Planis, Castronovo, Paqueti, Bueti, Janini, Grossi, Vincencii, Nergaz, Bezansonus, de Sancto Michaeli, Pecolat, Chicant.

Commictitur Petro de Sancto Germano quod pignoret lautores in bachali fontis Sancti Leodegarii pro tribus solidis et fiant inibi cride.

Conquesti fuerunt venerabilis dominus de Aga et Jo. de Aveneriis de

Petro Regis, qui non providere curat super ejus domo ruinam minante. Super quo egregius Petrus Levrierii precipiat, et exequatur licteraliter.

(48) *Die Martis xvij januarii.* — Gavid, Maliardi, Charbonerii; — d. F. de Veyriaco, de Planis, Paqueti, Bueti, Grossi, Janini, Lyonardi, de Malodumo, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Nergaz, Gule, Prepositi, Sancto Michaelae.

(*Mandatum.*) — N. Johannes de Tulia reffert sicut in camera computorum ducalium fuit demonstratum laudimium ducale occasione Arenariarum debere observari per egregium commissarium extentarum Terniaci, qui inibi fuit vocatus fuitque idem ordinatum esse observandum. Quo fuit ut solvantur eidem commissario xv ff. p. p. eidem conventi, et dicto de Tulia quinque ff. p. p., pro ejus penis. Et sic fiat mandatum de xxi ff. — (*Expeditum.*)

(*Commissio pro Ro. Rosseti.*) — Committitur d. Fran. de Veyriaco, Jacobo Paqueti et G. de Crosa differencia debiti ijc ff. p. p. quorum pretexto impetitur Roletus Rosseti.

De Petro de Asserens, detento, fuit conclusum ut Mercuri crastina proxima feratur sententia, facta primitus ipsa die repeticione.

Deportentur honorifice reliquie Sancti Sebastiani ad hospitale pestilenciale quamprimum commode fieri poterit.

(*Rojodi.*) — De differencia vigente inter Baudichonum Barberii et Rojodi, visitetur locus per dominos syndicos, vocatis evocandis, reparandaque reparentur juxta formam franchesiarum.

De Cuignet conquerente de gabella vini sui tornati, nihil.

*Die Mercurii xvij januarii.* — Quatuor syndici.

Fuit ordinatum sententiam scriptam contra Petrum d'Asserens esse suspendendum, hodie esse ferendam.

*Die Martis xxiiij januarii.* — Levrierii, Maliardi; — d. F. de Veyriaco, Planis, Paqueti, Grossi, Janini, Sancto Michaelae, Ponte, Bezansonus, Gule, Bueti, Lyonardi, Nergaz, Chicant, Pecollat.

(*Mandatum.*) — Solvantur Guillelmo de Crosa, commissario extentarum hujus civitatis, viginti floreni p. p. in deduccionem juris sui compositionum et libratorum dictarum extentarum.

(*Roletus Rosseti.*) — Audita relacione domini Fran. de Veyriaco, Jacobi Paqueti et Guillelmi de Crosa, quibus fuit commissum die Martis nuper lapsa, non impetatur ulterius Roletus Rosseti, chapellerius, pretexto debite ducentum ff. per eum debere confessatorum Francesie, relicte Petri Ballonis, sed ei restituantur instrumentum debiti et acta inde emannata, mediantibus quinque florenis per eum solvendis pro expensis. Quibus solutis sibi restituat acta. Et ibidem fuit eidem Roletus traditum instrumentum cancellari jussum. — (*Solvit ipsos quinque florenos relatu Ja. Paqueti, qui illos exegisse asserit.*)

Fuerunt lecte due sentencie, una contra Johannem Pinget, et alia contra Petrum de Domo, que ita promulgentur et ferantur hodie.

(49) *Martis ultima januarii.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Braseti, Planis, Castronovo, Lingot, Peyrolerii, Prepositi, Paquet, Bueti, Grossi, Janini, Vincencii, Malodumo, Sancto Michaelae, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Chicant, Nergaz, Pecolat, Gule.

Fuerunt lecte lictere dominorum Bernensium pro domino Theodorico de Lutz. Super quibus fuit datum responsum inibi lectum sub minuta; quam responsonem dixerunt prefati domini syndici et consiliarii esse bene factam, et ita rescribatur.

(*Burgensis.*) — Hudricus Volandi, macellarius, filius Petri Volandi, parrochie de Cusie, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*Veneris tercia februarii.* — Quatuor syndici; — Veyriaco, Planis, Braseti, Prepositi, Peyrolerii, Paqueti, Grossi, Janini, Malodumo, Bezansonus, Nergaz, Chicant, Sancto Michaelae, Orsieres, Vincencii.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo visitato. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur nobili Michaeli de Liga contenta in rotulo. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur Johanni de Paris contenta in rotulo.

(*Mandatum.*) — Solvantur Jacobo Quiblerii contenta in rotulo.

(*Mandatum.*) — Solvantur Johanni Grossi que in rotulo continentur. — (*Expeditum.*)

Detur vigilibus j ff. pro eorum Carnisprivio, ut solitum est.

De Johanne Donnex pretexto domus sue minantis ruinam impetu Areris, committitur, visitetur.



(*Mandatum.*) — Dantur Daguino, trompette, super uno burgense sex ff. p. p., pro uno anno hodie incohando. — (*Expeditum.*)

De reclusa super sua supplicacione, visitetur locus.

Scribatur sindicis Aquiani.

M IIIJ<sup>c</sup> LXXXXVIJ

Creatio sindicorum.

*Die dominico v februaryi*, presentibus in consilio generali more solito :

N. Claudio Gavid, P. Levrerii, Jo. Maliardi, P. Charbonerii, sindicis anni nuper lapsi; necnon : d. Fran. de Veyriaco, Jo. Novelli, P. de Malodumo, de Quarro, Paquet, Ste. Arnaudi, Jo. Ruphi, Hugonino de Ponte, Jo. Spatule, Jo. Fontanelli, Michaele Lyonardi, Joh. de Fontana, D. de Peys, Jo. Turci, Henrico Bolet, Jo. Mercerii, Bruni notario, Jo. Grossi, Jo. Magnini, Mermeto Genecandi, P. Falqueti, A. Milanessii, Fran. de Leamont, Jo. Frochet, Anth. Pecolat, Ja. Nepotis, Baud. Barberii, Jo. Fabri, Jo. Marchiandi, Jo. Navetaz, Ja. Guillocti, (50) Guigone de Prato, Roletto Fore, Aymone Grassie, Ste. Bruneti alias de Villa, Ja. Paquet, G. de Quarro, Claud. Falci, P. Jo. Bruni, Andrea Chabodi, Rolando Bruni, Petro Paqueti, Lyonardo Bugniet, Richardo Curteti, P. de Orseriis, (Jo. Mercerii,) Francisco de Fossis, Jo. de Cresto, Jo. de Versia, Guioto Voydat, Guillelmo Bessonet, P. Mercerii, Jo. Lechex, Francisco Patri, Petro Guemet, A. Furjodi, Andrea Lengat, P. de Cresto, Jo. Vuichardi, Hugon. Medici, Jo. Condurerii, Ansermeto de Ponte, P. Rosseti, Ja. Jordani, Ny. de Prato, Humbertus Levrati, Ja. Bondini, Humbertus Grueti, G. Balleti, G. Pensabini, Nycodus Gentilis, Vincencius de Villa, Girardus Vuchardi, P. Tavernerii, Claud. de Spada, Ste. Guidonaz, Colino Chicandi, Panthaleone Bonifacii.

Fuerunt creati et constituti hujus insignis civitatis sindici honorabiles utique viri Petrus Braseti, Johannes de Planis, Parcivallus Peyrolerii et Johannes Nergaz.

Existentibus nobili Johanne Turci, receptore generali, et me Guillelmo de Crosa, secretario.

*Die Lune vj februaryi* fuit per quos supra dominos syndicos, ut ritus anticus servetur, [electum consilium,] videlicet xxi consiliarii, inclusis sindicis anni precedentis, ultra receptorem et secretarium, et sic xxij. Adduntur d. de Brandil et Guat.

*Die Martis vij februaryi.* — Petrus Braset, Jo. de Planis, Parcivalus Peyrolerii, Jo. Nergaz, sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Claud. Gavid, Bo. de Sancto Michaele, P. Charbonerii, Jo. Maliardi, Anth. Pecolat, Petrus Dorsieres, de Quarro, Prepositi, A. Guat, Petrus Taconis, Jo. Bueti, Bezan. Dorieres, de Borjali, Claud. de Castronovo, Ja. Paquet, Petrus de Fernay.

De responsione fienda sindicis Morgie super lictera parte eorum delata super exactione facta per magistrum alarum occasione eorum cimballi, eis rescribatur.

De macellariis Longuemale qui molestantur per dominum procuratorem fiscalem, instetur servari franchisesia.

Quia Johannes Rojodi vult unum suum scannum manutenere super communi, licet fuerit diruptum et in terram versum, insequatur forma capituli franchisesiarum. Fiantque demonstrationes domino vicario, eciam domino Coudree.

(*Janitor consilii.*) — Janitor consilii Michael Lyonardi sub stipendiis sibi per alios syndicos anni nuper lapsi ordinatis, percipiendis prout consiliarii percipere soliti sunt.

(51) *Veneris x februaryi.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Lyonardi, Paquet, P. de Fernay, M. de Liga, Bueti, Charbonerii, Maliardi, Sancto Michaele, Pecolat, Navis.

De scanno de quo conqueri videtur Rojodi deducantur concordio partes tractatu Anthonii Lyonardi, presentis. Nec sinatur commune occupari, sed fiant monstraciones domino vicario.

Nec prestetur juramentum per dominos syndicos per dominum vicarium prestari petitum, sed servetur usus et consuetudo, eciam forma franchisesiarum.

De macello domini de Brandil supra pontem Rodani, videtur non esse tenendum sed semovendum ut alias fuit ordinatum.

De clavibus portarum civitatis, tradantur vicinis propinquis et fidis per dominos syndicos sub debito juramento.

De locis recluse, eciam domini cantoris, visitentur.

De vigilibus, domini sindici provideant.

Super capcione Butini, Montagnerii et consortium, dominus procurator et locumtenens domini vicedompni hoc exequantur et se ante-

ponant cum eorum officiariis quos fortes faciant domini syndici, si opus sit.

Fiant cride solite.

De piscibus.

*Die Sabbati xj februarii*, in loco capituli Fratrum Predicatorum. — Quatuor syndici; — Planis, de Quarro, Glaud. de Castronovo, P. Dorsieres, Charbonerii, de Sancto Michaeli, Navis, Paquet, P. Levrierii, Grossi, Lyonardi.

(*Nundenarum.*) — Fuerunt lecte lictere nundenarum<sup>1</sup> per Versonay transmise cum ejus lictera. Fuit ordinatum quod publicentur hodie voce preconis. Quodque scribantur i. domino nostro duci, dominis cancellario, gubernatori Breissie et Lyobardi lictere regraciacionum.

Mictantur quoque pastuli piscium i. domino nostro duci bene preparati.

Super facto banchi Rojodi et Baudichon, interponatur appellacio et fiat condecens prosequucio etc.

*Martis xiiij februarii*. — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Gavid, Quarro, Prepositi, Lyonardi, Paqueti, Bueti, Guat, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, de Castronovo, Lingot.

(*Burgensis.*) — Honorabilis vir Johannes filius quondam Moneti Grueti, de Albenco, fuit creatus burgensis mediantibus xij ff. p. p. j seilliocto.

(*Burgensis.*) — Petrus Messellerii filius quondam Aymoneti, de Magno Bornando, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. j seilliocto.

(52) (*Rojodi.*) — De bancho Rojodi et Baudichon fiant opportune demonstracione[s] domino vicario. Qui si noluerit reparare etc., fiat appellacio in forma, sequente prosequucione opportuna.

Presententur domino vicedompno, pro locumtenente in vicedompnato, nobilis Glaudius Gavid, Bonifacius et Jo. de Sancto Michaeli, et A. Guat.

<sup>1</sup> Turin, 1<sup>er</sup> février 1497, portant défense aux marchands de se rendre à d'autres foires avant d'avoir pris part à celles de Genève, Arch. de Genève, P. H., n<sup>o</sup> 800.

Supplicacio parte recluse fuit oblata, super qua nichil providetur actamen visitetur locus.

Fuit lecta minuta licterarum mictendarum i. domino nostro duci, dominis cancellario, gubernatori Breissie, Lyobardi, Versonay, que bene stare visa est.

(*Nundene.*) — Exequucioni mandentur lictere dominicales decrete pro nundenis etc.

*In claustro Sancti Petri, xv februarii*. — Quatuor syndici; — Gavid, Lingot, Bezansonus, Pecolat, Paquet, Fernay, Maliardi, Charbonerii, Lyonardi, Navis.

Visis licteris domini Viriaci, rescribatur eidem quod capcio Butini in orto Sancti Apri non processit de precepto dominorum sindicorum et consulum, in quo loco ludi exercentur continuo et fiunt multe insolencie etc.

*Veneris xvij februarii*. — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Quarro, Paquet, Fernex, Bueti, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaeli, Orsieres, Pecolat, Navis, Guat, Lingot.

Vendatur equus ville.

Pro piscibus visitandis eliguntur Petrus Charbonerii, Anthonius Pecolat, qui prestiterunt nunc juramentum, et G. Curt qui juravit.

Visitetur iter de quo conqueritur Johannes de Soex.

Herogatur Gringaudi, vigili, unus ff., ut sue subveniatur infirmitati etc.

Visitato passagio occupato per Guillelmum Rogeti, sibi fiant injunciones de reparando iter.

*Eadem die*. — Quatuor syndici; — Gavid, Castronovo, Guat, Bueti, P. de Fernay, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaeli, Orsieres, Paquet, Pecolat.

Nobilis Andreas Guati retulit alloquutum fuisse illu. dominum bastardum de Sabaudie, qui dominus dixit eidem Guillelmum Chapellaz non esse servitorem, qui suis demeritis si videatur dominis sindicis capiatur.

Visum est eum esse capiendum etc.



(53) *Martis xxj februarii.* — Quatuor syndici; — d. F. Veyriaco, Gavid, Guat, Quarro, Castronovo, Lyonardi, Paqueti, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaelae, Pecolat, Borjali, Lingot, Navis, Fernay.

Exhibite fuerunt lictere delate parte domini Viriaci, cui fiat responsio.

(*Pro thesaurario.*) — Intrentur receptori contenta in rotulo, xxxiiij ff. ij g. iiij d. — (*Expeditum.*)

Intrentur receptori pro dono facto reverendo domino Orioli, subadministratori, iiij<sup>or</sup> faces, unum quartum ypocratis et unum quartum malvatici, videlicet.....

Exequantur lictere dominicales super facto nundenarum in ditione Sabaudie per Jo. de Torna, servientem generalem.

De piscibus qui venales exponentur, precio et pondere, fiat deliberatio in consilio episcopali.

Super modo vendendi et apportandi, servetur forma franchiesiarum.

De muro quo vertitur differentia inter nobilem Bo. de Sancto Michaelae et magistrum Guichardum, visitetur locus. Provideant domini syndici de vigilibus prout eis videbitur providendum.

Constituitur Guillelmus Curt desinerius et visitator piscium.

De Sordeto, fiat verbum domino vicario.

*Die Jovis xxiiij februarii, mane.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Gavid, de Quarro, de Castronovo, Bueti, Lyonardi, Charbonerii, B. de Sancto Michaelae, Lingot, Pecolat, Navis.

(*Receptor.*) — Domini syndici heri jusserunt dari spectabili domino Eyriaci iiij<sup>or</sup> faces, duo alabastra dragiate cum ypocrate et malvatico, ascendentes ad...; intrentur thesaurario.

Querelam fecerunt honorabiles viri Johannes Ramelli et Johannes de Molario, mercatores, cives hujus, sicut ipsi iter arripuissent ad partes Flandrie pro mercanciis emendis et ad hanc civitatem adducendis, videlicet vij<sup>m</sup> et v<sup>c</sup> ff. p. p. vel circa. Ipsi exeuntibus prope Arenthonem, nobilis Michaudus Cohenderi et filius magistri Philiberti, barbitonsoris, in eos prosilierunt, associati aliis quinque, qui abstulerunt de facto dictos vij<sup>m</sup> et v<sup>c</sup> ff., dicentes esse de gentibus illu. domini bastardi de Sabaudia, requirentes dominos sindico[s] dicti cives ut super restitutione obtinenda eis sint auxilio.

Super quo fuit ordinatum ut domini syndici sine mora accedant ad

dominum Bastardum cui demonstrationes faciant oportunas, et ad dominum vicarium.

(54) *Eadem die, vespere hora.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, A. Guat, de Quarro, de Castronovo, Charbonerii, A. Pecolat, Jo. Charavelli, Nycolaus Gentilis, Bueti, Maliardi, de Liga, Paquet, B. de Sancto Michaelae, P. A. de Ripa, P. Frochet, Grassie, Milanessii, Falquet, Jo. Lud. Ramelli, Orsieres, Gladius Philippi, Jero. Chamoix, Jo. Balli, Jo. de Molari, P. Jo. Bruni, G. Joly, P. Navis, Geor. Let, Migardi.

Fuit ordinatum nemine discrepante ut, insequendo appunctuamenta alias ut supra registratum et ordinatum comperitur facta, dentur spectabili domino Eyriaci centum scuti Sabaudie ut nobis in agendis circa que gerentur in favorem nundenarum et subsidiorum apud i. principem dominum nostrum Sabaudie ducem sit auxilio, consilio et favori ac intercessor in agendis.

(*Mandatum.*) — Et mandatur receptori quod solvat etc., ei vel Johanni Maliardi pro eo. — (*Expeditum.*)

Fiat instantia possibilis apud illu. dominum bastardum Sabaudie pro pecuniis restituendis per ablatores Johanni de Molario et Johanni Ramelli, de quarum ablacione hodie mane ut supra conquesiti fuerunt.

*Die Veneris xxiii<sup>ta</sup> februarii.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Gavid, Quarro, Castronovo, Lyonardi, Bueti, Navis, P. de Fernay, Sancto Michaelae, Orsieres, Pecolat, (B. Sancto Michaelae).

(*Sancto Michaelae et magistri Guichardi.*) — Super differentia vigente occasione unius domus inter nobilem Bonifacium de Sancto Michaelae et Guichardum Bienvenu, elegerunt Albergatoris et Amedeum de Sirie, promittentes tenere quicquid per consilium ordinarium fuerit ordinatum audita relatione ditorum lathomorum.

Super pecuniis ablatis Johanni Lud. Ramelli et Johanni de Molario, accedant domini syndici ad dominum Bastardum pro restitutione obtinenda.

*Die Dominico xxvj februarii.* — D. F. de Veyriaco, Gavid, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Levrierii, Fernay, Lingot, Bueti, Sancto Michaelae, Orsieres, Navis, Borjali, P. Taconis.

Super ablacione pecuniarum facta parte illu. domini bastardi de Sabaudia Jo. Lud. Ramelli et Johanni de Molario, ordinatum est ut scribatur i. principi domino nostro Sabaudie duci, participato consilio cum consilio episcopali.

(55) *Die Martis ultima februarii.* — Quatuor sindici; — d. de Brandil, d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Orsieres, Guat, de Liga, Prepositi, Pecolat, Lyonardi, de Castronovo, Quarro, Paquet, de Borjali, Navis, P. de Fernay, Charbonerii, B. de Sancto Michaeli, Bueti.

Cum, de precepto dominorum syndicorum quatuor, Johannes Turci, receptor generalis emolumentorum hujus civitatis solverit et libaverit spectabili Jacobo domino Eyriaci ducentum florenos p. p. ex deliberationibus superius in hac papiro annotatis, et promiserunt ipsi domini sindici premictis nominibus dictum receptorem indemnem servare ex deliberatione consiliariorum suprascriptorum et eorum consensu et assensu, ipsi domini sindici, Petrus Braseti, Johannes de Planis, Percivallus Peyrolerii et Johannes Nergaz, sindici et sindicario nomine, pro satisfactione dictorum ijc ff. per ipsum Johannem Turci consequenda, eidem Johanni Turci, presenti etc., obligant et ypothecant emolumenta alarum et bossetarum et omnium aliarum rerum eidem communitati Gebenn. pertinencium per dictum receptorem et suo (?) exigenda usque ad valorem dictorum ijc flor., citra tamen derogacionem instrumenti indemnitatis de hujusmodi ijc dicto receptori Johanni Turci, instrumento per me recepto, facte, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis. Actum Gebenn. in consilio ordinario, presentibus Johanne de Passie et Michaeli Lyonardi, burgensibus Gebenn., die predicta ultima februarii mo iijc lxxxvij, ind. xv. De Crosa.

(B. et Jo. de Sancto Michaeli et magistri Richardi.) — Amedeus de Sirie, Mermetus Albergatoris et Guillelmus Mistralis, lathomi, refferunt in scriptis. Et nobilis Bonifacius de Sancto Michaeli, suo et Johannis ejus fratris nominibus, petentes per nos pronunciari. Qui pronunciamus in scriptis ut dicta relacio reffert, requirente eciam dicto Richardo pronunciari.

Qua pronunciacione per nos syndicos et arbitros facta vigore potestatis per partes nobis facte Veneris nuper lapsa, dicte partes eam ratificaverunt et approbaverunt, presentibus quibus supra.

Electus fuit nobilis Glaudius Gavid ut constituatur locumtenens domini vicedompni.

Compelli videntur macellarii Longuemale ad cavendum de servando indemnes alios eorum fidejussores.

(Mandatum.) — Solvantur nobili Glaudio Gavid xxij g. causis in rotulo. — (Expeditum.)

*Mercuri prima marci, hora prima.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Fernay, Bueti, Lingoti, Sancto Michaeli, Orsieres, Navis, Borjali, Levrerii, P. Taconis.

Fuit electus inter ceteros nobilis Glaudius Gavid in locumtenentem domini vicedompni.

Fiat instancia possibilis pro mercatoribus pro restitutione eis ablatarum pecuniarum.

(56) *Eadem die, vespere.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Guat, Castronovo, Paquet, Liga, Orsieres, Charbonerii, Pecolat, Lyonardi, Bueti, P. de Fernay, Navis, Sancto Michaeli.

(Bernensis.) — Nobilis Theodoricus Bernensis, exhibitis sui parte certis licteris clausis transmissis per dominos Bernenses et Friburgenses, dixit non teneri ad solucionem gabelle sui salis quod per hanc civitatem transiri fecit ejus pretextu. Consistunt penes Petrimandum de Malodumo quatuor viginti ff. p. p. quos sibi petit restitui.

Fuit ordinatum ut, pro hac vice, contemplacione et amore dominorum Bernensium et Friburgensium, qui super hoc intercesserunt, dicti iijj<sup>xx</sup> ff. dicto Theodorico, presenti et graciaram actiones agenti, tradantur et expendantur, cum videatur transitus.

(Substitutio Peyrolerii.) — Die secunda marci, in domo ejus, presentibus Hudriodo Fornerii et Francisco de Leamont...

*Veneris tercia marci.* — Quatuor sindici; — Paquet, Quarro, B. de Sancto Michaeli, de Liga, Charbonerii, Pecolat, Navis, P. Fernay.

Fuit cognitum quod pro Vernetto non solvatur quicquam.

(Fogia.) — Ponatur in commissione causa de Fogia Lyonardi, Brune. Et tradatur unus ff. et scribatur procuratori Johanni Garneronis.

Fiat concordium de Chardon hinc, et Francisco Patry et Navetaz inde, vocatis evocandis.



(*Castellani Galiardi.*) — De Boverii, vicecastellano Galiardi, detento burgense qui obtinet licteras prohibicionis victualium, fiant demonstrationes domino vicario qui provideat taliter quod non incedat civitas in scandallum. Fuit facta paulo post demonstratio domino vicario, presentibus Ja: Paqueti, Johanne Turci, Johanne Fontanelli, Jo. de Passie et Bajole.

De itinere Sancti Leodegarii, visitetur.

(*Platea Burgiforis.*) — Fuit expedita platea Burgiforis Guillelmo de Crosa per unum annum die finiti termini ultimi accensatoris incohandum, mediantibus xvij g. — Videatur tradicio ejusdem Andree Mantillerii xvj februarii anni nuper lapsi <sup>1</sup>.

(*Cugnet.*) — Fiat laudimium Aymoni Cugnet de terra sibi hodie vendita precio xij ff. mediantibus xvij g.

Fiant cride ut scripte sunt.

De Guillelmo Bocardi petente restitui in vigilem, remittitur ad Martis.

Pro nobili Bo. de Sancto Michaeli, vadant domini syndici ad dominum judicem excessuum cui requirantur servari franchisesias.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Frochet de vij ff. vij g. v d. cum obolo. — (*Expeditum.*)

(57) *Sabbati quarta marcii.* — Planis, Nergaz, Paquet; — de Liga, A. Pecolat, Gavid, d. F. de Veyriaco.

Super lictera delata parte nobilis Johannis Vulliodi, thesaurarii, pre-textu subsidiorum, fiat responsio etc.

Fuerunt lecte lictere misse per magistrum Liobardi et Versonay, apportate per Petrum Maruglerii, fornerium.

*Martis vij marcii.* — Braseti, Planis, Nergaz; — Brandil, Gavid, Levryer, Lyonardi, Guat, Quarro, Castronovo, Paquet, Bueti, Fernay, Liga, de Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Pecolat, Borjali, Navis.

(*Burgensis.*) — Franciscus Colombi, de Troinay, filius quondam Jacobi, notarius, fuit creatus burgensis mediantibus vij ff. j seillocto.

Super diferencia vigente inter Franciscum Patri et Johannem Na-

<sup>1</sup> Ci-dessus, p. 302.

vetaz hinc, et <sup>1</sup>

Chardon inde, promiserunt partes stare cognitioni summarie dominorum syndicorum et consilii ordinarii.

(*Mantillerii.*) — Parimodo inter eosdem et Andream Mantillerii, promiccentes etc.

De juridicione que per aliquos impedi et turbari videtur, fiat demonstratio decens domino vicario et consilio episcopali, et petatur lictera testimonialis.

De Bocardi petente se restitui in vigilem, observetur quod alias gestum est, nec admittatur.

De subsidiis et lictera ob hoc missa per egregium Johannem Vulliodi, scribatur i. domino nostro duci.

De Passione ludenda, fiat ut dominus vicarius precipiet.

De adventu domini, fiant debite preparaciones.

Visitetur locus terminacionis prati domini cantoris.

*Die Veneris x marcii.* — Quatuor syndici, Paqueti substitutus; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Lyonardi, Navis, Pecolat, Sancto Michaeli, Orsieres, Bueti, Michael de Liga, Guat.

Fuit ordinatum ut pontes visitentur, et committitur Paqueti et re-ceptori.

Obtinetur remissio illius scelerate detente, dicte Bonete, post prandium.

Scribatur domino Viriaci ut magister monetarum adipiscatur possessionem vicedompnatus.

Instetur contra illum qui traxit limites appositas instancia r. domini cantoris.

Occasione subsidiorum pro quorum solutione scripsit Vulliodi, etiam curie officialis que videtur impedi per officarios temporales, vadant domini syndici ad dominos vicarium et de capitulo, quibus faciant debite demonstrationes, et petantur lictere testimoniales.

Exigentibus variis et diversis oneribus occurrentibus et de proximo occurrentibus, visum fuit per antecessores modernorum syndicorum in syndicato, deliberacione prehabita, ut superius in hac papiro continetur et impresenciarum videtur, gabellam vini ut alias esse imponendam. Et super hoc fiat instancia apud dominum vicarium qui illam

<sup>1</sup> Le prénom manque.

concedat et licteras decernat opportunas. Petanturque lictere testimoniales de requisicione.

(58) Tradatur lictera borgesie Francisci Colombi Francisco Patrici exigenda.

Fiat reparacio alarum.

Prestoletur adventus nobilis P. de Versonay antequam scribantur lictere domino.

*Die Martis xiiij marcii.* — Braseti, Planis, Nergaz et Paqueti substitutus; — d. F. de Veyriaco, Gavid, Guat, Quarro, Levrierii, Lyonardi, Bueti, P. de Fernay, Charbonerii, Lingot, Sancto Michaele, Orsieres, Ponte, Pecolat, Navis.

Scribatur in favorem nobilis Bo. de Sancto Michaele domino officiali Viennensi ut servet franchisesias in causa contra dominum procuratorem fiscalem, nec sinat infringere.

De et super differencia inter Petrum Falqueti et Anthonium Pecolati, promiserunt ipsi stare ordinacioni et cognicioni dominorum sindicorum et consilii ordinarii.

(*Gabella.*) — Pro necessitatibus huic civitati multimode succurrendis, opus est ut imponatur gabella super vino ut alias. Et ut ita fiat, instanciam faciant domini syndici apud dominum vicarium ut eam decernat cum licteris opportunis. Cui ob hoc donantur et elargiantur centum et quinquaginta ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Laurencii de xxv s. ix d. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni de Torna super rotulo de xvij ff. vj d. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Maruglerii.....

De passagio loci de Cornavin reparando, committitur receptori et magistro Jacobo Quiblerii, magistro operum, presentibus.

(*A. Pecolat.*) — Quoniam Anthonius Pecolat peciit sibi satisfieri de iiiij<sup>xx</sup> ff. remissis nobili Theodorico, Alamano, pro transitu sui salis, fuit cognitum esse transiturum et ideo ad gabellam non teneri, salvo quod si aliquod in hac civitate de eo fuerit venditum, de tali non esse transitum, ideo teneri ad solucionem gabelle. Super quo examinetur Bald. Balardi, qui testificatur nullum ex dicto sale in hac civitate

cuipiam fuisse venditum, ideo nichil dicto Pecolat fore refficiendum.

De Guillelmo Bocardi, pro quo intercessit dominus gubernator Nycee, eidem domino gubernatori scribatur quod non debet admitti in vigilem, quia forefecit.

De pastillis piscium, expectetur Versonay.

(*Juramentum vicedompni.*) — Nobilis Nycolaus Gati, locumtenens domini vicedompni Gebenn., in manibus egregiorum Johannis de Planis et Johannis Nergaz, consindicorum, solitum prestitit juramentum in ejus domo habitacionis, presentibus nobilibus Bonifacio de Sancto Michaele et Humberto de Vulpilleriis, et Glaudio Gavid, testibus etc.

(59) *Die Veneris xvij marcii.* — Braseti, Nergaz, Paqueti substitutus; — d. F. de Veyriaco, Gavid, Quarro, Lyonardi, Charbonerii, Orsieres, de Liga, Pecolat.

(*Tachium.*) — Traditur in tachium Johanni Calabri, coperturio, complendi iter de Cornavin roditum ex aqua || pro xiiij ff. ||, ita quod lapides intra existentes sumptibus suis extrahere debeat, complendum hinc ad tres septimanas proximas.

Examinetur per Brune super articulis contra relictam de Fogia.

(*Versonay.*) — Delate lictere per nobilem Petrum de Versonay a celsitudine ducali lecte fuerunt<sup>1</sup>, qui exposuit acta per eum.

De officio vicedompnatus, vadant domini syndici ad magistrum monetarum qui locumtenentem suum constituat.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Moneto Bessonet super rotulo de xxxiiij ff. vj.g. vj d. — (*Expeditum.*)

*Martis xxj marcii.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Castronovo, Bezansonus, Orsieres, Bueti, Ponte, Lyonardi, Quarro, Fernay, Charbonerii, Navis, Pecolat.

De filio P. Jaquemini qui vult suam propter guerram diruptam grangiam construere, visitetur locus.

<sup>1</sup> Turin, 6 mars, Arch. de Genève, P. H., n° 798; impr. dans Galiffe, *Matériaux*, t. I, p. 317.



(*Mandatum.*) — Herogantur patri predicatori xx testoni et mandatur receptori quod solvat.

(*Crida viarum.*) — Fiant hodie cride super reparacione viarum sub pena lx d. — Deinde preco retulit etc.

Visitetur ala et reparanda reparentur, vocatis evocandis et quorum interest.

Videntur bocherie ultra parvum pontem site fore tollende. Et super hoc d. vicarius provideat.

*Lune in crastinum Pasche xxvij marcii.* — Braséti, de Planis, Nerga, Paqueti substitutus; — d. F. de Veyriaco, Lyonardi, Bueti, Fernay, Grossi, Orsieres, Charbonerii, Ponte, Prepositi, Liga, Navis, Castronovo, Pecolat.

Pro necessitatibus succurrendis, opus est habere pecunias que comode haberi non possunt absque impositione gabelle. Vadant igitur domini sindici ad dominum vicarium pro licteris inde obtinendis, cui promictantur et assecurantur c et l ff., ut alias fuit ordinatum. — Paulo post ad eum accesserunt et ita ut premictitur peregerunt. Qui dominus vicarius decrevit gabellam.

(60) *Martis xxvij marcii.* — Braseti, Planis, Nergaz, Paquet substitutus; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Versonay, Guat, Quarro, Prepositi, Lyonardi, Fernay, Bueti, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat.

Habuisse confitetur Jo. Grossi que sibi conceduntur duo vidimus bullarum et originale franchisesiarum, quas promictit restituere hinc ad octo dies proximos.

Conquestusest dominus de Brandil de macello seu carniū vendicione in ejus domo ultra parvum pontem Rodani, decretis inhibitionibus per dominum vicarium de tollendo.

Fuit ordinatum quod evocetur dominus de Brandil coram domino vicario qui provideat de juridico remedio, vocatis dominis sindicis.

De gabella pro pecuniis habendis, fuit ordinatum quod suum sorciatur effectum.

Fuerunt lecte cride que fiant ut jacent.

Super peste cepta in Turri de Buel, fiat debita provisio super vacuacione et obtineantur lictere a domino vicario.

*Die Veneris ultima marcii.* — Braseti, Nergaz; — Gavid, Versonay, Quarro, Fernay, Maliardi, Orsieres, Bezansonus, Charbonerii, Sancto Michaelae, Navis.

Observetur mandatum solvendum magistro Ja. Quiblerii.

(*Versonay.*) — Commictitur visitatio rotuli nobilis P. de Versonay.

De consilio generali tenendo pro gabella obtinenda, evocentur de melioribus civitatis l vel circa, deinde teneatur consilium generale.

(*Brandil.*) — De querela domini de Brandil pretextu sui macelli, evocetur coram domino vicario.

De Bernardino Tortue petente posse extrahere mercancias quas emit in hac civitate, vadant ad dominum vicarium domini sindici.

Accipiantur quercus nobilis P. de Versonay pro Areri et consimiles sibi restituantur.

(61) *Veneris ultima marcii.* — Braseti, Nerga, consindici, Ja. Paqueti substitutus per Peyrolerii consindicum; — Gavid, Versonay, A. Guat, Lyonardi, P. de Fernay, Maliardi, Hugoninus de Ponte, Bezan. Dorerii, Navis, Canalis, P. Jo. Bruni, Jo. de Leone, Jo. Albi, Jo. Boconis, Hen. Pichon, Glaud. Thome, Hud. Ferrati, P. Falqueti, A. Milanesei, G. Bessonet, Guillelmus de Bolo, P. Bocardi, G. de Quarro, F. de Leamont, Glaud. de Castronovo, Prepositi, Jo. Frochet, Monetus Sonerii, Ja. Nepotis, Lud. Raynaudi, Jo. Chalex, Pe. de Malodumo, Glaud. Philippi, Jaqueminus Belli, P. Poterelli pelliparius, Jo. Donzelli, n. Jo. de Fernay.

(*Gabella.*) — Expositis oneribus civitati incumbentibus, emissis per supranominatos non discrepantes sed consensum prebentes, mediis juramentis, concluserunt ut imponatur gabella prout alias, videlicet unus den. pro quolibet quarterono vini venundandi, et sextario quolibet duorum grossorum monete, et pro quolibet lanerio salis duorum quartorum monete, prout alias et ultimo fuit exacta.

*Die Martis quarta aprilis.* — Braseti, Planis, Nergaz, Paquet substitutus; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Quarro, Castronovo, Grossi,

Maliardi, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Guat, de Sancto Michaeli, Navis.

(*Brandil.*) — De macello domini de Brandil qui licteras obtinuit a curia vicarii contra dominos syndicos et alios etc., fuit ordinatum ut nulla fiat prosequutio cause contra ipsum dominum de Brandil parte civitatis dominorumve sindicorum.

Locetur per thesaurarium Johannem Turci domus sua magistro scole sub salario novem florenorum p. p.

(*Juramentum Gavid.*) — Nobilis Glaudius Gavid, locumtenens domini vicedompni, prestitit solitum juramentum.

Dentur vigilibus vj g.

Reparetur passagium occupatum in Arreneriis per curatorem Malieti.

Visitetur edificium Jo. Balli.

(*Versonay rotulus.*) — Commictitur visitacio rotuli nobilis Petri de Versonay dominis sindicis necnon nobili Andree Guat, Anthonio Pecolat.

(*Versonay.*) — Instetur contra no. Petrum de Versonay ut restituat xxti ff. per eum exactos pro reparacione ambulatorii subtus domum Trium Regum.

Fiat examen per Brune in causa relicte de Fogia.

De adventu domine duchisse, fiat preparacio.

De itinere de Cornavin.

(62) (*Burgensis.*) — Honorabilis vir Franciscus de Leamont, de Prisingio, notarius, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p. — (*Letum est.*)

Et idem ipse ordinatus et constitutus pro peste vitanda, sub stipendiis duorum ff. p. p. pro singulo mense quamdiu vacabit etc.

*Veneris vij aprilis.* — Sindici; — d. F. de Veyriaco, Quarro, Castronovo, Maliardi, de Liga, Bezansonus, Fernay, Lyonardi, Grossi, Navis.

Johannes Boconis senior promittit reddere berrotatam quamlibet lapidum in loco de Cornavin pro vj quartis.

(*Thesaurarius.*) — Intrentur thesaurario xxx ff. per eum soluti Francisco Patrici et Johanni Navete pro divertendo Arerim.

(*Mandatum.*) — Solvantur Johanni Calabri xiiij ff. pro tachio, quia complevit terrale passagii de Cornavin. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum domini vicarii.*) — Vadant domini syndici ad dominum vicarium pro habendo licteras gabelle per tres annos, cui ob hoc donantur cl ff. qui mandantur persolvi per thesaurarium.

Fuerunt per prefatos d. syndicos intimate lictere ducales Anthonio Pecolat, Anthonio de Versonay et Tissoti, cum protestacione quod non precipitur eis quod vadant necquicquam agant nomine civitatis que nichil exbursabit.

Non vapuletur Lud. Bonetaz sed duntaxat perpetuo bampniatur.

Fuerunt electi pro adventu jocundo domine Jo. de Platea, G. Curt, Jo. de Soex, Jacobus Nepotis et Ro. Nycolai.

De supplicacione Glaudii Crispini, supplicantis se ad ejus deffensiones admicti, admictatur etc.

De causa domini de Brandil occasione sui macelli, nulla fiat instancia seu prosequutio cause.

Visitetur stilicidium alarum.

De emolumento licterarum gabelle, taxentur et quod taxatum fuerit solvatur Viennesii.

(*Nundene.*) — De mictendis licteris racione nundenarum, nichil agatur nomine civitatis.

Tradantur copie commissariis nominatis in licteris et fiat intimacio Anthonio Versonay, Nantermeto Tissoti et Anthonio Pecolat.

De mercanciis emptis in hac civitate per forenses, nullum impedimentum eis in hac civitate inferatur.

(*Burgensis.*) — Michael Benedicti, poudrierus, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*Die Sabbati ix [viiij] aprilis.* — Sindici tres, videlicet Braseti, de Planis, Jo. Nergaz et Paqueti substitutus; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Fernay, Lyonardi, Maliardi, Orsieres, Bezansonus, Grossi, Sancto Michaeli, A. Pecolat, Navis, Bueti, Castronovo.

Prefati domini syndici dixerunt heri, hora jam tarda, spectabilem dominum Guillelmum Dispat, Bernensem, eis exposuisse nonnullos mercatores alamanos conquestos fuisse, asserentes eis inferri in hac civitate impedimentum, adeo quod aurige eorum mercancias apud Seisillum vehere et ducere non audent, pretendentes ob hoc (63) habere aliquid interesse contra civitatem. Pro sedanda hujusmodi materia, fuit ordi-



natum quod, in observacione licterarum, mercatoribus forensibus nullum impedimentum inferatur. Et hoc incontinenti dicatur domino vicario qui accedat ad dictum dominum Dispat et demonstraciones debitas sibi faciat. Qui domini sindici ad dictum dominum vicarium accesserunt cui hec patefecerunt. Qui elegit re. dominum Amblardum Goyeti et Philibertum de Bona qui, associati prefatis dominis sindicis, ad dictum dominum Dispat accesserunt quem reperierunt in domo domini de Brandis. Cui idem dominus Amblardus parte prefati domini vicarii dixit nullum impedimentum inferri mercatoribus forensibus nec eorum mercanciis que ducantur per aurigas hujus civitatis, cum lictere ducales exceptunt forenses. Et hoc ipsis aurigis dicitur ne formident; quam responsionem dixit se gratam habere et illam dedicere Alamanis qui conquesti fuerunt.

*Martis xij [xj] aprilis.* — Braseti, Planis, Nergaz, Paquet substitutus; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Quarro, Castronovo, Fernay, Grossi, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Navis, Bueti, Maliardi, Sancto Michaeli, Lyonardi, Prepositi.

*(Substitutio.)* — Egregius Johannes de Planis syndicus loco sui substituit Hugoninum de Ponte.

*(Gabella.)* — Cridetur gabella vini et salis marini.

*(Juramentum vicedompni.)* — Nobilis Nycolaus Gati, constitutus vicedompnus per i. dominum nostrum Sabaudie ducem, constantibus licteris datis xxviii nuper lapsi mensis marcii, sigillatis et per Brunet signatis, solitum prestitit juramentum.

*(Gavid, Charbonerii.)* — Ibidem constituit locumtenentes suos nobilem Gladium Gavid et Petrum Charbonerii, qui et eorum quilibet constituti prestiterunt juramentum.

*(De Leamont.)* — Item fuit constitutus Franciscus de Leamont etc.

De Planis de minis sibi illatis per nobilem Lud. Festi conqueritur. Fiant demonstraciones illi. domino Bastardo per Gavit et Guat ibidem presentes.

Dentur Viennesii duo ff. pro licteris gabelle.

*(Mandatum.)* — Solvantur nominatis in rotulo id quod concesserunt pro mictendo Versonay ultramontes ad dominum pro nundenis. — *(Expeditum.)*

Visitetur domus Biollesii.

*(Mandata regum.)* — Solvantur regibus balisteriorum, archeriorum et colovrinorum cuilibet vj ff. — *(Expeditum pro balisteriis; expeditum archeriis.)*

Item eximantur, alloquuto domino vicario, ab omnibus oneribus excepta gabella.

Mictatur Johannes Grossi ad consilium Chamberiaci pro sollicitando causam relicte Voens et faciendo que opus erunt.

*(64) Die Veneris xiiij aprilis.* — Braseti, Nergaz, sindici; Ponte, Paquet, sindici substituti; — de Quarro, Maliardi, Bezansonus, Pecolat, Lyonardi, Versonay, Castronovo, Guat, Gavid, Navis.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Petro Maruglerii, qui accessit ultramontes ad dominum portavitque pastillos ad ipsum dominum, eundo, stando et redeundo et negociando vacavit xvij diebus ad rationem, incluso equo, unius floreni pro singulo die, sunt xvij ff. p. p. — *(Expeditum est.)*

*(Nundene.)* — De commissariis nominatis in licteris dominicalibus pretextu nundenarum mictendis super passagiis, videlicet Hugon. de Bolo, Anth. de Versonay et Nantermeto Tissoti, acceptantibus, et cuilibet solvantur x ff. Nec excedant quoquo modo formam licterarum et restituant si contigerit eos aliquas penas exigere.

*(Gabella.)* — De gabella cridetur et plus offerenti, factis debitis cridis, expediatur.

De licteris earundem emolumenti scripture petite per Viennesii.

Ystorie fiende in jocundis adventibus i. domini et domine, fiant super gabella expense.

De filiabus que venerunt a Lausanna fuerunt auditi Pecolat et Jo. de Turre. Restituantur pecunie eisdem.

Theobaldus de Corberia mediante juramento asserit sibi furto subtractas auri et pecunie quantitates.

*Martis xviii aprilis.* — Braseti, Planis, Nergaz, Paquet substitutus; — Gavid, Guat, Quarro, Grossi, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaeli, Bezansonus, Pecolat, Ponte, Fernay, de Liga, Bueti.

Stephanus Volland et Jo. de Cresto, super muro et edificio domus,

promictunt stare ordinacioni consilii, visitato opere per operarios juratos, eorum relacione audita.

Pro peste vitanda, eligantur duo vigiles nominandi per Fran. de Leamont deputatum.

Fiat unus locus aptus latrinarum in cretis prope portam Baudet, inferius.

Fiant demonstraciones dominis vicariis et cantori super conductu etc. (*Thesaurarius.*) — Intrentur duo scuti regis thesaurario quos solvit egregio Andree Viennesii pro licteris gabelle per eum sigillatis.

Item intrentur eidem xv ff. quos tradidit Hugon. de Bolo ut accederit apud Aquambellam pro licteris ducalibus exequendis in facto nundnarum. — (*Intrantur. — Letum est.*)

(*Gabella.*) — Cridetur gabelle; quod plus offerenti expedientur.

Fiat preparacio pro jocundo adventu domini ducis et domine quando evenerit Deo duce.

(65) De coperturis tapisserie petitis per egregium Brunet, ut scripsit nobili Petro de Versonay, tradantur per Maliardi, ibidem presentem, due ascendentes precio lx ff. una.

Et intrentur xv ff. pro una copertura. — (*Intrantur. — Expeditum.*)

Super clausura facta per Versonay sisie super communi, fuit ordinatum quod nobilis Glaudius Gavid, locumtenens domini vicedompni ibidem presens, eam dirrui faciat.

*Veneris xxj aprilis.* — Braseti, Planis, Nergaz, Paquet; — Gavid, Versonay, Maliardi, Bezansonus, Turci, Pecolat, Navis, Grossi, Lyonardi, Prepositi, Guat, B. de Sancto Michaele, de Liga.

(*Ordinacio.*) — Retulerunt Johannes Tissoti, Anthonius Berthodi et Andreas Copet, Mermetus Albergatoris, quod Stephanus Voland suis sumptibus inferius et superius retinere debere domum, eciam appodiet econtra alias domos, taliter quod non deveniat in ruinam et non paciatur Jo. de Cresto jaturam. Et ita ordinatum est, promictentes etc.; ratum habent.

(*F. de Leamont.*) — Solvantur Francisco de Leamont, pro ejus pena et labore pretextu pestis, quolibet mense quo vacabit et exercebit, tres ff. p. p.

Cridetur gabella hodie, crastina, Lune; et Martis hora 3 post meridiem expediatur.

Inhumentur in cimisterio hospitalis pestilencialis qui inibi decedent.

De latrinis Monachi, obtineatur preceptum a domino vicario.

Super eo quod nobilis Anthonius de Versonay fecit opus novum in hospitali Festi Dei, expectetur ejus adventus et dirruenda dirruantur per nobilem Glaudium Gavid, vicedompnum ibidem presentem, quem requirunt.

De susurrantibus, sumantur informaciones et capiantur, signanter magister Jacobus de Fonte.

*Die Dominico xxiiij aprilis.* — Braseti, Nergaz, Paqueti substitutus; — d. F. de Veyriaco, Gavid, Lyonardi, (Paqueti,) Fernay, Liga, Orsieres, Charbonerii, Bueti, Ponte, Pecolat, Navis.

Rediit nobilis Anthonius de Versonay a Ponte Bellivicini, asserens se exercuisse suam commissionem ducalem, maxime contra Lud. de Verzelleto alias Brulafer, prout in expletis que reffert, qui fuit relaxatus vigore licterarum dominicalium datarum Chamberiaci. Cui responsum est hanc civitatem non se imiscere de exequuacione licterarum, verum commissarii in eis nominati; et ipse Anthonius concommisarius faciat quod sibi videbitur, precavendo ne ipsarum licterarum formam excedat, quoniam intencio consilii est nichil exbursare, sed exbursata ubi commissarii quicquam exigant de prius scriptis prout dicte lictere tanguntur eidem civitati per eos restitui. Et, quia idem Anthonius asserit misisse ultramontes ad dominum, prestoletur ejus adventus.

(66) *Martis xxv aprilis.* — Braseti, Nergaz, Paquet substitutus; — Bezansonus, Navis, Pecolat.

Tradantur vigilibus, pro eorum pena cum dominis sindicis, vj g.

Item Johanni Clerici, qui accessit Hermenciam pro habendo unum prebiterum aptum pestilencie, iiij g.

Item Jo. Clerici, vigili, qui ivit Hermenciam pro habendo unum prebiterum aptum pestilencie, iiij g.

*Die eadem xxv aprilis.*

(*Gabella.*) — Anno domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxxvij, ind. xv et die xxv apri-



lis, in claustro Sancti Petri in quo aderant : egregii Petrus Braseti, Johannes de Planis et Johannes Nergaz, consindici; et Jacobus Paqueti, consindicus substitutus per honorabilem virum Percivallum Peyrolerii, consindicum hujus civitatis Gebenn., — presentibus honorabilibus viris Petro de Versonay, Glaudio Gavid, Michaele de Liga, Glaudio de Castronovo, Colino Chicant, Roletto Nycolai, Petro Charbonerii, Petro Biolesii, Johanne Bueti, Johanne Blonay, Amedeo barbitonsore, Johanne Alexii carterio, Glaudio Thoreni, Johanne Turci, Philiberto Davenex, Peyrono Neyrodi, Francisco de Leamont, Bezansono Dorerii, dicto Gusmand barbitonsore, Petro Darlo, Johanne Balli, Petro Masuerii, Nycodo Janini, Pluzot aurifabro, F. Andrea Gervasii, Johanne Lupi, Petro Prepositi, Girardo Veluti, Johanne de Bolo, Petro Navis, Hugonino de Ponte, Johanne Donzelli, Jo. Margolliet, Petro de Quarro, Johanne Navete, Anthonio Lyonardi, Janino de Mara, Guillelmo Roget, Nycolao Gentilis, Petro Mye barbitonsore, Stephano Blanchet, Johanne Marchiandi, Petro de Nanto, Petro Tacon, Baudichono Barberii, Bo. de Sancto Michaele, Jo. Floquet, Petro Perrodi, Johanne Veluti, Guillelmo de Bolo, (Johanne Navete,) Johanne de Palude alias Chalex, Anthonio de Versonay, Rolando Boysserii, hospite Crucis Albe prope Ripam, Jo. de Nanto etc.

Prefati vero domini sindici et substitutus, sindicario nomine ipsius civitatis Gebenn., admodiant et in admodiacionem et firmam tradunt, factis debitibus in talibus fieri solitis per Johannem Fontanelli, preconem dicte civitatis, ut retulit, et nunc in dicto claustro candela ut moris est incensa, honorabili viro Anthonio Picollat, civi Gebenn., presenti et acceptanti etc., videlicet gabellam vini et salis, ad rationem duorum grossorum monete pro singulo sextario, seu unius denarii pro singulo quarterono vini quod venale exponetur, et duorum quartorum monete pro singulo lanerio salis quod introibit franchisesias hujus civitatis, prout licere a reverendo domino vicario Gebenn. super hoc concesserunt. Ita et taliter quod duo quarti pro singulo lanerio salis et sale impresenciarum in hac civitate et franchisesiis ejusdem existente exigi possit et eidem Anthonio exigere licitum sit ad rationem qua supra. Nec exigere debeat idem Anthonius de vino adducendo in portu Lacus ibidem, nisi post venale exponatur, quo casu exigere possit de eo ad rationem qua supra. Et hoc ad et per unum annum proximum die crastina

incohandum et simili die anno prius revoluto finiendum, sub firma duorum millium et octies seu octo centum florenorum p. p., quos paratum se obtulit daturum tanquam plus offerens. Et pro tanto fuit sibi expedita cum honore et onere debitibus et solitis. Quos duo millia et octo centum florenos in manibus receptoris generalis emolumentorum dicte civitatis et communis, presentis etc., solvere promittit quatuor terminis, videlicet in proximis nundenis augusti quartam partem, et subsequenter quibuslibet nundenis sequentibus tantum, usque ad plenam et integram solutionem dictorum duorum millium et octo centum florenorum p. p., unacum dampnis, etc. Submittens se omnibus curiis etc.; promittentes pro se et suis et obligatione omnium bonorum suorum etc., et dicti sindici sindicario nomine manutenere etc.; eiam cavere ydonee Veneris proxima; renuncians etc.

Actum ubi et presentibus quibus supra.

De Crosa.

(Caucio.) — Anno Domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxvij, die quinta maii, idem Anthonius Pecolat et, ad ejus preces et requisicionem, Baudichonus Barberii et Anthonius Milanessii, burgenses Gebenn., ejus fidejussores, et ipsorum quilibet principaliter et insolidum, promittunt solvere terminis quatuor in hujusmodi instrumento admodiacionis descriptis duos mille et octo centum florenos p. p. inibi mencionatos, unacum dampnis, etc. Submittentes se etc., renunciantes etc., eiam juridicenti principalem prius conveniendum quam fidejussores, epistole divi Adriani etc., in majori forma, receptore generali ibidem presente, eiam dominis sindicis presentibus stipulantibus ad opus hujus civitatis.

Actum Gebenn., in aula consilii communis, presentibus honorabilibus viris Glaudio Gavid, P. de Versonay, Jacobo Paqueti, Bezansono Dorerii, d. Francisco de Veyriaco legum doctore, Petro Charbonerii.

De Crosa.

(67) Paulo post ibidem fuit tentum consilium, in quo aderant : supranominati sindici; — Gavid, Maliardi, Charbonerii, Bueti, P. Tacon, Sancto Michaele, Navis, Ponte, A. Pecolat, Lyonardi, Lingot, Bezansonus.

Fuit deliberatum et conclusum ut scribatur i. domino nostro duci et domino gubernatori Breissie in favorem re. domini Gladii de Castro veteri, vicario generali, pro administracione episcopatus Gebenn. pro

eo obtinenda, constituentes r. dominum Andream de Malvanda ejus vicarium etc.

*Die Veneris xxviii aprilis.* — Braseti, Planis, Nergaz; — de Veyriaco, Lyonardi, Maliardi, Pecolat, Versonay, Navis.

Fiat visitacio operis novi logie n. Anthonii de Versonay, cujus fuit commissa visitacio.

Leventur quatuor pelices Jacobo de Fontana et claudatur ejus apotheca, qui comburi fecit in porta Lupanaris certas res pestilenciales.

Evocetur Johannes Balli qui differt ostendere lanerios salis quos habet.

Solvantur vigilibus sex g. pro pena in gabella adhibita per eos.

*Martis secunda maii.* — Braseti, Planis, Nergaz, Peyrolerii; — d. F. de Veyriaco, Ponte, Bezansonus, Navis, Maliardi, Grossi, Orsieres, Sancto Michaeli, de Quarro, Paquet, Fernay, Pecolat, Charbonerii, Guat.

Domini sindici protestatiferunt contra Franciscum Patri, presentem, pretextu Areris.

*(Donum d. episcopi.)* — Dum illu. dominus noster episcopus et ejus fratres affuerint, dentur eisdem xij boyte dragie grosse, xij faces, tres quarteroni ypocratis et tres quarteroni malvatici.

*(Mandatum.)* — Tradantur Hugonino de Ponte xxx ff. pro succurrendis agibilibus existentibus in hospitali pestilenciali. — *(Expeditum est.)*

*(Platea Fusterie et terrale Palacii.)* — Admodiatur platea Fusterie Jacobo Nyvoti, poterio, et terrale Plani Palacii, mediantibus xxx g., per unum annum hodie incohandum.

Exhibite fuerunt copie salvorum conductuum.

Committitur visitacio rotuli n. Petri de Versonay d. sindicis, Ja. Paqueti, Guati, Maliardi, de Ponte, Pecolat, de Quarro. Refferant consilio quod faciat quod decuerit.

*(Relacio.)* — Johannes de Torna retulit presentasse die quarta nuper lapsi mensis marcii licteras dominicales nobili<sup>1</sup> castellano Chamberiaci exequendas; quas exequucioni mandare noluit.

<sup>1</sup> Le nom manque.

(68) *Die Veneris v maii.* — Braseti, Planis, Nergaz; — Paquet, Bezansonus, Charbonerii, Gavid, Versonay.

Expellatur dictus Foyras ab officio suo vigilis.

Non fiant logie in burgo Sancti Gervasii.

De salvo conductu decreto per dominum Amblardum Goyeti, fiat sibi demonstracio cum querela.

De feno quod vendi solet ante domos prope Molare, visitetur locus.

Restituatur vestis mediante solucione capitalis.

Jacobus de Fontana conqueritur de quatuor pelicibus sibi levatis, super quorum restitutione fiat consultacio cum domino vicario.

Non vendant mercatores pannorum in grosso in eorum domibus, sed in Ala etc.

*Martis ix maii.* — Braseti, de Planis, Nergaz; — Gavid, Versonay, Orsieres, Prepositi, Ponte, Lyonardi, Bezansonus, Bueti, Grossi, Pecolat, Charbonerii, Sancto Michaeli, Paquet, Castronovo.

*(Versonay.)* — Visitacione facta de contentis in rotulo sui accessus ultramontes pro nundenis, fiat relacio et conclusio Martis proxima in consilio ordinario.

De jocundo adventu domini et domine, fiat preparacio diligens.

Scribatur in favorem d. vicarii de Castroveteri eum efficiendo commendatum erga i. dominum nostrum ducem et ejusdem domini vicarii fratrem.

Fiant instrucciones destinenturque lictere i. domino duci et gubernatori Breissie et Lyobardi parte civitatis, et illuc accedere est electus Anthonius Pecolat pro nundenis.

Fiat mencio in instruccionibus de nundenis et mercatis extraordinariis, etiam salvis conductibus in prejudicium nundenarum concessis.

*(Mandatum.)* — Solvantur Francisco Patri et Johanni Navete de xxx ff., pro tuhicione Areris ne inferat dampnum etc., et vices interponant ne dampnum civitas et consortes eorum paciantur, infra xv dies proximos etc. — *(Expeditum.)*

(69) *Veneris xij maii.* — Quatuor sindici; — Gavid, Versonay, Castronovo, Grossi, Maliardi, B. de Sancto Michaeli, A. Pecolat, Navis, Paquet.



De fichiis petitis per piscatores in Areri, visitetur locus.

De Ludovico Festi, fiant demonstraciones illu. domino Bastardo.

De Johanne Balli pretextu gabelle, sumantur informaciones.

De nundenis Breansonii, fiat mencio in instruccionibus.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum <sup>1</sup> Francisodi dicto  
l'abbe de xl g., pro pena in reparacione itineris de Cornavin. — (*L.*)

(*Platea Molaris.*) — Platea Molaris traditur Glaudio Chamoix, pelli-  
pario, per unum annum hodie incohandum, mediantibus vij ff. iij g.,  
cum promissionibus opportunis.

*Martis xvj maii.* — Quatuor syndici; — Gavid, Versonay, Castro-  
novo, Maliardi, Lyonardi, Sancto Michaeli, Grossi, Charbonerii, Ponte,  
Bezansonus, Pecolat, Paquet, Bueti, de Liga.

Tradantur vj g. portitori licterarum Vienn[ensium].

De Ludovico Festi, vadant domini syndici cum aliis sindicis pro  
tunc necnon r. domino Amblardo Goieti, qui accedant cum processu  
et sententia factis per Roletum ad illu. dominum Bastardum, cui fiant  
demonstraciones.

(*Mandatum pro vigilibus.*) — Pro pena et labore duorum vigillum  
vacancium ad pestilenciam vitandam cum Francisco de Leamont, dentur  
pro singulo mense quo vacabunt, cuilibet, Gringaudi et Henrico, unus  
ff. — (*Expeditum est.*)

Et Glaudio Bertollet, pro lapso, ad consimilem racionem.

Capiatur Francesia, demens, et intradatur in castro Insule pane et  
aqua, solvendis per convenientem commentariensem.

De infectis pestilencia, fiat eis intimacio per Franciscum Taluchet de  
vacuando et claudendo, quod si facere noluerint aut plus debito distu-  
lerint, claudantur domus appositione sere.

Destinantur ultramontes ad dominum cum instruccionibus dominus  
sindicus Johannes de Planis et Anthonius Pecollat. Dixit idem de  
Planis accessurum alia de re et minori expensa pro civitate propera-  
bit etc.

(*Mandatum.*) — Solvantur Guillelmo Curti tres scuti auri pro dita-  
mine dicendorum in adventu et laudem domini et domine.

<sup>1</sup> Le prénom est en blanc.

(*Versonay.*) — Fuit lectus et visitatus rotulus expensarum n. Petri  
de Versonay.

(70) *Jovis xvij maii.* — Quatuor syndici; — de Castronovo, de  
Sancto Michaeli, Lyonardi, Paquet, Grossi, P. de Fernay, Ponte, Be-  
zansonus, Navis, Liga.

(*De Planis.*) — Accedant honorabiles viri Johannes de Planis, sindi-  
cus, et Anthonius Pecollat cum instruccionibus et licteris opportunis.

Que instrucciones et lictere fuerunt perlecte; que fuerunt per quos  
supra approbate.

(*Planis.*) — Et policetur eidem de Planis, presenti et annuenti, unus  
testonus et non ultra pro singulo die, eundo, stando et redeundo.

Obtineant licteras confirmatorias aliis licteris contra aggressores  
incolarum hujus civitatis.

Item licteras super jurisdictione episcopali.

*Veneris xix maii.* — Braset, Peyrolerii, Nergaz; — Pe. de Versonay,  
Castronovo, de Orseriis, B. Dorerii, Bueti, Ponte, Navis.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius magistro scholarum, pro salario  
domus scole, x ff. p. p. — (*Expeditum.*)

Non permictatur piscatoribus venam ponere super locum Petre,  
sed inferius, juxta ordinacionem alias factam.

(*Mandatum.*) — Supervenit hospes Pontis Bellivicini dicens fuisse  
contra eum per ducale consilium Chamberiaci residens decretas licteras  
de capiatis, pretextu certarum penarum, prout in copia quam exhibet.  
Fuit conclusum quod vadat cum ambaxiatoribus ad dominum quibus  
scribatur recommen[dando]. Et donantur eidem, pro ejus expensis, x ff.

Non permictantur capre depasci nisi in locis communibus. Et fiant  
cride.

Restituantur pelices Jacobo de Fontana, satisfacto prius de pluvii-  
nali combusto et vj g. vigilibus.

Restituatur vestis tortipedi mediantibus promissis de juri stando  
etc., et exhibendo etc.

(*Festi.*) — De Ludovico Festi, fiat responsio i. domino Bastardo  
quod civitas in nullo eidem tenetur. Et si quid petere voluerit parata  
erit de justicia respondere.

*Martis xxiiij maii.* — Braseti, Peyrolerii; — Gavid, Levrerii, Versonay, Guat, Castronovo, Paquet, Bueti, Grossi, Maliardi, Fernay, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Navis, Bezansonus, de Liga.

(*Versonay.*) — Fuit facta relacio rotuli de Versonay, eo presente, quam acceptare noluit.

De dono domini, differtur.

De iurisdictione episcopali, scribatur domino et ambaxiatoribus.

De Johanne Balli, differente solvere gabellam salis, compellatur.

Exhibite fuerunt per venerabilem dominum Andream de Croseto requirentem ut facere possit unum stabulum prope domum suam de Rotulo a parte Lacus. Super quo fuit ordinatum quod non fiat.

(71) *Die Veneris xxvj maii, in domo Fratrum Minorum.* — Braset, Ponte substitutus; — Quarro, Grossi, Orsieres, Michaele, Guat, Bezansonus, Versonay, Castronovo, Lyonardi.

Fuerunt lecte lictere destinande per civitatem, tradende hodie egregio Petro Levrerii; que vise sunt esse in bona forma.

(*Cride.*) — Fuit ordinatum ut macellarii vendant carnes hinc ad proximum festum beati Andree, prout solitum est, libram muthonis ij quartis, porci ij quartis, bovinalem iij cum obolo.

(*Missiliarii.*) — Vigiles fuerunt constituti missiliarii.

|| Visa una quictancia facta per quondam Girardum de Fogia Mauricio Vuy de iiiij<sup>or</sup> ff. et iiiij<sup>or</sup> g. ad illorum solutionem. ||

*Dominico xxviiij maii.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — d. Ro. Conodi, d. Ans. Veluti, d. Philibertus de Bona, d. Glaudius Grossi, d. Jo. Loys, doctores; — Gavid, Guat, Castronovo, Fernay, Jo. Grossi, Charbonerii, Michael de Liga, Orsieres, Ponte, Paquet, Bez. Dorerii, Maliardi.

Discretus vir Urbanus de Salino, commissarius ducalis, exhibuit certas licteras quibus i. dominus dux mandat nos compelli ad solvendum subsidia. Super quo fuit conclusum ut fiat deliberacio in consilio episcopali hodie. Et scribatur prefato domino nostro, necnon P. Levrerii et Johanni de Planis, ultramontes existentibus, eiam domino gubernatori et magistro Lyobardi.

*Die Martis penultima maii.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz, Ponte; —

Gavid, Guat, Castronovo, Charbonerii, Paqueti, Bueti, Lyonardi, Fernay, Maliardi, Orsieres, de Liga, Bezansonus, Navis.

De veste sutoris Petri de Comba, promictit in manibus nobilis Glaudii Gavid, locumtenentis, juri stare etc.

Mictantur actestaciones testium contra relictam de Fogia examinatorum Viennam, facta satisfacione commissariis.

Destinetur Johannes de Passie ad dominum cum lictis tradendis Jo. de Planis et Petro Levrerii.

De vigilibus deputandis pro peste vitanda.

(*Cabaretus.*) — Fiat unus banchus in cadro Ale pro rutisseria fienda, et tradatur ad firmam.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de vj ff. tradendis Urbano de Salino, commissario subsidiorum, ut desistat etc. Et solvatur ejus hospiti(s), pro suis expensis, tres ff. cum dimidio.

Fiat instancia de Francisca, uxore Glaudii Mo[rel]li.

Super requisicione facta per r. dominum Jo. de Lornay pro Francisco Patri occasione Areris, nichil.

Visa una quictancia de iiiij<sup>or</sup> ff. iiiij g., non compellatur etc.

(72) *Veneris secunda junii.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz, Ponte; — Gavid, Versonay, de Castronovo, Lyonardi, Paquet, Grossi, Maliardi, Charbonerii, Bezansonus.

De possessione Falqueti, visitetur locus.

De fassinis nemorum et vendicione earum, commictitur Guillelmo Curt et Roleto Nycolai et Bezansono Dorerii et cuilibet insolidum, vocato uno ex consulibus.

De feno venundando, fiant cride quod denariate non emantur donec lapsa x hora, nec rivenditores emant in portu. Et eiam cum leverio et non in latitudine.

De lanis detente, apportentur in Domo communis.

Anz Mulert, de Berno, requisit capi Johannem Rosset, de Megeva, qui sibi in nonnullis tenetur. Qui domini sindici requisierunt nobilem Glaudium Gavid, locumtenentem, presentem, ut ei ministret justiciam; qui paratum se obtulit et precepit ut capiatur, eo ostenso prius et apprehenso per dictum Anz ipso Johanne Rosset.

Non redeat rutisseria de tribus septimanis.



*Die Martis vi junii.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — Versonay, Guat, Lyonardi, Paquet, Bueti, Maliardi, Grossi, Charbonerii, de Liga, Orsieres, de Ponte, Bezansonus, Navis, Prepositi.

(*Mandatum.*) — Solvatur vigilibus unus ff., qui removerunt terram a pede turris iiiij<sup>or</sup> jornatis.

Super supplicacione domini Jo. Ludovici, petentis se exhimi a solucione denarii ponderis, nichil.

Solvantur pavisserio tres g. pro qualibet tesia.

De carroneria, tradatur meliorem condicionem facienti.

De n. Bonifacio de Sancto Michaelae, detento, scribatur i. domino nostro duci in ejus favorem.

De Nycodo Mistralis, fuit ordinatum ut satisfacionem panni sibi furati consequatur super bonis latronis.

(73) *Die Veneris ix junii.* — Peyrolerii, Nergaz; — Gavid, Versonay, Guat, Lyonardi, Paquet, de Liga, Charbonerii, Ponte, Bezansonus, (Nergaz,) Navis, P. Tacon.

(*Burgensis.*) — Guillelmus Bertodi, de Brecoreyn mandamenti Langini, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p., j seilliocto.

N. Jo. Turci habet quictanciam factam per Jo. de Putheo, procuratorem hujus civitatis.

De macellariis Longuemale, exigit thesaurarius partem civitatis.

Honorabilis vir Anthonius Pecolat tradidit licteras juridicionis episcopalis et nundenarum que exequantur; habet licteras juridicionis Peyrolerii.

Item capcionales contra delinquentes.

Item contra n. Lud. Festi.

Traditur Gaspardo de Insula carroneria per tres annos : ij<sup>m</sup> vc. — Vendat in grosso m[illiarium] iiiij ff.; in c, v solidos.

(*Platea Longuemale.*) — Platea Longuemale Amedeo Thome pro xv g. traditur per unum annum.

*Die Martis xiiij junii.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — Maliardi, Liga, Guat, Orsieres, de Castronovo, Paquet, Pecolat, Tacon, Versonay, Levrierii, Navis, Ponte, Bezansonus, Lyonardi, Bueti.

Egregius Petrus Levrierii reversus a domino, fuerunt lecte lictere per eum delate pretèxtu juridicionis et subsidiorum.

(*Mandatum.*) — Solvantur Francisco Vaudey, pro tribus duodenis quercuum, xiiij ff. p. p. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Item Johanni de Passie, vigili, pro licteris per eum delatis egregiis Petro Levrierii et Johanni de Planis pro civitate occasione subsidiorum, pro xiiij diebus, vij ff. p. p. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Item, Daguini tubicene qui ivit Gayum, vj g. — (*Expeditum est.*)

(*Firma carronerie.*) — Anno Domini m<sup>o</sup> iiiij<sup>c</sup> lxxxxvij, ind. xv et die xiiij junii, egregii Petrus Braseti, Percivallus Peyrolerii et Johannes Nergaz, sindicario nomine, tradunt ad firmam Gaspardo de Insula de Clavaxio presenti etc. carroneriam per tres annos proximos hodie incohandos, sub firma cujuslibet anni duorum milium et quingentorum carronorum per eum solvendorum in fine cujuslibet anni, item et taliter quod miliare tradere debeat pro iiiij<sup>or</sup> florenis p. p. in grosso; in minuto vero, quodlibet centum pro quinque grossis. Et cavit ad ejus preces etc., per honorabilem virum Jacobum de Verulphis, apothecarium et burgensem Gebenn., in cujus domo eligit, quem indempnem etc.; juridicenti principalem etc., submictens se etc., in majori forma. Et fiat in forma ostensa. Actum Gebenn. in aula consilii, presentibus Johanne Maliardi, Michaelae de Liga et aliis prenominatis. De Crosa.

(*Mandatum.*) — Solvantur duo ff. pro expensis sociorum qui iverunt Gayum associando castellanum Galiardi, commissarium ducalem, pro capiando Petrum Morelli.

Pro perquirendis juribus ville quod non tenemur ad solucionem subsidiorum, vocetur Johannes Grossi cum aliis.

(74) (*Mandatum.*) — Solvantur egregio Petro Levrierii, qui vacavit pro civitate ultramontes cum domino duobus diebus implicuitque pro licteris unum florenum, ad racionem diei cum duobus equis ij ff., et sic v ff. — (*Expeditum.*)

Mictatur unus vigil post dominum vicarium Orioli ut exequatur licteras dominicales concernentes juridicionem.

*Veneris xvj junii.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — Castronovo, Fernay, Bezansonus, Paqueti, Lyonardi.

(*Aquiiani.*) — Perquirantur jura et communicentur Jo. Balli et Bez. Dorerii qui compelluntur ad solvendum pedagium Aquiiani ultra debitum et solitum. Et fiat prosequutio condecens sumptibus et nomine civitatis.

Compellantur detencione et capcione personarum Franciscus Patrici et Johannes Navet ad deffendendum Arerem.

(*Daguini.*) — Daguini constituitur tubicina sub stipendiis solitis vj ff. dum benefecerit et fuerit voluntatis etc.

Datur unus ff. pauperibus infectis pestilencie prope Sanctum Leodegarium.

Accipiat infantem ante Sanctum Petrum Paqueti qui renuit.

(*Juramentum Bocardi.*) — Guillelmus Bocardi, familiaris vicedompni, prestitit juramentum etc.

*Martis xx junii.* — Quatuor sindici; — Versonay, Guat, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaeli, Bezansonus, Pecolat, de Liga, Fernay, Navis.

(*Mandatum.*) — Solvantur magistro Jacobo Quiblerii, carpentatori, xxi ff. in deductione harum que sibi debentur.

(*Cabaretus.*) — De cabareto subtus Alam de quo conqueruntur egregii P. Braseti et Guillelmus Rogeti, visitetur per alios sindicos, vocatis evocandis, seque informet de commodo et incommodo, ac refferant.

(*Platee Sancti Gervasii, ante Dominam Nostram et a Planopalacii domum Malieti.*) — Platee Sancti Gervasii et Domine Nostre Pontis Rodani admodiantur Ny<sup>o</sup> Everbaux, sutori, civi Gebenn. Eciam a loco Plani Palacii usque domum Malieti, per unum annum hodie incohandum, mediantibus xxx g. solvendis terminis solitis etc.

De terralibus burgi Sancti Gervasii curandis, supersedeatur pro nunc.

De documentis pro subsidiis, perquirantur.

(*Aquiiani.*) — Fiat una supplicatio super eo quod burgenses et cives impetuntur per castellanum Aquiiani, et servetur ordinacio facta die Veneris xvj hujus ibidem lecta.

(75) *Martis xxvij junii.* — Braseti, Planis, Nergaz; — Versonay, Guat, Paquet, Tacon, Maliardi, de Liga, Charbonerii, de Sancto Mi-

chaele, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Navis, Orsieres, Bueti, Prepositi, Lyonardi.

Solvantur Jo. de Passie duo ff. pro quatuor diebus quibus vacavit, eundo et redeundo ac stando Chamberiaci, qui detulit certas licteras subsidiorum r. domino Orioli presentandas per eum Bezonis thesaurario<sup>1</sup>.

(*Mandatum.*) — Solvantur nobili Bonifacio de Sancto Michaeli c et l ff. per eum communitati concessos, traditos re. domino vicario de Castroveteri. — (*Expeditum est.*)

Fiat unus liber de juribus civitatis.

Tollantur frondes in Burgoforis et alibi existentes, pro incendio vitando.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de xxx ff. Hugonino de Ponte in subvencionem onerum hospitalis pestilencialis. — (*Expeditum.*)

(*Aquiiani.*) — Pro Johanne Balli et Bez. Dorerii occasione pedagii Aquiiani, fiat supplicatio nomine communitatis et scribatur villis quod communicent nobis jura. Scribaturque domino presidenti Chamberiaci et deputato etc., ut obtineatur a celsitudine ducali promissio.

Dentur domino subadministra[to]ri(i) duo quarteroni, unus malvatici et alius malvatici muscadelle.

Non vendatur fenum super scannis Molaris prout alias fuit ordinatum.

De cabareto de quo conqueri velle videtur d. sindicus Braseti, nichil fuit conclusum.

(*Curteti.*) — Ludovicus Curteti non congaudeat nec fruatur franchiseis nec aliis imunitatibus, cum ejus pater quanquam burgensis non foveat domicilium in civitate.

*Die Jovis Sancti Petri prima jullii [xxix junii].* — Braseti, Planis, Nergaz; — Guati, de Castronovo, Bueti, Tacon, Maliardi, Orsieres, Pecolat, Bezansonus, Sancto Michaeli, de Liga, Navis.

(*A. Versonay.*) — Parte nobilis Anthonii de Versonay fuit requisitum ut in ejus favorem scribatur illi. domino nostro duci pretextu horum

<sup>1</sup> Ordre du duc de Savoie à son trésorier d'en deçà des monts, Jean Besson, de ne point inquiéter la ville de Genève au sujet des subsides jusqu'à nouvel ordre, daté de Turin, 5 juin 1497, Arch. de Genève, P. H., n° 801.



que gexit in Ponte Bellivicini et detencionis ejus hospitis Pilizon. Super quo fuit ordinatum ut non scribatur.

*Martis quarta jullii.* — Braseti, de Planis, Nergaz; — Versonay, Guat, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Bueti, Maliardi, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Tacon, Pecolat, Navis.

*(Nundenarum.)* — Eliguntur commissarii pro exequendis licteris nundenarum A. Pecolat, Hugon. de Bolo, P. Charbonerii.

*(Burgensis.)* — Jacobus filius Ludovici Girini, sellerius, de Contamina Lugdunensis diocesis, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff.

*(Burgensis.)* — Glaudius filius quondam Petri Albi, de Grignie in terra Gay, serralionus, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(76) Fiat relacio rotuli nobilis Petri de Versonay Veneris proxima.

Tradantur lictere dominicales juridicionis exequende Johanni de Torna, servienti generali, cum licteris super pedagio Aquiani.

Fiat liber jurium civitatis.

Compellatur Guillelmus Balleti more debitorum fiscalium etc.

Macellarii Longuemale compellantur.

*(Tachium camini cabareti.)* — Prefati domini syndici tradunt in tachium<sup>1</sup> faciendi unum caminum cabareti Ale pro et mediantibus iiiij<sup>or</sup> ff. p. p.

*Martis xj jullii.* — Braseti, Planis, Nergaz; — de Veyriaco, Versonay, Guat, Paquet, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaeli, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Navis, Lyonardi, Bueti, de Liga, de Castronovo, Prepositi, Tacon, Fernay.

*(Domus Gacheti.)* — Venerabilis dominus Humbertus Ferrati et Henricus Pollerii, suo et Petri ejus fratris nominibus, promiserunt stare ordinationi dominorum sindicorum et consilii de et super domo quondam Petri Gacheti.

*(Vuy.)* — Non molestetur Mauricius Vuy ad solvendum iiiij<sup>or</sup> ff. iiiij g. racione borgesie sue per eum solutorum Girardo de Fogia.

<sup>1</sup> Nom en blanc.

*(Burgensis.)* — Hugoninus Cohenoz, de Marrignier mandamenti Cluse, nauta, filius Sulpicii, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus vij ff. j seilliocto.

*(Balli.)* — Compellatur Johannes Balli ad solvendum gabellam.

De domo de Bosco sive turri prope Lacum dirruenda, vadant domini syndici ad dominum vicarium pro obtinendis licteris.

*(Gabelle.)* — Instetur ut sacerdotes vinum venale persolvant quia ita videtur esse fiendum.

(77) *Veneris xiiij jullii.* — Braseti, Planis, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Guat, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Fernay, Maliardi, de Liga, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, de Borjali.

*(Pro igne extinguendo.)* — Solvantur aurigis qui adduxerunt aquam pro extinguendo ignem, primo v g., secundo iij g., tercio ij g. et cuilibet alteri j g.

Scriptum fuit heri i. domino bastardo de Sabaudia per dominum de Montveran in favorem nundenarum. Hoc exposito, fuit conclusum esse bene gestum.

De documentis civitatis, leventur, et commictitur de Crosa.

Fiat donum graciosum dominis ambaxiatoribus Alamanie vini albi et rubei.

De adventu illu. domini principis, impendatur honor et remictitur ad Martis.

*(Tollantur logie.)* — Eminente scandallo incendii, signanter heri in domo Viennesii, tollantur logie et impedimenta super commune existencia.

De Petro Balli, occasione injurie per eum de dominis sindicis prolate, sumantur informaciones.

Mictatur unus ydoneus ad i. dominum nostrum ducem cum instructionibus.

De caseis levatis, serventur cride.

*Martis xviiij jullii.* — Braseti, Planis, Nergaz; — Veyriaco, Guat, Castronovo, Quarro, Lyonardi, Paqueti, Bueti, Maliardi, Charbonerii, Liga, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Borjali, Fernay, Levryer, Navis.

(*De Areri.*) — Cogantur Franciscus Patry et Jo. Navete ad divertendum Arerim prout tenentur. Et convocentur.

Fuerunt lecte instrucciones defferende per de Planis i. domino nostro duci; cui, eciam dominis cancellario et gubernatori Nycee, scribatur.

De Petro, serviente, sumantur informaciones contra eum.

Serventur cride super logiis dirruendis.

*Veneris xxj jullii.* — Braseti, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Quarro, Lyonardi, Navis, A. Pecolat, Castronovo.

(*De Planis.*) — Fuit ordinatum ut egregius de Planis, accedens ad dominum ultramontes cum licteris et instruccionibus, pro singulo die percipiat unum florenum p. p. — Et scribatur pro P. de Malodumo et Castronovo occasione unius dyamantis.

Fiant cride de vino gabellando juxta formam capituli xvj franchiseiarum.

Fiat crida de blado vendendo precio sabbativo aliis septimane diebus.

(78) (*Mandatum.*) — Retulerunt Amedeus de Sirie et Mermetus Albergatoris vidisse pavementum passagii de Cornavin : sunt xlvij tesie cum dimidio, ad rationem tesie x g., valent xxxix ff. vij g., qui solvantur pavisserio Jo. Guilliot. — (*Expeditum.*)

*Martis xxv jullii.* — Braseti, Jo. Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Levrierii, Guat, Quarro, Paquet, Maliardi, Charbonerii, Orsieres, de Ponte, Bezansonus, Pecollat, de Borjali, de Liga, Bueti, Prepositi, Sancto Michaele, Navis, Lyonardi.

De raptu intentato in personam unius filie per Ludovicum, fiat instancia et petatur idem Ludovicus per dominum vicedompnum, magistrum monetarum, ut eum pristinis carceribus intrudat.

|| (*Mandatum.*) — Fiat mandatum Anthonio Pecolat de xl ff. ut in rotulo. ||

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum receptori de xxij ff. viij g. iiij den. obolo ut in rotulo. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Jacobo Quiblerii de xiiij ff. viij d. ut in rotulo.

Fiat prohibicio Alamanis ne deinceps intro nec extra ponant aliquos de nocte super eorum nagellis.

Mandetur exequucioni capitulum franchisesie xvj super venda vini.

Fuit facta querela per illos de Sancto Gervasio super expulsione lubricarum; visitetur locus.

Super turri de Bosco, exponatur consilio episcopali.

(*Crida.*) — Fiat crida quod non capiantur lapides ab Areri citra.

(*Arer.*) — Super diversione Areris, fuerunt vocati Fran. Patri et Johannes Navete. Et fuerunt comminati ut observent promissa per eos, alioquin eorum sumptibus dabitur aliis onus divertendi. Et protestatur contra eos etc.

(*Protestacio.*) — Colinus Everbaux protestatur.

*Veneris xxviij jullii.* — Braseti, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Castronovo, Maliardi, Charbonerii, M. de Liga, Bezansonus, Quarro.

Fuerunt traditi xj vidimus jurium civitatis cum libro magistro Anthonio Magnini, notario.

(*Crosa.*) — Fuit facta iterata visio domus Jo. de Crosa, presentibus ipso Johanne et Volandi qui ratam habuerunt, per Mermetum Albergatoris, pro se et aliis nominatis in eadem visione, non derro[gan]do prime visitacioni.

*Martis prima augusti.* — Braseti, Nergaz; — Veyriaco, Versonay, Guat, de Castronovo, Quarro, Lyonardi, Paquet, Bueti, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaele, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Borjali, Navis.

(*Pro nundenis.*) — Mictantur commissarii pro nundenis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni de Torna, pro exequucionibus, de <sup>1</sup> — (*Expeditum est.*)

Retineatur Taluchet per unum mensem cum duobus vigilibus.

(79) Capiatur Petrus Regis pro verbere illato per eum contra servitores ejusdem. — Et unus alius qui aggressusest servitores carronerie.

(*Mandatum.*) — Solvantur Jacobo, pavisserio, iiij ff. ij g. — (*Expeditum est.*)

*Veneris iiijta augusti.* — Braseti, Planis, Nergaz; — Versonay, Guat,

<sup>1</sup> Chiffre en blanc.



Quarro, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Tacon, Maliardi, Charbonerii, de Liga, Sancto Michaeli, Orsieres, Bezansonus, Pecolat, Prepositi.

|| (*Magnini.*) — Magnini habuit hodie xvij vidimus; — de aliis xj reddidit ix. — (*Reddidit.*) ||

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum egregio Johanni de Planis de xij ff.

(*Balli.*) — Cogatur Jo. Balli ad solvendum gabellam.

Qui rediit ab illu. domino nostro duce cum licteris que lecte fuerunt<sup>1</sup>.

Parte n. Mermeti de Vignie fuerunt delate lictere super facto unius logie site in burgo Sancti Gervasii.

(*Pro nundenis.*) — Accedant commissarii ad passagia pro nundenis et concedantur cuilibet xv ff. Neque excedant formam licterarum dominicalium, secus imputetur eis. Et fiat ut alias super pecuniis restituendis.

(*Gabella.*) — De presbiteris qui postponunt solvere gabellam vini, ostendatur lictera domini nostri ducis sub clauso per egregium de Planis consilio episcopali.

De gorra vitanda, committitur Talucheti.

*Martis viij augusti.* — Braseti, Planis, Nergaz; — Levryer, Versonay, Guat, Fernay, Quarro, Castronovo, Prepositi, Bueti, Navis, Lyonardi, Paquet, Maliardi, Pecolat, Liga, Sancto Michaeli, Ponte, de Borjali.

De macellariis petentibus fundi supum, servetur forma franchisesiarum.

Solvatur unus ff. de Crosa pro duobus vidimus licterarum nundenarum.

(*D. Lausannensis.*) — Dentur domino Lausannensi<sup>2</sup>, dum veniet, xij faces, xij alabastra dragie ij librarum qualibet, vj quarteroni vini et duo ypocratis.

Gabriel de Borjali exhibuit dominicales licteras super fortificatione burgi Sancti Gervasii, quem remiserunt ad primum episcopale consilium.

<sup>1</sup> Ceci doit se rapporter à J. de Planis. — Lettre du duc, Turin, 29 juillet, Arch. de Genève, P. H., n° 798; impr. dans Galiffe, *Matériaux*, t. I, p. 319.

<sup>2</sup> Aymon de Montfaucon, évêque de Lausanne, nommé administrateur de l'évêché de Genève par le pape le 22 mai 1497; voir Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi*, 1431-1503, p. 175.

(*Custos vinearum.*) — Custos vinearum Hugon. Mistralis de Gortarrox.

*Veneris xij [xj] augusti.* — Braseti, Nergaz; — Versonay, Guat, Quarro, Castronovo, Paquet, Maliardi, Michaeli, Taconis, Navis.

Thesaurarius, quod solvat magistro Richardo, barbitori, pro visitatione Henrici, j ff.

(*Falqueti.*) — De Falqueti, visitetur locus.

Solvantur monetarii evocandi per Buffleti ad solvendum pondus bladi.

(80) (*Versonay.*) — Per honorabiles viros Hugoninum de Ponte, Johannem Maliardi, Jacobum Paqueti et Guillelmum de Crosa fuit relatum super contentis in rotulo, presente nobili P. de Versonay, aud[ituro] appunctuamentum super mandato fiendo et quadam lictera testimoniali. Idem exhibita una lictera. — (*Martis.*)

*Mercuri, pro Martis qua die fuit celebratum festum Assumptionis, xvij [xvj] augusti.* — Braseti, Planis, Nergaz; — Guat, Quarro, Lyonardi, Paquet, Ponte, Sancto Michaeli, Bueti, Tacon, Bezansonus, Castronovo, P. de Fernay.

(*Versonay.*) — Super rotulo nobilis Petri de Versonay, fuit conclusum quod si idem Versonay sit contentus de xiiij diebus eundo et redeundo et octo stando, actenta lictera exhibita per nobilem Jo. de Planis ibidem perlecta, fiat sibi mandatum. Sin autem, si quicquam ultra petere voluerit, respondebitur de justicia.

Super presbitero hospitalis pestilencie, Hugoninus de Ponte provideat, precavendo quod non maneat improvisum.

*Veneris xix [xviii] augusti.* — Braseti, Planis, Nergaz; — Maliardi, P. Orsieres, Bezansonus, Tacon.

Solvantur pro vuegiis mundatis Francisco Romani ij ff.

*Martis xxij augusti.* — Braseti, Planis, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Quarro, Castronovo, Paqueti, Bueti, Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Bezansonus, de Borjali, Navis, Maliardi, Guat, Fernay, Versonay, Prepositi.

(*Intrentur.*) — Intrentur thesaurario contenta in duobus rotulis. — (*Expeditum.*)

(*Pedagii Aquiani.*) — Super exactione pedagii Aquiani ultra debitum oblata supplicatione, obtineatur super ea a domino provisio.

(*Brandil.*) — De causa domini de Brandil mota Vienne appellatoria occasione banchorum suorum supra Rodanum, non prosequatur causa sumptibus civitatis, sed tractetur et decidatur via amicali.

Committitur perquisicio jurium civitatis Lyonardi, thesaurario et de Crosa.

De gribello exigendo qualiter et quomodo, committitur.

Et fiant cride de pondere et romana etc.

(*Burgensis.*) — Georgius Fizer, de Claris, hospes burgi Sancti Gervasii, Theotonicus, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff. j colovrina.

(*Scola.*) — Perficiatur scola prout in rotulo exhibito.

*Die Veneris xxv augusti.* — Braseti, Planis, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Guat, Quarro, Maliardi, Castronovo, Paquet, (Maliardi,) Orsieres, Ponte, Charbonerii.

(81) Retulit Anthonius Milanesei, visitator piscium, Georgiam fefelisse et pisces hodie mane emisse. Que capiatur et herogentur pisces religiosis Sancte Clare.

(*Admodiatio.*) — Traditur plateola foris porta Sancti Anthonii per tres annos in proximo festo beati Michaelis incohandos Johanni Magnini, charrerio, sub firma cujuslibet anni octo g.

Dominus Vuarnoz solvat gabellam vini.

Fiat crida quod non ponderetur ultra xxx libras et ad pondus crocheti, nec reiteretur etc.

Fiant cride de pestilencia.

(*Balli.*) — Cogatur Johannes Balli ad solvendum gabellam salis.

Solvantur iiiij<sup>or</sup> g. vigilibus.

De honore impendendo r. domino nostro episcopo in ejus adventu et dono gracioso, vocentur plures numero ibidem per quos et consilium ordinarium fiat deliberacio.

Traduntur v lictere copiande Magnini, notario, qui alias copiatas reddidit.

*Die Martis penultima [xxix] augusti.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Guat, Castronovo, Quarro, Paquet, Bueti, Fernay, Sancto Michaeli, Orsieres, Bezansonus, Pecolat, Ponte, Charbonerii, Lyonardi, Prepositi, Versonay, de Liga, Navis.

Lecte fuerunt lictere delate parte Hugonini de Bolo.

Reverso Anthonio Pecollat a loco Bellivicini pro nundenis, exposuit gesta per eum. — Prestoletur Hugoninus de Bolo.

Fiat mandatum Anthonio Pecollat de tribus ff. per eum Chamberiaci concessis in causa Aquine.

(*Mandatum.*) — Solvantur Hugonino de Ponte xij ff. pro neecessitatibus succurrendis in hospitali pestilencie.

De adventu d. nostri episcopi, fiat conferencia cum dominis de capitulo, deinde refferatur.

Pro peste vitanda, Fran. de Leamont provideat.

(*Versonay.*) — Super rotulo nobilis Petri de Versonay viso, fiunt et reducuntur xix dies ad xiiij.

Petrus Charbonerii retulit Secusie fuisse sibi dictum dominum nostrum ducem in favorem nundenarum scripsisse Mediolani, Florencie et Janue.

(82) *Die Veneris prima septembris.* — Quatuor sindici; — Quarro, Charbonerii, Orsieres, Paqueti, Pecolat, Lyonardi, Navis.

Ancilla Johannis Perrini, notarii quondam, tradidit dominis sindicis reliquias in una cruce argenti sanctorum Sebastiani, Blasii et Symphoriani, quas recepit n. Jo. Turci, receptor, etc.

Fuerunt exhibite lictere domini Lausannensis insinuantes ejus adventum de proximo.

Super dono ei et domino nostro episcopo fiendo, convocetur consilium L.

Domino de Brandil non licet in loco Molaris facere scannum ultra colonam.

*Martis v septembris.* — Braseti, Planis Peyrolerii, Nergaz; — Brandil, Levryer, Versonay, Guat, Quarro, Paquet, Bueti, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaeli, Orsieres, de Liga, de Ponte, Bezansonus, Pecolat.



(*Custos vinearum.*) — Johannes Bacuyt fuit constitutus custos vinearum de Frontonay.

Scribatur in favorem nepotum domini Farodi.

Non permittantur exigi lingue.

(*De Ponte.*) — Hugoninus de Ponte habet licteras gribelli quas restituat Veneris proxima. — (*Restituit.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum carpentatori pro scola de xx ff. p. p.

(*De dono.*) — De dono fiendo dominis episcopo et administratori, remittitur ad cras mane ubi intersit majus consilium.

De reliquiis donatis quas petit dominus administrator de Greyeres.

*Sabbati viiiij septembris.* — Braseti, Planis, Peyrolerii, Nergaz; — d. F. Veyriaco, Guat, Quarro, Lyonardi, B. Dorerii, Bueti, Maliardi, Lingoti, Orsieres, Fontaneis, Milanerii, Hudriodus Ferrati, P. Jo. Bruni, Jo. de Bit, F. de Leamont, Girardus Veluti, de Sancto Michaele, P. Charbonerii, Ja. de Verulphis, Jo. Hugonis, Hugoninus de Ponte.

In jocondo adventu domini episcopi, claudantur apothecae et vadant ei oviam domini sindici concomitati.

Cui detur unus ciphus argenti copertus ponderis v marcorum.

(*Mandatum.*) — Item xij faces trium librarum, xij alabastra dragie qualibet ij librarum et una trium, tres quarteroni malvatici et tres ypocratis.

(*Mandatum.*) — Item fiant iij<sup>c</sup> scutelli armorum ipsius domini episcopi que defferant pueri in vergis longis, pro quibus solvantur Hugonino, j quartus pecia, vj ff. iij g. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Dentur re. domino episcopo Lausannensi xij faces duarum librarum cum dimidio, xij alabastra dragie ij librarum, tres quarteroni malvatici et tres ypocratis.

(83) *Martis xij septembris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Quarro, Guat, Paquet, Maliardi, Ponte, Bezansonus, A. Pecolat, P. de Orseriis, Lyonardi, Prepositi, Bueti, de Liga, Navis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum, pro pariete et camino latrinarum, gregatori Johanni Bamnetes, de quinque ff. p. p. — (*Expeditum.*)

Intrentur thesaurario quos solvet<sup>1</sup> Magnini, notario, pro

<sup>1</sup> Prénom en blanc.

cxj foliis copie jurium civitatis, ad rationem unius quarti pro folio et vj quartorum pro papiro, xxix g. j quartus.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Francisco de Leamont, pro serviciis per eum impensis circa pestem quinque mensium, de xv ff. — (*Expeditum.*)

De linguis bovinalibus macelli Longuemale, non permittantur exigi et super hoc domini sindici vadant ad consilium episcopale.

Detur copia nobili Johanni de Planis rotuli expensarum nobilis Petri de Versonay.

Compellantur debitores gabelle salis.

(*Mandatum.*) — Per nobiles Percivallum Peyrolerii et Johannem Nergaz, consyndicos, fuit preceptum ut solvantur Richardo Curteti vj ff. cum dimidio, pro tribus teysiis muri latrinarum restaurati, ad rationem xxx g. pro teysia. — (*Expeditum est.*)

Item eidem solvantur pro resta xxv ff. tachii dictarum latrinarum, ultra xij ff. jam solutos, videlicet xij ff.

De causa Aquine, detur onus Hugoni Vindreti cui tradantur v ff.

*Veneris xv septembris.* — Braseti, Planis, Peyrolerii, Nergaz, sindici; — Quarro, Paqueti, Fernay, Charbonerii, Ponte, Pecollat, Orsieres.

Fuit ordinatum ut debitus honor impendatur illustribus dominis natis illustrissimi domini nostri ducis Sabaudie, etiam reverendo domino episcopo Lausannensi, episcopo administratori Gebenn. Nec tamen cuipiam tradantur claves civitatis.

(*Mandatum.*) — Solvantur in helemosinam Aquine xv g. pro una otana frumenti.

(*Mandatum.*) — Solvantur Anthonio Pecolat, quos asserit solvisse et exbursasse Chamberiaci pro causa Aquine, v d.

(*Mandatum.*) — Solvantur nobili Jo. de Planis, quos libravit ut in rotulo, xij ff. — (*Expeditum.*)

(*Burgensis.*) — Stephanus Paumes, parrochie Thorencii, condurerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff. pp.

(*Burgensis.*) — Johannes Hostellerii senior, de Malocampo, fuit creatus burgensis mediantibus x ff. p. p. j sellico.

Prohibetur Johanni Felix, cum non sit burgensis, usus franche-siarum.

*Eadem die.* — Sindici; — Maliardi, Versonay, Charbonerii, Quarro, Prepositi, Lyonardi, Sancto Michaeli, Orsieres, Pecolat, Navis, Bezansonus, Paqueti.

Fuit conclusum quod non tradantur claves illi dominis et multo minus domino Lausannensi, administratori, sed impendatur eis honor debitus.

(84) *Die Dominico xvij septembris post prandium.* — Quatuor sindici; — Quarro, Orsieres, Bezansonus, Pecolat, Bueti, Michael de Liga, Paquet, P. Levrerii.

Fuit rursum ordinatum ut debitus honor impendatur re. domino episcopo Lausannensi, administratori sedis episcopalis Gebenn., dum hodie intrabit civitatem. Nec sibi tradantur claves civitatis<sup>1</sup>.

*Martis xix septembris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, G. de Quarro, Jo. Maliardi, P. de Orseriis, Hugon. de Ponte, B. Dorerii, M. Lingot, A. Guat, Prepositi, n. P. de Versonay, Ja. Paquet, A. Pecolat, A. Lyonardi, P. de Fernay, B. de Sancto Michaeli, Bueti.

Intrentur thesaurario xix ff. pro tribus culcitrīs per eum emptis et portatis in Episcopatu, etc. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur vigilibus x ff. pro cimbalo hoc anno pulsato. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur vigilibus qui associaverunt dominos syndicos in adventu domini episcopi Lausannensis, administratoris, j ff.

Fiant cride ut scribuntur.

(*Mandatum.*) — Solvatur Petro Bocanis salarium duarum culcitrarum existencium in Domo episcopali.

*Die Veneris xxij septembris.* — Planis, Peyrolerii, Nergaz; — Versonay, Castronovo, Maliardi, Bezansonus, Paquet, Pecollat.

(*Nundene.*) — Super facto nundenarum, committitur nobilibus Nicolao Gati, P. de Versonay, || Ja. Paqueti, || Johanni Maliardi, Glaud. de Castronovo, A. Pecolat, Petro Charbonerii et Hugonino de Bolo, qui advisent fienda et refferant.

(*Aquiāni.*) — Committitur sollicitatio cause et agendorum sumpti-

<sup>1</sup> Aymon de Montfaucon jura le même jour d'observer les franchises, Arch. de Genève, *Manuscrits historiques*, n° 62, f° 65.

bus civitatis pretextu pedagii Aquiani quod nititur exigere pedagiator ejusdem loci ultra solitum et debitum a civibus et burgensibus hujus civitatis, honorabilibus viris Bezansono Dorerii, presenti, et Johanni Balli, absentī, et cuilibet insolidum, dicto Bezansono acceptante.

Dicta Lamoisaz compellatur ad solvendum gabellam vini quod intravit civitatem.

(*Patri.*) — Compellantur Franciscus Patri et Jo. Navetaz ad deffendum Arerim.

*Martis xxvj septembris.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Quarro, Castronovo, Prepositi, Lyonardi, Paquet, P. de Fernay, Charbonerii, Michaeli, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat.

De custodibus ponendis pro peste vitanda.

Lud. Curtet gaudeat borgesia ejus patris.

Baleti remittitur ad Veneris.

(85) (*Mandatum.*) — Domini sindici, dempto de Planis, de et super contentis in rotulo nobilis Petri de Versonay et idem nobilis Petrus promiserunt stare ordinacioni Hugonini de Ponte, Ja. Paqueti, Petri Charbonerii et Guillelmi de Crosa, qui retulerunt ut in rotulo. Cui fiat mandatum de resta; et ita fuit pronunciatum, presente domino sindico de Planis non contradicente. — (*Expeditum est.*)

|| De Guillelmo Baleti. ||

Evocetur Petremandus de Malodumo de quo multi conqueruntur.

*Veneris Sancti Michaelis penultima septembris.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Guati, Quarro, Castronovo, Prepositi, Lyonardi, Paquet, Maliardi, Charbonerii, B. de Sancto Michaeli, Bezansonus, Pecolat, Navis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum nobili Petro de Versonay de lvj ff. ut in rotulo. Intrentur thesaurario lij ff. quos libravit Versonay in deductionem contenti in rotulo. — (*Expeditum est.*)

(*Malodumo.*) — Committitur visitacio computorum Braseti, Paqueti, Lyonardi, Janini, Petri de Malodumo, de quo plerique conqueruntur.

|| (*Mandatum.*) — Fiat mandatum pro cipro dato domino episcopo ut in rotulo. ||



(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de cipro argenti dato domino episcopo de cxxxvij ff. ix g. — (*Expeditum.*)

Presentetur per dominos syndicos.

De sigillo quo usi sunt gabellatores, nuncietur domino et obtineatur licencia.

(*De linguis.*) — De linguis quas dominus percipere nititur in bocheria Longuemale, consulantur periti et jure cognoscatur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Jacobo Quiblerii de contentis in rotulo, clxx ff. vij g. j d. — (*Expeditum est.*)

Fiat crida de vino novo ne vendatur ultra.

Fiat mandatum nobili P. de Versonay ut Martis novissime lapsa fuit etc. — (*Expeditum.*)

*Martis tercia octobris.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — Versonay, Guat, Quarro, Castronovo, Paquet, Fernay, Grossi, Maliardi, de Liga, Charbonerii, Ponte, Bezansonus, Lyonardi, Navis, Orsieres.

De adventu i. domini nostri ducis, fiant personagia ordinata ut honorabilius fieri poterit et incipiantur fieri amoline (?).

De pondere piscium, notificetur consilio episcopali.

(*F. de Leamont.*) — Retineatur prout prius Fran. de Leamont per unum mensem et ulterius quousque fuerit revocatus.

De nova exaccione pedagii Bone, fiat prosequucio per dominos syndicos pro et nomine communitatis.

*Veneris vj octobris.* — Braseti, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, de Quarro, Castronovo, Lyonardi, de Liga, Charbonerii, Ponte, Jo. Grossi, P. Levrierii, Prepositi, Bezansonus, Orsieres.

(*Jo. Balli.*) — Retulerunt prenominati domini syndici, super gabella cujus pretextu Johannes Balli impetitur, heri re. dominum episcopum Lausannensem administratorem pronunciasset quod idem Balli solvat medietatem.

(*De adventu domini nostri ducis.*) — Tradantur sociis qui vacabunt in fiendis personagiis pro adventu jocundo i. domini nostri ducis subnominatis cuilibet ij ff. p. p. Deinde satisfiat eisdem de eorum pena ordinanda.

Jo. de Platea.

Guillelmus Curt.

Ja. Nepotis.

Jo. Turci.

De clavibus tradendis i. domino nostro duci dum introibit civitatem, tradantur domino Lausannensi, administratori, qui presentet si velit. Et aliter conferatur cum eo et domino cantore.

De causa Aquine, commictitur sollicitacio Johanni Grossi.

(86) *Martis x octobris.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Versonay, Guat, Quarro, Castronovo, Lyonardi, Paquet, P. de Fernay, P. Dorsieres, Bezansonus, P. Tacon, Pecolat, Maliardi.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Fran. de Leamont et duobus vigilibus qui pro peste vitanda vacaverunt.

(*Patri et Navete.*) — Compellantur Fran. Patri et Johannes Navete pretextu Areris etc., et requiratur d. castellanus Gavid ut it[a] exequatur.

Exhibito uno mandato mutui per Petrum Bellini viij scutorum, caret essentiali principali videlicet quos habent per Versonay, ideo et aliis justis de causis non solvantur.

(*Vinum.*) — Cridetur vinum novum ad tres denarios.

De raperia burgen. existente in manibus Michaelis Lyonardi.

De caseis et aliis denariatis, serventur cride.

Si Guillelmus Joly probet, vocatis heredibus Gacheti, solvisse gribellum P. Gachet, non compellatur ad iteratam solucionem, sed cogantur heredes Gacheti.

De memoriali, tradatur ut scriptum est domino.

De nemore existente in portu, non ponatur extense sed cumulo.

*Die Veneris xiiij octobris.* — De Planis, Peyrolerii, Nergaz; — Versonay, Guat, Quarro, Prepositi, Lyonardi, Grossi, Maliardi, Orsieres, A. Pecolat, Sancto Michaeli, P. Tacon, Paquet, de Castronovo.

(*Martis.*) — De Hugonino de Bolo petente stipendium occasione forrerie, remictitur ad Martis.

Commictitur visio quid agendum sit de terra quam de Crosa petit

recognosci per Augustinos Areris, Paqueti, Quarro et commissariis qui habeant refferre.

De lapidibus Areris ultra qui trahantur.

(*De pellipariis.*) — Anz Hugonis associatus certis aliis pellipariis conquestifuerunt de cridis factis de non verberando in carreriis publicis pelliparias; serventur cride.

De vino novo venali exponendo, dummodo non excedant iij<sup>or</sup> d. non artentur per officarios.

Johannes Hugonerii requirit terminari cum n. Gonzardo de Malvanda. Conferant domini sindici cum domino de Malvanda, deinde terminetur.

Petrus Lugoconqueritur de certis caseis sibi barratis. Cujus supplicacione audita, visum fuit non esse molestandum.

*Martis xvij octobris.* — Braseti, de Planis, Peyrolerii, Nergaz; — Guat, Quarro, Castronovo, Sancto Michaeli, Lyonardi, Paquet, Gavid, Bueti, Maliardi, Charbonerii, Ponte, Bezansonus, Pecolat, de Liga, de Borjali, Navis, Prepositi, Versonay.

(87) (*Burgensis.*) — Johannes de Charboneria, tonsor, filius quondam Glaudii de Charboneria, de Intermoncio, parrochie Sancti Germani, pro viij ff. fuit creatus burgensis.

(*Floreti.*) — Super supplicacione Floreti, domini sindici visitent locum vocatis evocandis juxta formam licterarum.

(*Balli.*) — Fuit notificatum appunctuamentum factum per dominum episcopum Lausannensem super sale, cujus pretexto impetitur Johannes Balli, quod solvat medietatem et ita nunc fuit dictum tribus gabellatoribus.

(*De Bolo. — Mandatum.*) — De stipendiis Hugonini de Bolo occasione forrerie, sibi solvantur iij<sup>or</sup> ff. — (*Expeditum.*)

De P. Falqueti, visitetur locus vocatis evocandis.

Fuit per n. Gladium Gavid, vicedompnum, injunctum Francisco Patri et Johanni Navete, presentibus, ut infra xv dies proximos perficiant opus Areris, et omni die, exceptis festis, vacent sub pena lx s. pro die quolibet quo desinent operari.

De logia n. Anthonii de Versonay quam de novo construi cepit, non paciatur fieri et loquantur domini sindici dominis vicariis.

Eciam de ploto.

De alma universitate Thaurini unde dicit egregius Braseti habere unam licteram sibi missam per advocatum pauperum, faciat idem ipse Braseti responsum.

(*Pelliparii.*) — Anz Hugonis cum certis aliis pellipariis conquesti fuerunt iterum de cridis, que serventur.

(*Aquiiani.*) — Exequantur lictere obtente pretexto pedagii Aquiiani ibidem perlecte. Instet hoc Bez. Dorerii.

(*De dono domini ducis.*) — De dono fiendo domino duci incontinenti dum introbit, sibi dentur unus quarraterius malvatici, unus ypocratis et due duodene alabostorum dragie et due duodene facium. Et tractetur de negociis civitatis etc.

(*De dono domini administratoris.*) — De dono fiendo domino episcopo Lausannensi, administratori episcopatus Gebenn., fiat id quod fuerit ordinatum per consilium.

*Die Veneris xx octobris.* — Planis, Peyrolerii, Nergaz; — P. Versonay, Quarro, Grossi, Maliardi, Charbonerii, Michael de Liga, Paquet.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo || Quiblerii || Devenier (?) ut in rotulo. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Charbonerii ut in rotulo. — (*Expeditum.*)

*Martis xxiiij octobris.* — Braseti, Planis, (Charbonerii) [Peyrolerii], Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Gavid, Quarro, de Castronovo, Lyonardi, Paqueti, Bueti, P. Fernay, Grossi, Maliardi, Liga, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Borjali, Pecolat, Tacon, Navis.

(*Scole mandatum.*) — De magistro scole, solvantur eidem x ff. et locetur domus.

Certorum Alamanorum congressus ut fertur est in patria Vaudi.

Pensabini et alii compellantur ad adimpleandum eis commissa.

De mandato Petri Floreti.

(88) *Veneris xxvij octobris.* — Planis, Peyrolerii, Nergaz; — Guat, Quarro, Grossi, Maliardi, Charbonerii, Orsieres, Bezansonus, Pecolat, de Borjali, Paquet.



Fuit lecta una lictera missa per procuratorem Breissie G. de Crosa pro habendis licteris testimonialibus diei finiti nuper lapsarum nundenarum, que fiant per dominum vicedompnum.

Fiant processiones pro prosperitate domini et status ejusdem.

De personagiis fiendis pro jocundo adventu domini, remictitur ad Martis.

*Eadem die, vigilia S. Symonis et Jude.*

*(Alarum.)* — Anno Domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> nonagesimo septimo, indicione xv<sup>a</sup> et die xxvij octobris, in claustro Sancti Petri, debitis factis cridis per Johannem Fontanelli, preconem hujus civitatis, candela cere prius incensa deinde extinta, egregii Petrus Braseti, Johannes de Planis, Percivallus Peyrolerii et Johannes Nergaz, syndici et sindicario nomine civitatis hujus Gebenn., admodiaverunt tituloque admodi[a]cionis tradiderunt, cum honore et onere, honesto viro Bezansono Dorerii, cincturero, civi Gebenn., presenti, stipulanti, tanquam plus offerenti, jus alarum veterum, grossi ponderis etc., et rivagii, cum pertinentibus solitis spectantibus communi dicte civitatis, ad et per unum annum proximum die crastina incohandum, sub firma quatercentum et quadraginta florenorum p. p. per eum solvendorum terminis solitis, terciam partem videlicet in proximis nundenis Epiphanie Domini, (terciam partem) in sequentibus nundenis Pasche aliam terciam partem et in nundenis augusti sequentis restam, unacum dampnis etc. Promittentes ipse partes, videlicet dicti domini syndici sindicario nomine manutenere, et dictus Bezansonus, pro se et suis etc., solvere in manibus receptoris prout supra et cavere Martis proxima ydonee etc.; renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus honorabilibus viris Petro de Versonay, Petro Navis, Anthonio Pecolat, Jacobo Paqueti, consiliariis; Guillelmo Rogeti, Petro Darloz, Francisco de Leamont, Glaudio Taconis, Stephano Bonijohannis, Guillelmo Baleti, Petro Garmese notario, Hugonino de Bolo, Baudichono Barberii et pluribus aliis testibus. — *(Registratum est alibi.)*

De Crosa.

*(Caucio.)*<sup>1</sup> — Anno et indicione pretactis et die tercia novembris, in

<sup>1</sup> En marge de ce qui précède.

aula consilii, idem Bezansonus cavit per Stephanum Bonijohannis, civem Gebenn., quem indempnem etc., juridicenti principalem etc.; presentibus P. Braseti, Percivallo Peyrolerii, Johanne Nergaz, consindicis, stipulantibus pro civitate et communi ejusdem; — presentibus Johanne Nergaz, Glaudio de Castronovo, Johanne Grossi, Percivallo Peyrolerii, P. Orsieres, Francisco de Leamont.

*(Gribelli.)* — Ibidem prenominati domini syndici admodiaverunt Glaudio Taconis, civi Gebenn., presenti etc., gribellum pertinens dicte civitati etc., sub firma quindecim florenorum p. p. per eum solvendorum ut supra etc. — Die vij novembris, idem Glaudius cavit per Georgium Patri, quem indempnem etc., juridicenti principalem etc.; presentibus quatuor sindicis, d. F. de Veyriaco, Gavid, Guat, Lyonardi.

Fuit ordinatum dari magnifico domino marescallo Sabaudie...

*Martis ultima octobris.* — Quatuor syndici; — Paquet, P. de Fernay, Grossi, d. Fran. de Veyriaco, de Castronovo, Lyonardi, Bueti, Orsieres, Charbonerii, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Navis, Guat, Quarro.

*(Paqueti.)* — Jacobus Paqueti fuit laudatus gratis, exigentibus serviis, de re sibi cessa per Andream Mantillierii, hodie instrumento per me recepto, cessa mediantibus decem ff. p. p.

*(Burgensis.)* — Johannes Corboz, de Ballone, filius quondam Francisci, borserius, parrochie beate Marie Nove, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Refficiatur murus prope portam Sancti Anthonii seu reparetur.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum thesaurario de xl ff. iij g.

(89) Contra vagabundos, serventur cride.

De personagiis preparandis ob adventum domini, facta omnia reponantur et reducantur in hac domo et ab ulteriori supersedeatur.

*(Macellarii.)* — De macellariis, pretextu visitacionis carniurn, eliguntur Anthonius Milanessii et Anthonius Pecolat et quilibet in Longamala, Jo. Bufflet in ponte Rodani, et Macello superiori Fran. de Leamont.

*Veneris tercia novembris.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz, syndici; — Maliardi, de Castronovo, Charbonerii, Orsieres, Paquet, Grossi.

*(Burgensis.)* — Johannes Jassel, de Loysia, chapellerius, filius quon-



dam Johannis, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Humbertus Barberii, de Thoyrie ultra Arerim, filius Bricii, chappellerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Johanni Barruchii, patisserio, solvantur pro una culcitra et uno pluviali plumarum ac uno copertorio existentibus in Domo episcopali pro servitoribus domini, videlicet duo g. cum dimidio pro singulo mense.

*Martis vij novembris.* — Braseti, Planis, Peyrolerii, Nergaz; — d. Fran. de Veyriaco, Guat, de Castronovo, Lyonardi, Paqueti, Bueti, Fernay, Grossi, de Liga, Charbonerii, de Ponte, Bezansonus, A. Pecolat, Versonay.

Committitur visio et quid agendum sit super rotulo G. Curt, Peyrolerii, Nergaz, Paquet et thesaurario.

(*Burgensis.*) — Johannes Chassie, fornerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

De causa Aquine vertente coram consilio Chamberiaci, committitur sollicitacio Johanni Grossi, et illuc vadat et donet, dummodo feratur sententia in favorem civitatis, xxx ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de vij ff. xj g. de suma et complemento solucionis c et iiij ff. de quibus habet mandatum quod videatur per auditores computorum, eciam de decem licteris burgessie pridem in solutum traditis deinde eidem thesaurario restitutis, Francisco Patri et Johanni Navete, pro Areri. — (*Expeditum.*)

Super caseis, serventur cride.

De studio, rescribat egregius Braseti.

(90) *Mercuri viij novembris.* — Quatuor syndici; — Maliardi, Guat, de Castronovo, Navis, Lyonardi, Orsieres, Bueti, Prepositi, d. F. de Veyriaco, Gavid, M. de Liga, P. Levrierii. — Fontaneis, Jo. Chalex, Hugoninus de Bolo, Anz. Hugonis, Ja. Nepotis.

(*Decessus domini ducis.*) — Expositus fuit dolenter decessus herina die illustrissimi principis domini nostri domini Philippi Sabaudie etc., ducis.

Advertantur desinerii ut unusquisque suos advertat etc.

Visitenturque claves cathenarum et portarum civitatis, et curam domini syndici habeant pervigilem.

*Veneris x novembris.* — Planis, Peyrolerii, Nergaz, syndici; — Paquet, P. de Fernay, Grossi, A. Pecollat, Bezansonus.

(*Burgensis.*) — Johannes Hudrici, de Signier, notarius, nunc incola beate Marie Nove, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

Fiat mandatum de observacione magistro scole super aliis licteris de mandato solvendi x ff.

*Sabbati Sancti Martini xj novembris.*

(*Bossetarum.*) — Anno Domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxxvij, ind. xv et die xj novembris, factis debitis cridis per Johannem Fontanelli, preconem, et candela incensa deinde extinta ut moris est, honorabiles viri Petrus Braseti, Johannes de Planis, Parcivallus Peyrolerii et Johannes Nergaz, syndici et sindicario nomine hujus civitatis Gebenn., in claustro Sancti Petri, admodiaverunt ac titulo admodiacionis et firme tradiderunt honorabili viro Guillelmo Curt, burgensi et mercatori Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti, videlicet introgium bossetarum vini, ad et per unum annum proximum hodie incohandum, sub firma || seu salario || quinque centum et quadraginta florenorum p. p., per eum solvendum in manibus receptoris generalis dicte civitatis, terminis solitis, terciam partem videlicet in proximis nundenis festi Epiphanie Domini (terciam partem), aliam vero terciam partem in sequenti festo Pasche ac residuum prima augusti sequentis, cum honore et onere quibusvis, unacum dampnis etc.; submictens etc., renunciantes etc., promictentes solvere ut supra, et dicti domini syndici sindicario nomine manuteneri etc., dictusque Guillelmus Curt cavere ydonee die Martis proxima. etc. Renunciantes etc. Actum Gebenn., in dicto claustro, presentibus honorabilibus viris Jacobo Paqueti, Johanne Grossi, Michaele de Liga, Claudio de Castronovo, Anthonio Pecolati, Hudriodo Ferrati, Thoma Regis, civibus Gebenn., et pluribus aliis testibus.

(*Caucio.*) — Anno, indicione quibus supra et die xiiij novembris, presentibus egregiis Petro Braseti, Johanne de Planis, Parcivallo Peyrolerii et Johanne Nergaz, sindicis, stipulantibus vice et nomine communitatis etc., supranominatus Guillelmus Curt cavit de solvendo pretactos



quinque centum et quadraginta florenos terminis prescriptis, per honorabilem Jacobum Paqueti, burgensem Gebenn., qui et eorum quilibet principaliter et insolidum promictunt etc., submicentes se etc., renunciantes etc., juridicenti principalem etc., quem fidejussorem indempnem servare promictit etc. Actum Gebenn., in aula consilii, presentibus nobili Petro de Versonay, Andrea Guat, Jo. Grossi, Anthonio Lyonardi, presente eciam nobili Johanne Turci, thesaurario.

(91) Ibidem per dictos dominos syndicos, presentibus domino Fran. de Veyriaco, Versonay, de Castronovo, A. Pecolat, Ja. Paqueti, Johanne Grossi, Michaele de Liga, B. de Sancto Michaele, Bezansonus Dorerii, fuit conclusum destinandos fore Andream Guati et Glaudium de Castronovo pro obtinenda confirmatione licterarum dominicalium nundenarum.

*Dominico xij novembris.*

(*Venda vini.*) — Quatuor syndici; — d. P. de Grandivalle et Ay. de Lornay, canonici; — P. Versonay, Glaud. de Castronovo, Glaud. Cadodi, Bald. Balardi, Petrimando de Malodumo, G. Pensabini, P. Graserii, Jo. de Fontana, Ste. de Villa, Glaud. Roleti, P. Martel[le]ti, Glaud. Piliodi, Fran. Patri, Jo. Amiaux, Ja. Paqueti, P. de Fernay, Glaud. Udrici, Guillelmus Bugniet, Monetus Tavelli, Jo. Mercerii, Jo. Frochet, Jo. Marchiandi, Ny. Bocheti, A. Lyonardi, P. Perrodi, Dominicus Varamberti, Lud. Philippi, P. Plotet, Jo. Grossi, Jo. de Aquanigra, Amed. de Strata, Ay. Spatule, Jo. de Becio, P. Jot, Jo. de Croso, Jo. Bamnete, Perronetus Ponceti, Jo. Grantis, Glaud. Nycodi, Jo. Danelli, Ny. de Prato, Philibertus Gavardi, Ste. Arnaudi, Jo. de Molario, Lud. Brant, Jo. Chatronis, Jo. Fabri, Jo. Myaz, A. Pecolat.

Fuit gitata venda vini ad quatuor g. monete.

(*Nundene.*) — Fuit ibidem ordinatum ut, pro obtinenda confirmatione licterarum decretarum per bone memorie i. dominum nostrum ducem super facto nundenarum, destinentur ad i. d. nostrum ducem Andreas Guati et Glaudius de Castronovo electi.

Scribatur prout videbitur consilio ordinario.

*Lune xij novembris.* — Quatuor syndici; — Gavid, Versonay, Guat, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Fernay, A. Pecolat, Grossi, Maliardi;

Lingot, Orsieres, Ponte, Navis, (Fernay,) Charbonerii; — Stephanus de Villa, Petrimandus de Malodumo, Henricus de Nanto, Ja. Minquent, Jo. de Leone, Grassier, F. de Leamont, A. Milanesii, Jo. Donzelli, Anz Hugonis, Berardo, P. Corne, P. Becon, n. Jo. de Fernay, H. Pichon, M. Belloti, A. Gule, Picardo joellerio, Jo.<sup>1</sup> P. Jo. Bruni, Glaudius Philippi, Humbertus Rosselli, P. Morelli.

Fuit ordinatum ut destinentur Andreas Guati et Glaudius de Castronovo ad. i. dominum nostrum ducem pro obtinendis licteris in favorem nundenarum. Fiant que instrucciones et una minuta licterarum obtinendarum; quibus tradantur lictere bone memorie dominorum ducum Amedei, Philiberti et Philippi, necnon lictere contra forefactores alias obtente. — Quas habuerunt.

Item fiant lictere clause dominis Bastardo, gubernatoribus Breysse, Nycee, Jallene (?), Lyobardi, eciam magistro hospicii de Challes et aliis nominandis si opus sit.

(92) *Martis xiiij novembris.* — Quatuor syndici; — Versonay, Castronovo, Guat, Lyonardi, Paqueti, Bueti, Fernay, Grossi, Charbonerii, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Borjali, Pecolat.

(*Burgensis.*) — Johannes Chivallerii, sutor, parrochie Magdalenes, (sutor,) filius Stephani Chivallerii, de Boegio, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Jacobus Curt junior, de Contamina, nunc parrochie Magdalenes, conduerius, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Honestus vir Johannes Carrerii, de Ugina, servitor i. domini et donne (?) Janus, domini Vallis Isere, ejus contemplacione, fuit creatus burgensis gratis.

(*Nundene.*) — Fuerunt lecte instrucciones necnon minute licterarum destinandarum ad curiam ducalem, cum minuta licterarum super nundenis obtinendarum quas defferent duo electi in consilio generali etiam stricto consilio, A. Guati et Glaudius de Castronovo, que tradantur sub illa forma.

<sup>1</sup> Le nom est en blanc.

Eciam licere defferende illu. domino Bastardo et dominis gubernatoribus.

*Veneris xvij novembris.* — Quatuor sindici; — Gavid, Versonay, Orsieres, Quarro, Lyonardi, Paquet, de Liga, Bezansonus, A. Pecolat, Navis.

*(Burgensis.)* — Humbertus de Vineis filius Francisci, alias Roberti, conreator, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*(Burgensis.)* — Humbertus Trenchent, de Bossey, parrochie Sancti Germani, sutor, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*(Burgensis.)* — Jacobus Motey filius quondam Petri Motey, sutor, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*(Burgensis.)* — Mermetus filius quondam Mermeti Anthonii, sutor, de Gietis, nunc parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Anthonio Pecolat super rotulo de xxvj ff. p. p. ix s.

*(Mandatum.)* — Fit mandatum allocandi receptori super rotulo visitato. — *(Expeditum.)*

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Johanni Fossili alias de Villa, de xij ff. in deduccione tachii pontis de Jargona(n)t tradendis Guilliot pavisserio, presentibus dictis de Villa et Guiot. — *(Expeditum.)*

*(Protestacio.)* — Domini sindici protestantur contra uxorem Andree Mantillierii presentem.

Amedeus de Sirie et Mermetus Albergatoris, lathomi, retulerunt super cadro domus de Baugiaco ad v ff. per Stephanum de Villa, presentem, Anthonio de Baugiaci, presenti, tradendos; tamen nichil fuit conclusum quia ordinacionem Petrus de Baugiaco tenere noluit licet Stephanus.

(93) *Die Martis xxj novembris.* — Quatuor sindici; — Gavid, Versonay, de Quarro, Jo. Grossi, Jo. Maliardi, A. Pecolat, de Liga, Orsieres, Ponte, Bezansonus, P. Tacon, Sancto Michaeli, Navis, Lyonardi, Paquet.

*(Burgensis.)* — Stephanus Privati, de Gayo, tisserandus, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*(Burgensis.)* — Glaudius senior, filius quondam Francisci de Beyria, de Colungiis in terra Gay, nunc parrochie Sancti Gervasii, auriga, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*(Burgensis.)* — Glaudius filius quondam Mermeti David, de Veyrie, conreator, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*(Burgensis.)* — Johannes Logroz, faciens gibasseria, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum magistro Johanni de Paris de xxij ff. ix g. vj d., ut in rotulo. — *(Expeditum.)*

De excubiis nocte fiendis...

*Die Veneris xxiiij novembris.* — Braseti, Peyrolerii, Jo. Nergaz; — Gavid, Versonay, Castronovo, P. de Fernay, Maliardi, Orsieres, Pecolat, Quarro, Paquet, de Liga.

De scola perficienda, committitur Ja. Paqueti et Johanni Turci presentibus.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum magistro Jacobo Quiblerii de xxx g. pro una veste communis librate.

*Martis xxviiij novembris.* — Quatuor sindici; — Veyriaco, Gavid, Paqueti, de Castronovo, P. Versonay, Lyonardi, Bueti, Fernay, Maliardi, Grossi, de Liga, Charbonerii, B. de Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Bezansonus, Pecolat, Navis, de Borjali.

*(Tachium scole.)* — Anno domini mo iijc lxxxvijmo, indicione xv et die xxviiij novembris, egregii domini sindici P. Braseti, Johannes de Planis, Percivallus Peyrolerii et Johannes Nergaz tradiderunt in tachium magistris Jacobo de Nemoribus et Glaudio Rolandi, carpentoribus, presentibus, qui reperti fuerunt facturi minori precio, ad faciendum trabaturam unam scole et potamentum inferius et manu construendum, pro et mediantibus centum et quinque florenis p. p. in modum qui sequitur solvendis: facta tercia parte operis fienda equali solucione, et subsequenter tercia pars, proporcionando opus manus duntaxat ad solucionem, seu solutionis operis manus; promictentes etc.;



renunciantes etc. Actum Gebenn. in aula consilli, presentibus quibus supra.

(94) Evocetur Hugoninus de Bolo pro restituendo uno ff. Johanni Brassardi etc.

Ordinatur ut cum vigilibus incedant et excubent sex fideles eligendi per dominos syndicos.

Fiant cride que videantur.

*Veneris prima decembris.* — Braseti, de Planis, Nergaz; — Paqueti, Maliardi, Pecolat, Versonay.

(*Burgensis.*) — Glaudius Recordonis, filius Guillelmi, sutor, de Dyvona oriundus, nunc parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus Grua, piscator, parrochie beate Marie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes Chenevalis, de Leta, chapellerius, nunc parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus Nany, Parisiensis, tinturerius coriorum, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p., parrochie Sancti Germani.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Michaeli Lyonardi vigili, commentariensi Domus communis, de sex ff. p. p. solitis dari. — (*Expeditum.*)

*Martis v decembris.* — Quatuor syndici; — Quarro, Castronovo, Versonay, Lyonardi, Paqueti, Maliardi, Sancto Michaeli, Charbonerii, de Borjali, de Ponte, Pecolat, Bueti, Bezansonus.

Super extraneis arrestatis et detentis, serventur privilegia nundenarum.

De muro per Johannem Balli construi cepto, servetur ordinatio consilii episcopalis.

Redimatur domus communis sita prope pontem Rodani, quam tenet Ja. Nyveti, mediantibus...

(*Orsieres.*) — N. P. de Orseriis restituit j colovrinam et tres duodenas tractuum.

De nemore ac fassinis existentibus in portu, permictantur et taxentur per dominos syndicos alterumve ipsorum.

Scribatur lictera recommendacionis magnifico consilio ducali pro nobili Johanne de Orseriis.

*Martis xij decembris.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Gavid, Versonay, Quarro, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Bueti, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaeli, Bezansonus, Pecolat, Fernay.

(*Burgensis.*) — Jacobus Baty, filius Johannis, in Bauges, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Mandatum.*) — Solvantur Glaudio de Castronovo, ultra per eum recepta pro suis expensis a nobili Andrea Guati, videlicet pro singulo die octo dierum ix g., et sic vj ff. p. p. — (*Expeditum.*)

(95) (*Mandatum pro vigilibus.*) — Tradantur cuilibet xij vigilum due ulne cum uno quarto panni, que ascendunt pro quolibet ad vj ff. ix g. pro vestibus communis librate hujus civitatis, per quemlibet fienda una veste. — (*Expeditum.*)

De Hugonino de Bolo de quo conquestusest, evocentur ambo.

De vino fratris Guillelmi de Quarro, sacriste Sancti Mauricii, fuit ordinatum quod solvat.

*Veneris xv decembris.* — Braseti, Planis, Peyrolerii, Nergaz; — Maliardi, Charbonerii, Pecolat, Paquet.

Conmictitur visitacio et receptio pontis de Jargonant Paqueti, Charbonerii et G. de Crosa.

(*Burgensis.*) — Michael Thome, filius Petri, de Laconay, tissotus, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus de Becio, filius Johannis de Becio, alias Giron, sutor, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus Rivillieti, de Sorra, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*Lune xviii decembris.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Gavid, Versonay, Quarro, Lyonardi, Bueti, P. de Fernay, Paqueti, Maliardi, de Liga, B. de Sancto Michaeli, Bezansonus, Navis, P. Tacon.

(*Subsidiorum.*) — Quia quidam commissarius voluit exequi certas licteras pro exactione subsidiorum, quod cederet in prejudicium auctoritatis domini episcopi et privilegiorum hujus civitatis, re ex qua fuerunt alias obtente lictere ab illu. dominis Philiberto, Philippo et Blanca supersessionis a molestacione quousque aliud cognitum fuerit vel ordinatum. Super quo scribatur illu. domine nostre duchisse, re. domino Johanni Orioli vicario et nobili Jo. Vulliodi thesaurario, prehabita deliberacione consilii episcopalis cui incombis amplecti hanc materiam etc.

Solvantur expense dicti commissarii.

Item donantur eidem duo ff. p. p.

*Martis xix decembris.* — Braseti, Planis, Peyrolerii, Nergaz; — Gavid, Versonay, Quarro, Lyonardi, Paquet, Bueti, Fernay, Maliardi, Charbonerii, Liga, Sancto Michaeli, Ponte, Bezansonus, A. Pecolat, Castronovo.

(96) Receptum est opus pontis de Jargonant constructi per magistrum Johannem lathomum, audita relacione Jacobi Paqueti et Guillelmi de Crosa.

(*Mandatum.*) — Cui debentur pro resta, relatu Jo. Turci receptoris, octo ff. qui mandantur sibi persolvi.

Et promittit idem magister Johannes ipsum pontem debite embochiare de Kadragesimo proximo.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum egregio Johanni de Planis super rotulo de xvj ff. vij g. vj d.

(*Intrentur thesaurario.*) — Intrentur thesaurario super rotulo xij ff. ij g. (super rotulo).

Item iiiij<sup>xx</sup> j ff. pro vestibis vigiliis. — (*Expeditum.*)

(*De Platea.*) — Quia Petrus de Platea, civis Gebenn., filius quondam Ansermeti, moram trahens Seduni, socius magistri Johannis, burgensis hujus civitatis, dicitur impetitur per magistrum alarum, n. P. Versonay, ad solucionem pedagii, ut si non esset civis, fuit ordinatum actento quod idem Petrus est civis indivisibilis cum ejus fratribus, socius burgensis incole ipsius civitatis, non teneri ad petita parte dicti magistri alarum.

(*Mandatum.*) — Datur una vestis communis librate magistro Ay-

moni de Bosco, magistro artillierie, usque ad valorem septem florenorum p. p. et mandatur thesaurario quod solvat. — (*Expeditum.*)

(*Pro subsidiis.*) — Destinetur occasione subsidiorum Petrus Lamberti apud Chamberiacum qui defferat licteras i. domine necnon d. vicario et nobili Johanni Vulliodi, thesaurario.

Dantur Aquine, pauperi, in helemosinam, xij g. quos thesaurarius pro hac vice sibi solvat.

Visitetur locus grangie domini Nobleti.

(*Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Francisco de Leamont x ff. cum dimidio, pro salario deservito a die quarta septembris usque nunc. — (*Expeditum.*)

## LXXXXVIIJ

*Martis xxvj decembris.* — Braseti, Planis, Nergaz; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Castronovo, Bueti, Grossi, Charbonerii, Bezansonus, Pecolat, Maliardi, Lyonardi, B. de Sancto Michaeli, Paquet, Prepositi, Orsieres, Navis, de Quarro.

(*Mandatum.*) — Rediit P. Lamberti a Chamberiaco, qui detulit licteras i. domine nostre duchisse d. Jo. Orioli vicario et Jo. Vulliodi thesaurario pro subsidiis etc., qui vacavit quinque diebus, cui solvantur v ff. — (*Expeditum.*)

Johannes Grossi exposuit sententiam latam in favorem Collete, relicte Glaudii Voyn, alias Aquine, per magnificum consilium Chamberiaci residens.

(*Mandatum.*) — Fuit deliberatum ut, pro laboribus incombentibus, solvantur et solvi mandetur, relacione dicti Grossi audita :

magnifico domino presidenti consilii prefati, tres scuti solis;

domino Humberto Grueti, iij scuti solis;

advocato in causa, duo ff. du Trec;

et Johanni de Putheo, una corneta satini foderata penna. — (*Expeditum mandatum.*)

(*Aquine.*) — Anno domini mo iiiijc lxxxxviii, indicione prima et die xxvj decembris, presentibus quibus etc., Colleta, relicta Glaudii Voyn, dicta Aquina, promittit non contravenire sentencie late in ejus favorem per magnificum consilium Chamberiaci residens contra nobilem Amedeum de Terniaco et Petrum..., necquicquam facere per se vel



alium in prejudicium hujus civitatis Gebenn. sine consensu dominorum sindicorum qui pro tempore fuerint, promictens etc., renuncians etc. Actum in aula Domus communis, presentibus quibus supra.

(*Daguini.*) — Jo. Daguni quia illicenciatus abivit petens sibi indulgeri et ad pristinum suum officium tubicene reduci etc., sibi indulgetur sibi que stipendia persolvantur.

(96 bis) *Veneris xxix decembris.* — Braseti, Nergaz; — Maliardi, de Castronovo, Charbonerii, Pecolat.

(*Burgensis.*) — Anthonius filius Petri de Prato, de Myocie, sutor, nunc parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

Domini sindici conqueruntur de filia Jolivat et relictis Petri Conduerii, quas capi requirunt, eo quod tornas vastarunt nemoraque inibi ceperunt.

Butini conquestus est de spectabili domino Coudree nitente eum et ejus socios offendere. Super quo fuit ordinatum ut domini sindici hoc dicant domino vicario qui provideat.

M<sup>o</sup> III<sup>c</sup> LXXXVIII.

*Die Martis secunda januarii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Quarro, Castronovo, Lyonardi, Paquet, Bueti, Fernay, Jo. Grossi, Maliardi, de Liga, Charbonerii, Orsieres, de Borjali, Pecolat.

(*Aquine.*) — Obtineantur lictere exequutionales in causa et sententia Aquine.

Que caveat juxta formam atheticam que supplicatur etc.

(*Mandatum.*) — De Francisco de Leamont, donantur sibi octo ff. p. p., in rependium servitorum circa epidemiam vitandam per eum, ultra ejus salaria.

Nec ulterius ipse nec vigiles procedant donec habuerint in mandatis.

(*Domus.*) — Redimatur domus civitatis sita prope pontem Rodani quam tenet Jacobus Liveti.

(*Perrodi.*) — De fratribus Perrodi, solvant gabellam et introgium vini et ceteri contradicentes. Sique vero orta sit causa, prosequantur domini sindici etc.

Defferant vuegii officarii et vigiles.

*Mercuri 3 januarii, in capella Sancti Michaelis ecclesie Sancti Petri.* — Quatuor sindici; — Orsieres, Maliardi, de Castronovo, d. Fran. de Veyriaco, Prepositi, Pecolat, Grossi, de Ponte, P. de Fernay, Paquet, Charbonerii, Jo. Turci, P. Tacon.

Fuerunt lecte lictere transmissae per nobilem Andream Guati, concernentes nundenas. Super quibus fuit deliberatum ut hora(m) post meridiem in aula consilii intersint domini sindici cum certis aliis deliberaturi etc.

Deinde, in aula Domus consilii, in qua aderant: nobiles Percivallus Peyrolerii et Johannes Nergaz; — Johannes Maliardi, G. de Quarro, Gladius de Castronovo, Anthonius Pecolati, P. de Fernay, Petrus de Orseriis.

Fuit conclusum quod fiant instrucciones nobili Andree Guati ostendende re. domino de Malvanda.

Que paulo post fuerunt facte et per eundem dominum, eciam per dominum Amblardum Goieti, vicarium, vise et bene stare.

Eciam per egregium Petrum Braseti, consindicum.

(*Mandatum.*) — Et scribatur eidem Guati per Ludovicum, ejus servitorem, qui aculit dictas licteras, cui datur unus scutus regis solvendus per thesaurarium.

(97) *Veneris v januarii.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — Maliardi, Castronovo, Paquet, Navis, de Quarro, Grossi, Charbonerii.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum de xliij g. ix d. Ja. Michaudi, ut in rotulo. — (*Expeditum est.*)

Dantur de enseniis vigilibus xij g. ut solitum est.

Joliti clericus timens offendi per dominum Coudree, fiat sermo domino vicario.

Super subsidiis quibus impetitur civitas, scribatur domino episcopo Lausannensi, administratori, ut rescribat quod sibi videatur, et remictitur post prandium.

*Martis ix januarii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Quarro, de Castronovo, Prepositi, Paquet, Grossi, Maliardi, Orsieres, Ponte, A. Pecolat, Navis, P. de Fernay, Versonay, Lyonardi, B. de Sancto Michaele, Charbonerii, de Liga.

Locacio domus Petro Chenevalis.

(*Locacio domus.*) — Anno domini m<sup>o</sup> iiii<sup>c</sup> lxxxviiij, indicione prima, die nona januarii, egregii Petrus Braseti, Johannes de Planis, Percivallus Peyrolerii et Johannes Nergaz, sindici Gebenn., locant et in loquarium tradunt Petro Chenevalis, burgensi Gebenn. presenti etc., domum communis Gebenn. sitam in pede pontis Rodani citra, a parte Lacus, ante domum ponderis bladi, ad et per tres annos prima proximi mensis februarii incohandos, sub salario et firma cujuslibet anni viginti florenorum p. p. per eum solvendorum secundum bonos usus et consuetudines hujus civitatis, unacum dampnis etc.; submictens etc., promictentes etc., videlicet idem Petrus locatarius prout supra solvere et dicti sindici sindicario nomine manutenere; renunciantes etc. Actum Gebenn. in aula consilii, presentibus quibus supra consiliariis, Jacobo Liveti, poterio, et Michaele Lyonardi, testibus etc. De Crosa.

(*Protestacio.*) — Franciscus Patrii pretextu Areris, eciam domini sindici protestantur contra Stephanum Chapuisii, tutorem filiarum Francisci (?) Benedicti Malieti.

(*Mandatum.*) — Solvantur Jacobo Liveti alias Michaudi cxviiij ff. xj g., pro resta horum in quibus communitas sibi tenetur pro domo quam tenet sita in pede pontis Rodani citra a parte Lacus, ante pondus bladi. — (*Expeditum.*)

*Die Veneris xij januarii.* — Peyrolerii, Nergaz; — Quarro, Lyonardi, Paquet, Grossi, Maliardi, Charbonerii, Tacon, de Castronovo, de Liga.

Tradantur Collete, relicte Glaudii Voens, ij ff. p. p.

Tradantur Jo. Grossi lx ff., pro actis Aquine reducendis, et id quod fuit ordinatum dari doctoribus.

Item procuratori ad cavendum juxta formam auctenticam que sup[pl]icatu[r] etc.

*Dominico xiiij januarii.* — Braseti, Peyrolerii, Nergaz; — Versonay, Quarro, Castronovo, Prepositi, Lyonardi, Paqueti, Grossi, Maliardi, Charbonerii, Orsieres, Pecolati, Navis, Tacon, de Liga, H. de Ponte, Bueti.

(*Mandatum.*) — Exhibite fuerunt lictere dominicales super facto

nundenarum obtente per Guat et delate per Johannem Croiserii (?), qui faciat rotulum suarum expensarum que sibi solvantur. — (*Expeditum.*)

Scribatur domino Bastardo et Guati.

(98) Eliguntur Petrus Charbonerii et Franciscus de Leamont commissarii pro exequutioni demandanda licteris dominicalibus super facto nundenarum, destinandis eodem Petro Montem Lupellum et Francisco Pontem Bellivicini, quibus tradantur pro expensis, dicto Petro xviiij ff. et Francisco xv ff.

Scribatur domino Bastardo et Guati, qui Guati mandet exequi licteras Nycee.

*Martis xvj januarii.* — Sindici; — Versonay, Quarro, Castronovo, Paqueti, Bueti, P. de Fernay, Maliardi, Charbonerii, Sancto Michaele, Orsieres, Navis, Tacon, Pecolat.

Fiant latrine in terralibus porte Sancti Anthonii, impartita licencia a domino vicario.

(*Daguini.* — *Mandatum.*) — Solvat thesaurarius Daguii, pro una veste librate civitatis quia tubicena, pro ejus salario et pena, vj ff. ix g. — (*L.*)

Visitentur torne Areris, et que civitati incumbent fi[an]t sumptibus civitatis.

Fuit ordinatum quod originale licterarum dominicalium super facto nundenarum obtentorum tradantur Johanni de Torna, servienti generali, ut illas exequatur in locis opportunis, cui tradantur octo ff. p. p.

Quas licteras habuit et recepit presentibus dominis sindicis Petro Braseti et Johanne Nergaz, de eorum mandato et consensu, in aula consilii, presentibus Jacobo Paqueti, Francisco de Leamont, Johanne Maliardi etc., quas promisit restituere infra tres septimanas proximas.

Dentur due amphore malvatici et ypocratis P. Burgie, thesaurario, et Boysserii, magistro computorum.

Habeant aurige quilibet unum bossetum cissum, pro habendo aquam ad extinguendum ignem. Cuibus fiat injunctio per dominum castellanum.

Restituantur pecunie mulieri capte per Daguii nichil auferendo.

(*Mandatum.*) — Solvantur A. Pecolat xxx ff. vj g. ut in rotulo. — (*Expeditum est.*)



*Veneris xix januarii.* — Quatuor syndici; — Versonay, Quarro, de Castronovo, Paqueti, P. de Fernay, Lyonardi.

(*Quod ultra Arerim super communia quisque possit extrahere lapides.*) — Fiant cride quod ultra Arerim unusquisque lapides extrahere possit, ita quod fodiat usque ad Arerim.

Item, quod citra nullus accipiat lapides nec nemora, sub pena lx s. et carceris.

Detur unus florenus Johanni de Turre, qui dicit se iturum Annessiaci pro afferendis copiis inculpatorum.

Dantur sex g. filie Bordaz, pro ejus pena extinguendo ignis incendium.

Scribatur domino judici Gebenn. ut concionare dignetur de consoribus sceleratorum Annessiaci plexorum.

(99) *Die Martis xxiiij januarii.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Quarro, Castronovo, Paqueti, Bueti, Fernay, Grossi, Maliardi, B. de Sancto Michaeli, de Liga, Ponte, Pecolat.

De Varamberti qui petit licenciam eundi Lugduni, fiant demonstrationes domino vicario ut nulle licencie prout nec congruit concedantur.

(*Mandatum.*) — Solvantur omnibus mandatis que cancellantur mediante hujusmodi mandato inclusis pro torna Areris c. iij<sup>or</sup> ff. — (*Expeditum.*)

Remittitur ad Veneris proximam Anthonius Pecolati qui petit sibi reffici gabellam de qua impetebatur Alamanus, actento quod nichil ab eo exegit ex ordinacione consilii.

Et ulterius xx<sup>ti</sup> bossetorum gabellam vini venditi per aliquos dominos canonicos, super quibus domini syndici alloquantur ipsos dominos canonicos ut solvere velint.

Oblata fuit supplicacio per fornerios petentes augmentari fornagium etc. Super quo nichil fuit provisum.

*Veneris xxvj januarii.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, de Quarro, Orsieres, Grossi, Lyonardi, Maliardi, de Liga, Picolat.

Receptor tradat vigilibus vj g. pro pena latronis detenti per eos habita.

Fiat diligencia contra fures et vagabundos et conscii capiantur.

*Martis penultima januarii.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Gavid, Versonay, Quarro, de Castronovo, Lyonardi, Paquet, Bueti, P. de Fernay, Grossi, Maliardi, de Liga, Charbonerii, Sancto Michaeli, Orsieres, Ponte, Pecolat, Bezansonus, de Borjali, Navis, Prepositi.

Si relicta domini Bar. de Sancto Martino hic resideat, eximatur et gaudere debeat prout ceteri burgenses.

(*Pro thesaurario.*) — Intrentur thesaurario contenta in rotulo, cxxix ff. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur Johanni Grossi ut in rotulo visitato, clxxij ff. viij g. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Item nobili Michaeli de Liga que continentur in rotulo, cxxiiij ff. xj g. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Intrentur xxx ff. Anthonio Pecolati, tam pro vino quam scola (?) etc., xxx ff. — (*Expeditum.*)

Scribatur illustri domino bastardo de Sabaudia et Andree Guati pro nundenis et macellariis qui impetuntur ad solucionem lingarum etc.

*Sabbati tercia februarii.* — Quatuor syndici; — Gavid, Guat, Versonay, Quarro, Fernay, Grossi, Maliardi, Charbonerii, Orsieres, Bezansonus, Pecolat, Paqueti, Navis, Lyonardi, de Liga.

Reversus nobilis Andreas Guati ab illustrissimo domino nostro duce super facto nundenarum exposuit que peregit, exhibita una lictera emanata ab i. domino Bastardo que crastina in consilio generali legatur etc.

(*Cives delegebant Andre Guat tanquam gratum domino Bastardo, eo quod ipsi erant in uxore socii. Mitte gratum*<sup>1</sup>.)

(100) Creacio sindicorum.

*Die Dominico quarta februarii.* — Qui affuerunt, videlicet :

Petrus Braseti, Jo. de Planis, Parcivallus Peyrolerii, syndici anni lapsi; — necnon : Hugoninus de Ponte, G. de Quarro, P. de Versonay, Mi-

<sup>1</sup> Note en marge, probablement postérieure.

chael de Liga; — Henricus Paqueti, Andreas Nigri, Girardus Vuchardi, Jo. Galatini, Jo. de Fontana, Ste. de Villa, Benedictus Franzonis, Cristinus Tombeti, Oddetus Paqueti, P. Magnini, Jo. Vuchardi, Noel Exerton, Jo. Moche, Panthaleonus Borserii, Ny. Tornerii, Jo. Bueti, Jo. Parpillionis, Ny. Encardi (?), Jo. Neyrodi, Jo. Bufflet, Jo. Frochet, Jo. Grassie, Jo. de Leone, Jo. Joly, Vincencius Gauterii, Jo. Nycodi, Lud. Rigardi, Johannes Turci, P. Magistri Petri, Ste. Arnaudi, Ja. Budini, Petrimandus de Malodumo, Amed. de Strata, Jo. Fontanelli, Jo. Ginodi, P. Rosseti, Ja. de Nepotibus, P. Falqueti, Hugoninus de Bolo, Jo. Ruphi, Jo. Allesii, Christoforus Degay, Petrimandus Davidis, Petrus Vanerii, Hugoninus de Prato, P. Riguet, Ja. Paqueti, Ay. de Bosco, Jo. Comitibus, Monetibus Thoneaux, P. Monetier, Jacobus Panet (?), Michael de Dulia, Bertodus Gaud, Romanetus Carpini, Anthonius de Fago, Glaudius Perrin, Aymonetus Comitibus, Petrus Silventis, Aymonetus de Ulmo, Glaudius Philippi, Lyonardus Boytat, Franciscus Belloti, P. Paquet, Menodus Salterii, A. Pecolati, Jo. Grossi, Jo. Bocardi, Jo. Amyaux, Jo. Regis, Petrus de Bolo, Jacobus de Gerdili, Ste. Bachodi, Jo. Chassie, Monetibus Ba, Jo. Reynaudi, P. Dolens, Jo. de Paris, H. de Nanto, A. Grueti, Petrus Jo. Bruni, Glaudius Bruneti, Jo. Alliodi, Jaquetus Balli, P. de Fernay, P. Dorsieres, nobilis Hug. de Burdignino, Jo. Maliardi, P. de Comba, Joffredus Coste, Jo. Bertrandi, Michael Lingot, G. Balleti, Jo. de Passie, Glaudius Pensabini, P. Charbonerii, P. Guaniet, Glaudius Cadodi, Petrus Navis, Jo. de Dulia, Colinus Chicant, F. de Leamont.

Organo egregii Petri Braseti, consindici, exposita fuerunt que sequuntur : primo, creacio sindicorum.

(*Loquitur de adventu ducis Philiberti*<sup>1</sup>.)

Deinde adventus illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis jocundus de proximo. Quo fuit perlecta lictera missa per illustrem dominum bastardum de Sabaudia qua dilucidatur inter alia prefatum dominum ducem, Deo dante, de proximo venturum, re ex qua plerisque modis fiet impensa.

(*Subsidiorum.*) — Item, subsidii peticio parte thesaurarii ducalis.

(*De nundenis rehabendis frivola prosecutio.*<sup>1</sup>) — Item, prosequucio

<sup>1</sup> Note en marge, probablement postérieure.

nundenarum obtentorum ut constat licteris dominicalibus ad partes transmissis exequendis, et expensarum inde factarum et fiendarum que non mediocres existunt.

(*Turbacio officiariorum ducis.*) — Item, turbacio per officarios ducales curie re. domini officialis et spiritualis, que res in maximum hujus civitatis et incolarum ejusdem cedere videtur prejudicium.

Item, dona fienda prefatis dominis nostro duci et Bastardo, qui dominus Bastardus, instancia nobilis Andree Guati, pro licteris super facto nundenarum et in favorem illarum, licteras publicatas et exequutas obtinuit, qui remuneratione dignus videtur.

Item, pleraque alia onera hujusce civitatis incumbencia et que de proximo contingere videntur, presertim dona ut civitas optatui perveniat et intercessores obtineat ad dominum.

Item, pedagia Aquiani qui solvi inibi petuntur ultra solitum et debitum.

Et pro premissis tuhendis fiendis que ad honorem dicte civitatis, diverse fieri parantur expense.

Super quibus premissis, domini syndici creandi cum consilio ordinario provideant et faciant, dum tempus affuerit, prout sibi videbitur que faciendum, de quibus gerunt fiduciam; ad quorum sindicorum creacionem procedetur prout ut infra, dando eis super premissis plenariam potestatem.

(101) Hiis sicut premittitur peractis et approbatis nemine contradicente, suprascripti, ad sonum magne campane ut moris est, in claustro Sancti Petri, votis emissis, syndicos et procuratores dicte civitatis creaverunt, constituerunt et ordinauerunt, videlicet : nobiles et egregios Glaudium Gavid, Hugoninum Consilii, Andream Guati et Anthonium Lyonardi, cum promissionibus debitis et solitis.

Quoad computorum auditores et receptionem eorundem, qui constituti sunt et alias prout videbitur prefatis dominis sindicis expedire, provideant ipsi domini syndici.

M IIIJ<sup>c</sup> LXXXVIIJ

Existentibus sindicis nobilibus et egregiis Glaudio Gavid, Hugonino Consilii, Andrea Guati et Anthonio Lyonardi; Johanne Turci receptore generali et Guillelmo de Crosa secretario.



*Et primo, die Martis v[er]o februarii.* — Prefati quatuor sindici; — d. Petrus Braseti, Jo. de Planis, Jo. Nergaz, G. Quarro, P. Orsieres, d. F. de Veyriaco, Parcivallus Peyrolerii, Guigo Prepositi, Jacobus Paqueti, Jo. Bueti, Anthonius Pecolat, Johannes Grossi, Johannes Maliardi, Petrus Charbonerii, Michael de Liga, Hugoninus de Ponte, Girardus de Vaudo, Johannes de Fernay, Henricus de Nanto.

*(Admodiatio arche.)* — Prefati domini sindici admodiant archam sitam ante capellam Domine Nostre Pontis Johanni Fourax, condurerio, presenti, sub salario et firma xxxij g. pro quolibet anno trium annorum hodie incohendorum, solvendorum secundum bonos usus, presentibus quibus etc.

Rescribatur illustri domino Bastardo licteras regracionis.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Johanni de Torna, super rotulo, xvj ff. j g. ij quart. — *(Expeditum.)*

(102) *Veneris ix februarii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Levrierii, Peyrolerii, Versonay, Braseti, de Castronovo, Paqueti, Grossi, H. de Nanto, de Quarro, Jo. Nergaz, Sancto Michaele, Charbonerii, Maliardi, Jo. de Pemes, Girardus de Vaudo, (Braseti).

*(Lictere subsidiorum.)* — Tradite fuerunt trine lictere dominicales subsidiorum nobili Andree Guati, per ejus servitorem Ludovicum Resinet deferrende ultramontes, per dominum confirmande.

Solvantur ij g. de Crosa pro copia dictarum licterarum.

Tradantur xxx g. magistro Jacobo Quiblerii pro ejus veste communis librate civitatis.

Nobilis Percivallus Peyrolerii confitetur habuisse v testonos et vij g. per manus Johannis Bertrandi, quos habuit a Benedicto Liveti ultimo supplicio Martis nuper lapsa dati.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum magistro Jacobo Quiblerii de vij ff. p. p. — *(Expeditum est.)*

De relicta domini de Sancto Martino doctoris, an debeat gaudere privilegiis ejusdem domini Bartholomei, quia convolvit ad secunda vota, non debere gaudere concluditur.

*(Mandatum.)* — Solvantur nobili Andree Guati xv ff. quos ut juravit solvit pro sigillis et scriptura licterarum nundenarum. — *(Expeditum.)*

Tradite fuerunt binarum portarum Rodani et Corratierie claves Andree Britilion, patisserio, cum promissionibus etc.

De olivo et amidallis reponendis in ala, servetur mos anticus nulla- que fiat innovacio.

*(Duo detenti dicentes se esse 3 ordinis <sup>1</sup>.)* — Fuit conclusum duos detentos se dicentes de 3<sup>o</sup> ordine Sancti Francisci esse, eis injungendum ut vacuent et discedant a civitate infra xxiiij horas, non redituros infra tres annos sub pena juris.

Fuit post illis prout supra injunctum per prefatos dominos sindicos in loco assisie, presentibus P. Versonay, G. de Quarro, Johanne Maliardi, Ja. Paqueti, Jo. Grossi, etc.

*Martis xiiij februarii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Peyrolerii, de Planis, Jo. Nergaz, Versonay, Quarro, Castronovo, Paqueti, Bueti, Grossi, Pecolat, Sancto Michaele, Orsieres, Charbonerii, Vaudo, Ponte, Fernay, de Borjali, Bezansonus, Prepositi, de Liga.

P. Ruphi alias Chambe promisit stare ordinacioni dominorum sindicorum et consilii, auditis deputandis.

*(Procuracio.)* — Colleta, relicta Glaudii Voen alias Chamberelli, constituit procuratorem suum Hugoninum Vindreti, presentem, ad exigendum etc., qui promisit bonum computum de exigendis reddere et de exactis dominis sindicis qui fuerint pro tempore satisfacere etc.

*(Vindreti.)* — Prefati domini sindici sindicario nomine promiserunt servare indempnem Hugoninum Vindreti, presentem, a fidejussione per eum prestita pro dicta Colleta coram magnifico consilio ducali juxta formam auctenticam. Que supplicacio etc., lata sententia contra dominum Petre etc. Presentibus quibus supra, Gebenn. in aula consilii.

*(Preco.)* — Quia Anthonius, vigil, paratum se obtulit daturum viginti ff. p. p. de crida, fuit deliberatum quod modernus preco cunctis aliis anteferatur et majori precio, actentis beneserviciis.

*(Guati mandatum.)* — Dantur nobili Andree Guati, pro ejus pena et labore ultramontes pro obtinendis licteris in favorem nundenarum quas et obtinuit, triginta floreni p. p. qui mandantur sibi solvi per receptorem. — *(Expeditum.)*

<sup>1</sup> Marginal, peut-être postérieur.

(*Scola.*) — Modus ambulatorii super prima trabatura scole committitur Ja. Paqueti et G. de Crosa.

(*De dono domini remittitur.*) — De dono domini ducis de proximo venturi, fiat congregata majore numero etc.

(*Forrerii.*) — Eliguntur forrerii H. de Bolo et Fran. Taluchet.

(*De primo dono.*) — Alias fuit ordinatum de dono fiendo i. domino nostro duci Philiberto, et ita fiat: unus carateri malvatici, unus alterius ypocratis, due duodene facium et due duodene alabostrorum dragie ij librarum.

(103) *Jovis xv februarii.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, P. Levryer, Peyrolerii, Versonay, Jo. de Fernay, Bezansonus, Quarro, de Castronovo, Paquet, Grossi, H. de Nanto, Pecolat, Charbonerii, Planis, Nergaz, Mi. de Liga, Sancto Michaeli, (Nergaz), Bueti, G. de Vaudo; — Jo. Lupi, Yvonet, Hudriod, Thoreni, Biolesii, Ay. de Bosco, Ja. Nepotis.

Quia plures numero auquitonos unius librate ut vadant oviam sponse nove Petri Corne, visum est non esse fiendum, actento proximo adventu i. d. nostri ducis, cui impendant honorem pre cunctis aliis.

*Eadem in die post prandium.* — Quatuor syndici; — Jo. Nergaz, de Quarro, Maliardi, Jo. de Pemes, de Ponte, Jo. de Fernay, de Castronovo, Jo. Grossi, G. Curt, H. de Nanto, P. Charbonerii; — Rod. magister monetarum, Michael Nergaz, Glaud. Thoreni, Perrinus de Mara, A. Banosii sutor, G. de Bolo, A. Versonay, Anz Hugonis, (G. Curt,) Ja. Nepotis, H. Grueti, Hector Rages, Yvonet, Hudriodus Ferrati, A. Milanisii, Ny. Gentilis, Fran. Biolesii, Arnoletus de Genesta, Jo. Nycodi, P. Laurencii, Ray. Mestroti, Bastizardus, Nycodus de Bosco, Berthodi.

Super expensis fiendis occasione personagiorum et rerum jocundarum fiendarum de proximo pro adventu domini ducis, nobilis Johannes Curti providebit et solvet. Et ita idem ipse ibidem convenit. Quem prefati domini syndici sindicario nomine ob hoc indempnem servare promiserunt et convenerunt.

De auquitonis defferendis per nonnullos in adventu sponse Petri

Corne, fiat consultacio cum domino vicario de Malvanda, et remittitur conclusio ad cras in consilio ordinario.

*Die Veneris xvj februarii.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Peyrolerii, Nergaz, Quarro, de Castronovo, A. Pecolat, H. de Nanto, Michael de Liga, Jo. de Pemes, Maliardi, Vaudo, Charbonerii, Ponte, Paquet, Fernay.

Delate fuerunt bine lictere, una illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis, et alia i. domini bastardi de Sabaudia, per dominum Suyriaci, tang[ent]es proximum felicem adventum ipsius domini nostri ducis.

Nobilis Andreas Guat poterit accedere oviam domino ut melius sciamus quid acturi, nichil poliendo nec loquendo de donis.

(*D[omus] Dominici de Viriaco.*) — Fuit facta relacio de domo domini Dominici de Viriaco per operarios, presente Cergat, commissario domini Grangiarum, non consenciente sed protestante etc. Qui domini syndici, unacum dominis olim sindicis Percivallo Peyrolerii et Johanne Nergaz, pronunciaverunt et ordinauerunt ut in dicta relacione continetur.

Non defferantur auquitoni in adventu sponse Petri Corne. Et protestantur domini syndici in personas Michaelis Nergaz et Anthonii Versonay cavere quo quicquam sinistri contingeret ob hoc etc.

Fran. de Leamont ordinatur sub stipendiis solitis ad ejiciendum quinquos. Et fiant cride etc., et juret etc., per eum ordinandis duobus qui sibi videbuntur, sub consimilibus stipendiis alias ordinatis.

Item, fuit creatus forreriarius cum Hugonino de Bolo, pro adventu domini...<sup>1</sup>

Elegit idem Fran. de Leamont, ejus relatu, qui sibi auxilio sint et pareant, Michael Lyonardi et Mermetus Gringaudi.

(104) *Lune xix februarii.* — Quatuor syndici; — d. de Veyriaco, Braseti, Peyrolerii, Versonay, Quarro, Castronovo, Paqueti, Bueti, Grossi, Orsieres, Maliardi, Charbonerii, Bezansonus, Fernay, Vaudo, Pemes, H. Nanto.

Fiat momeria p(er)acto condecienti expensarum cum sociis.

Fiant cride super victualibus.

Le nom manque.



*Martis xxma februarii.* — Gavid, Guat, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Quarro, Castronovo, Paquet, Braseti, M. de Liga, Bueti, Pecolat, Grossi, H. Nanto, Peyrolerii, Prepositi, Sancto Michaelae, Maliardi, Girardus de Vaudo, Ponte, P. Levryer, Jo. de Pemes, Bezansonus, Borjali, Fernay, Jo. Nergaz, P. Corne.

Deputetur unus super habilimentis mulierum.

Scribatur i. domino Bastardo ut adventus prolongetur usque Jovis proximam in octo.

Fiat momeria.

Nobilis Petrus de Versonay assumit onus fieri faciendi momeriam, mediantibus quinquaginta ff. p. p. et sex facibus.

*Mercuri xxj februarii.* — Gavid, Guat, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, P. Levryer, Versonay, Paquet, Grossi, Planis, Peyrolerii, Quarro, Paqueti, Maliardi, Orsieres, Pecolat, G. de Vaudo, de Ponte, P. Corne, Bueti, Jo. de Fernay, Prepositi.

Faciant presentationem domini cum thesaurario et Michaelae de Liga, P. de Versonay et Peyrolerii.

Claudatur passagium Lacus prope scolam ne quisquam habeat facultatem introeundi.

Fuit recepta lictera i. domini bastardi de Sabaudia refferens illustrissimum dominum nostrum ducem intrare civitatem Dominica proxima etc.

Fiat crida ideò ut Sabbati proxima omnia sint preparata.

Teneatur crastina die consilium generale super donis etc.

(105) *Veneris xxiiij februarii.* — Guat, Lyonardi; — Versonay, Quarro, Nergaz, de Castronovo, Paqueti, Pecollat, Maliardi, Grossi, de Borjali, Jo. de Fernay, de Vaudo, Bezansonus, H. de Nanto, M. de Liga.

(*Mandatum.*) — Mandatur thesaurario quod solvat nobili Petro de Versonay seu intret de emolumentis alarum, pro momeria fienda in adventu proximo domini, videlicet quinquaginta florenos p. p.

Thesaurarius tradi faciat Petro Perrodi xij ulnas tele et x g. pro cordis et filo implicandis in felici proximo adventu domini.

(*Forrerii. De lectis recipiendis per forreros.*) — De lectis, forreriis ducalis

sub debita descriptione et Hugoninus de Bolo et Franciscus de Leamont, forrerii civitatis, se obligent eos restituere nomine tocius civitatis de restituendo. Quos absentes dicti domini sindici sindicario nomine indemnes servare promiserunt, juramentis prestitis.

Ponantur in turribus istoriarum banderie Sabaudie.

De Montagnie, fiat demonstracio domino vicario qui provideat.

Johannes Fontanelli, preco, habuit trompetam veterem.

*Die Veneris xxiiij februarii.* — Guat, Lyonardi, sindici; — Quarro, Versonay, Jo. Nergaz, de Castronovo, Paqueti, Pecolat, Maliardi, Grossi, Jo. de Fernay, de Borjali, G. de Vaudo, Bezansonus, H. de Nanto.

De lectis, forreriis promictat restituere. Et forrerii hujus civitatis eos recipiant nomine civitatis cum debito inventario, quo[s] hujus civitatis forreros absentes prefati domini sindici sindicario nomine indemnes servare promictunt etc.

Solvantur quinquaginta floreni nobili P. de Versonay qui onus faciendi momeriam coram domino assumpsit.

Tradantur per Perrotini xij ulne tele, x g. pro cordis.

*Martis penultima februarii Carnisprivii, illu. d. noster aplicuit.* — Gavid, Lyonardi; — Versonay, Peyrolerii, Quarro, Paquet, Grossi, Pecolat, Planis, Nergaz, H. de Nanto, Orsieres, Vaudo, Ponte, Bezansonus, Charbonerii, de Castronovo.

Fiant forciores excubie, duo pro dizena si opus sit.

(106) *Die Veneris 2 marcii.* — Quatuor sindici; — Braseti, Peyrolerii, Nergaz, Versonay, Quarro, Castronovo, Paquet, Grossi, Picolat, Orsieres, Maliardi, Charbonerii, Vaudo, Bezansonus, Fernay, M. de Liga.

(*Mandatum.*) — Fiat momeria fieri ordinata et adduntur x ff. pro caligis trium sociorum qui corizabunt. — (*Expeditum.*)

Super donis fiendis illu., congregetur consilium L.

Ordinantur visitatores piscium Anthonius Pecolat et Guillelmus Curt.

De subsidiis, de curia spirituali turbata et exequutionibus que fiunt

in locis de Cornavin et Pontis Areris, consilium habeant a domino vicario et consilio episcopali ut provisio obtineatur opportuna.

*Dominico quarta marcii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Peyrolerii, Quarro, de Castronovo, Versonay, Paqueti, de Planis, Grossi, de Sancto Michaele, Maliardi, Orsieres, de Vaudo, Bezansonus, Charbonerii, Jo. de Fernay, H. de Nanto.

De donis fiendis illu. domino nostro duci, domino bastardo de Sabaudia et domino episcopo Lausannensi, administratori, ut non impetamur ad solutionem subsidiorum etiam aliis que opus sunt civitati puta nundenarum, et ne turbetur curia spiritualis, et ne fiant exequutiones ducales in Ponte Areris et Cornavini, contra incolas hujus civitatis.

Et maxime ne impetamur occasione subsidiorum, commictendo jura civitatis pro parte civitatis dominis Andree de Malvanda et Amblardo Goyeti.

Policeatur primo et ante omnia ita videtur esse fiendum iij<sup>m</sup> ff. p. p., de quibus deducuntur iij<sup>c</sup> pro domino episcopo Lausannensi administratore. Congregetur propterea et evocetur cum consilio ordinario consilium Quinquaginta ut in rotulo, ad crastinam de mane.

*(Pro mimis.)* — Dentur mimis Lausanne, Thononii et domini Megeve pro singulo j ff., illis qui sunt de prope viij g. pro singulo, illis de civitate vj g.

*Die Martis vj marcii.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, de Planis, Jo. Nergaz, Percivallus Peyrolerii, Jo. de Fernay, Hugoninus de Ponte, A. Gervasii, Jo. Caudy, Hugo Bolardi, G. Baleti, Jo. Alexii carterius, Jo. de Palude, Jo. Bocardi, Anz Hugonis, Jo. Lupi, P. A. de Ripa, G. Bardini, P. Levrierii, G. de Quarro, P. Versonay, Prepositi, Bo. de Sancto Michaele, Bez. Dorerii, Martinus Belloti, H. de Fontana, Jo. Daguini, P. Falqueti, Baudichonus Barberii, Jo. Debit, Ja. Michaudi, Ste. Bonijohannis, Ny. Villaris, Mahuet, F. Porterii, P. Corne, de Castronovo, Paquet, Bueti, Grossi, Gabriele de Borjali, Abbas Sancti Gervasii, Hud. Ferrati, H. de Nanto, P. Prepositi, Pavisserius, G. Bessonet, Aymo Bessonet, P. Darloz, Ja. Minquent, Ja. de Muro, Monetis Thonaux, A. Pecolat, Perrinus de Mara, Maliardi, Char-

bonerii, Orsieres, Girardus de Vaudo, Dominicus Salati, Cado, P. Navis, Ja. Nepotis, Jo. Turci, Lud. Pertemps, P. Jo. Bruni, F. de Leamont, Ny. Gentilis, P. de Fernay, Oliverius Chapuisii.

(107) Quoniam nunc est agendum erga illustrissimum dominum nostrum ducem occasione subsidiorum ne obstantibus juribus civitatis ulterius impetatur ipsa civitas, nobilis Andreas Guati in presencia quorum supra, dominorum sindicorum, consiliariorum, civium et burgensium, dixit et asseruit vicibus reiteratis et se tantum scire quod si dentur eidem domino nostro, eciam illustri domino bastardo de Sabaudia, tres mille floreni p. p. nulla condicione adjecta, idem dominus Bastardus se facturum dixit quod commictetur duobus parte civitatis presentis et duobus parte ipsius domini non suspectis, qui jura visitabunt et decisionem super hac materia facient cum effectu infra paucos dies. Et ulterius dixit facturum, si opus sit, quod ad vitam prefati domini nostri ducis ad solutionem ipsorum subsidiorum non impetatur civitas, posito quod teneretur.

Hiis auditis per quos supra, dominos syndicos et ordinarium consilium et alios cives et burgenses supranominatos ibidem existentes evocatos, hiidem domini sindici, de consilio et assensu quorum supra, ordinarerunt dictos tres mille florenos, nulla condicione adjecta, prefatis dominis duci et Bastardo esse tradendos et elargiendos, incluso adventu jocundo ipsius domini nostri ducis. Et ulterius trecentum florenos re. domino episcopo Lausannensi administratori, qui in premissis sit civitati auxilio et favori, ut res deducatur effectui.

Et, pro premissa solutione fienda, imponatur iterum gabella super vino et sale ut alias, per duos annos proximos die finite moderne incohandos. — Nichil uberius comperierunt.

*Veneris ix marcii.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi, sindici; — d. Fran. de Veyriaco, P. Levryer, Versonay, de Castronovo, Quarro, Planis, Nergaz, Grossi, A. Pecolat, H. de Nanto, B. de Sancto Michaele, Orsieres, Jo. de Fernay, Maliardi, Vaudo, Charbonerii, Bezansonus, Ponte.

Dentur domino Bastardo sex faces, sex alabastra dragie ij librarum, tres quarteroni ypocratis et tres quarteroni malvatici.

Donatur unus florenus P. Chappuisii, vigili, et unus florenus quem debet pro resta ejus borgesie.



De doya de cujus imundiciis conqueritur nobilis Anthonius de Versonay, fiat crida.

(*Trompeta.*) — Detur per thesaurarium unus florenus trompete, pro servicio nuper per eum in adventu domini impenso.

De vigilibus qui petunt pro labore per eos impenso in adventu domini, nichil.

De heraldis et aliis servitoribus domini ducis qui petunt sibi largiri, nichil.

De forreriis civitatis, ad Martis.

*Martis xiiij marcii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Braseti, Levryer, Peyrolerii, Versonay, Quarro, Paquet, de Castronovo, Prepositi, Bueti, Grossi, Pecolat, H. Nanto, Planis, Nergaz, Sancto Michaelae, Orsieres, Maliardi, de Vaudo, de Ponte, Bezansonus, de Borjali, Fernay, Charbonerii.

(108) De excubiis et tuta custodia, claudantur porte civitatis hora octava excepto guincheto usque horam nonam, et tendantur cathene tunc prope portas.

Desinerii advisent subditos cujuslibet, et pro dizena in excubiis unus intersit.

(*Mandatum.*) — Solvantur Hugonino de Bolo et Francisco de Leamont, civibus, iij<sup>or</sup> ff. pro serviciis in forreria impensis et impendendis in deducionem. — (*Expeditum.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur Guillelmo Curt, Jacobo Nepotis, Johanni de Platea et Johanni Turci, civibus, pro singulo die quo vacaverunt circa ystorias adventus domini iij<sup>or</sup> g.

Accipiantur mutuo a nominandis iij<sup>m</sup> iij<sup>c</sup> ff. oblata domino duci, domino Bastardo et domino Lausannensi, quibus assignentur emolumenta gabelle moderne et postere.

(*Pro thesaurario.*) — Intrentur octo floreni thesaurario per eum librati dicto Rivoles, heraldo defferenti licteras dominicales concernentes subsidia, domini presidentis et magistrorum computorum.

Dentur clericis Richardi, ducalis secretarii, pro licteris per eos scriptis pro civitate, xij g.

Claudatur decenter locus scole ne aliqui habeant facultatem intrandi.

Opus est ut ille cui expeditur gabella illius firmam incontinenti persolvat, ut de tribus mille ff. fiat satisfacio illustri domino bastardo de Sabaudia.

*Die Veneris xvj marcii.* — Gavid, Lyonardi; — Levrierii, Peyrolerii, Versonay, Quarro, de Castronovo, Grossi, Nergaz, de Sancto Michaelae, Maliardi, de Vaudo, Paquet, Jo. de Fernay, Bezansonus.

Dantur clerico de Crosa, pro licteris extraordinariis pretexto ystoriarum adventus domini etc., vj g.

(*Paqueti mandatum.*) — Pro beneserviis per Jacobum Paqueti impensis plerisque annis lapsis, conceduntur eidem xvj ff. super duobus burgensibus per eum reperiendis. — (*L. est.*)

(*Licie.*) — Licie pro nunc fiant sumptibus civitatis, precavendo et demonstrando ne ulterius fiat.

(*Mandatum.*) — Solvantur personis, causis in rotulis, occasione ystoriarum adventus domini, que in eis continentur, dummodo rotuli sint visitati per Paqueti.

Stopentur loca prope scolam quercubus ne introeatur.

(*Gabella.*) — Opus est, pro solucione fienda de iij<sup>m</sup> ff. domino Bastardo, quod gabella solvatur incontinenti.

*Martis xx<sup>a</sup> marcii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Braseti, Peyrolerii, de Castronovo, de Quarro, Bueti, Pecolati, H. Nanto, Planis, B. de Sancto Michaelae, Maliardi, Ponte, Fernay, Nergaz, Vaudo, Bezansonus.

(*Firma cride.*) — Johannes Fontanelli fuit confirmatus et de novo creatus prece per tres annos proxima decima tertia hujus incohatos, sub firma cujuslibet anni sexdecim florenorum p. p. per eum solvendorum, medietas in principio anni et residuum in fine cujuslibet. Presentibus quibus supra.

(109) Fiant omnia mandata super ystoriis jocundi adventus domini ducis signata per Pec[ol]at.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Johannis Paqueti, de Colungiis in terra Gaii, auriga, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Stephanus filius quondam Johannis Paqueti, de eodem, carpentator, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Fiat mandatum magistro scole super salario domus.

(*Mandatum.*) — Dantur vigilibus super uno burgensi per eos reperiendo, pro serviciis in adventu domini ducis, octo ff. p. p.

Visitent jura civitatis qui deputantur: re. domini Andreas de Malvanda et Amblardus Goyeti.

Proclametur gabella vini et salis ad iiiij<sup>m</sup> ff.

(*Subsidia.*) — De subsidiis, fiat instancia possibilis ut eligantur duo aut tres parte domini ducis et duo alii aut tres parte domini episcopi et civitatis, qui decisionem faciant insequendo dictum et relacionem domini sindici Guati, qui alias dixit dominum Bastardum id fieri factur[um] per dominum ducem. Qui Guat dixit et respondit dominum Bastardum sibi ita dixisse vicibus repetitis.

*Veneris xxiiij<sup>a</sup> marcii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi, sindici; — Versonay, Castronovo, A. Pecolat, Jo. Nergaz, de Quarro, B. de Sancto Michaelae, Maliardi, de Ponte, Bezansonus, de Vaudo.

Scribatur in favorem Fratrum Predicatorum ubi fuerit opportunum, et eis opportuni favores prebeantur<sup>1</sup>.

Nobilis P. de Versonay ex una, Yvonet Cotan, P. Ribot et Glaud. Bolet ex alia partiti, super eorum diferencia promiserunt stare ordinationi dominorum sindicorum et consilii.

(*Mandatum.*) — Solvatur pro magistro scole salarium domus ejusdem.

*Die Dominico xxv marcii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, G. de Quarro, de Castronovo, Bueti, Paqueti, Grossi, Nergaz, Orsieres, Vaudo, de Ponte, de Borjali, Planis, Bezansonus, Peyrolerii, Versonay.

(*Subsidia.*) — Prefati domini sindici dixerunt et retulerunt illustrem dominum bastardum de Sabaudia dixisse esse bonum super sedanda diferencia subsidiorum, ut unus vel duo docti mictantur quamtocius commode fieri poterit ad cameram computorum ubi videatur peticio ducalis. Et ita videtur esse mictendos d. Amblardum Goieti et Jo. de Planis, qui defferant transumpta jurium civitatis.

(110) *Martis xxvij marcii.* — Quatuor sindici; — P. Levrierii, Pey-

<sup>1</sup> Voir quatre lettres du Conseil, datées du 22 mars et relatives à cette affaire (originaux scellés, non expédiés), Arch. de Genève, P. H., n° 805.

rolerii, de Quarro, Castronovo, de Borjali, A. Pecolat, Bueti, Grossi, H. Nanto, Paqueti, de Planis, Nergaz, B. de Sancto Michaelae, Maliardi, Fernay, Orsieres, de Vaudo, de Ponte, Bezansonus.

(*Burgensis.*) — Petrus filius Johannis Chevancie junior, barbitonsor, parrochie Sancti Victoris, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Franciscus Fongellaz alias Quiblar, parrochie Sancte Crucis, oriundus de Parvo Bornando, fuit creatus burgensis medianibus octo florenis.

(*Gabella.*) — Cridetur gabella ad iiiij<sup>m</sup> ff. nec tradatur nisi solutione fienda incontinenti.

(*Augustini.*) — Fratres conventus Augustinorum petunt sibi elargiri plateam pro una capella fienda ut affectant i. dominus noster dux et dominus bastardus de Sabaudia. Visitetur locus et refferatur.

De liciis.

De fusta, Bessonet retineatur si opus sit.

(*Mandatum.*) — Tradantur triginta floreni d. Amblardo Goieti et Johanni de Planis pro eorum expensis, qui mictuntur Chamberiaci pro subsidiis, in manibus de Planis.

|| (*Perneti Joly.*) — Comparuit Pernetus Joly. Dat licteras quas petit observari, parati obedire. Et decernetur lictera citatoria. ||

*Die Veneris penultima marcii.* — Sindici; — Planis, d. F. de Veyriaco, G. de Quarro, Grossi, Nergaz, Jo. Maliardi, de Vaudo, B. Dorerii, de Borjali, Peyrolerii, Paqueti, de Castronovo, H. de Nanto, Jo. de Fernay.

Solvantur F. de Leamont contenta in rotulo.

(*De Bolo.*) — Hugoninus de Bolo habuit una[m] culcitram communis.

|| (*Peroneti Joly.* — *In causa.*) — Peronetus Joly cum Novelli dat licteras quas petit confirmari, et Ste. Pecolati comparet dicens constitui; idem Joly in causa deffensionum etc. ||

Pro fustella, visitetur locus per Jo. Magnini.

(*De subsidiis.*) — Pro subsidiis, accedant apud Chamberiacum d. Amblardus Goyeti et Jo. de Planis, quibus tradantur xl ff.

Pro Hugonino Balardi et Henrico Pollerii, ipsis presentibus, committitur terminacio Johanni Magnini et Johanni Chavanelli qui refferant.



Solvantur B. de Crosa iiiij<sup>or</sup> g. pro copia licterarum subsidiorum.

(*Gabella.*) — Proclametur iterum gabella vini et salis que Martis proxima expediatur.

(111) *Martis tercia aprilis.* — Quatuor syndici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Quarro, de Castronovo, Jo. Nergaz, Jo. Grossi, B. de Sancto Michaele, Orsieres, Jo. Maliardi, de Vaudo, Ponte, Bezansonus, Fernay, Peyrolerii.

(*Burgensis.*) — Heustacius Vincencii, de Contamina citra Aulam Novam, serralionus, parrochie Sancti Victoris, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Matellinus Gatepey, de Leluiset, serralionus, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Jacobus Mestralleti, tissotus, oriundus de Filingie, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus Boverat, draperius, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus Pensie, oriundus d'Andillie, mercerius, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus Mauricii, Tharentasiensis, mercerius, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes Grenaz, de Bellovidere in Bellovicini, tonsor et mercerius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes filius Terrici de Bronye, mandamenti Ruppis, borserius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

|| (*Veneris.*) — In causa Peroneti Joly contra fiscum, comparuit Ste. Pecolati, locumtenens, dat articulos; et Joly cum Novelli comparendum et respondendum paratus. ||

Scribatur domino Anthonio canonico Varambonis pro bonis Aquine habendis.

Fiant cride ne ullus vendat nec emat bladum nisi in plateis illud vendi solitis.

Fiat crida de gabella que expediatur quamtocius commode fieri poterit. Et non nisi in pecuniis tradendis incontinenti.

Intrentur thesaurario contenta in rotulo visitato. — (*Levatum est.*)

*Die Mercuri quarta aprilis in claustro Sancti Petri, pro expediendo gabellas.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Jo. Grossi, de Borjali, de Quarro, Navis, A. Milanerii, Jo. de Fernay, Novelli, Jo. Maliardi, de Vaudo, Jo. Nergaz, de Ponte, Jo. Lupi, A. Pecolati, Jo. Turci, de Castronovo, Ja. Nepotis, P. Boconis, Ja. Paqueti, Ny. Janini, Michaletus Albi.

(*Relacio.*) — Jo. Fontanelli, preco, reffert quod nobilis Petrus de Versonay, ibidem presens, posuerat gabellas dixitque sibi heri quod eas clamaret ad iiiij<sup>m</sup> et v<sup>c</sup> ff. Qui Versonay dixit et respondit: « *C'est trop demora. Que ne crietoz ad iiiij<sup>m</sup> et v<sup>c</sup>.* » Non tamen ei dixit quod illas clamaret sui parte. Et paulo post, proclamato per eundem preconem ante domum Paqueti, dixit idem Versonay dicto preconem: « *Tu es bien fol. Je ne les ay pas mis.* » Auditus hiis per dominos syndicos, remiserrunt expeditionem fiendam ad diem crastinam et dixerunt consilium esse tenendum de mane.

(112) *Die Jovis v aprilis.* — Quatuor syndici; — d. Fran. de Veyriaco, Braseti, Peyrolerii, de Quarro, Charbonerii, de Castronovo, A. Picolat, Grossi, B. de Sancto Michaele, Maliardi, Johannes Nergaz, Hug. de Ponte, Bez. Dorerii, Jo. de Fernay, P. de Versonay, Ja. Paqueti.

Super eo quod preco retulit et reffert nobilem Petrum de Versonay sibi dixisset ut clamaret gabellas ad iiiij<sup>m</sup> et v<sup>c</sup> ff.

Domini syndici coram nobili Ste. Pecolati, locumtenente, producerunt absente Versonay Johannem de Soex qui mediante juramento dicit quod preco ante domum Paqueti [clamavit] ad iiiij<sup>m</sup> et ij<sup>c</sup> ff. Hoc facto, eo transeunte ante ejusdem Johannis banchum, dixit idem Versonay eidem preconem: « *Tu la ja prou cria à ij<sup>c</sup>, crie la à v<sup>c</sup>.* » Quod et fecit idem preco ante domum Paqueti. Hoc audito, idem Versonay dixit dicto preconem: « *Je croy que tu la cria à v<sup>c</sup>. Pour quo la tu cria, dit.* » Cui respondit: « *Pour ce que vous le m'avés dit.* » (Absente Versonay.)

Concluditur quod proclametur ad iiiij<sup>m</sup> et v<sup>c</sup>. Et si plus non reperia-tur, cogatur Versonay ad eas acceptandas et recipiendas pro ipsis iiiij<sup>m</sup> et v<sup>c</sup> ff., tribus vero milibus ff. et ij<sup>c</sup> ff. in contentis et residuum per terminos solitos.

Emissis votis per supranominatos dominos syndicos et consiliaros, nemine discrepante concluditur quod Manteller, Alamanus, qui morti

dedit Georgium<sup>1</sup> Alamanum, in domo Anz Hugonis, die Martis nuper lapsa, percussus gladio per ipsum Mateller et hodie mortuum, existens idem Mateller in franchesiis Fratrum Minorum ab eis eiciatur per nobilem Stephanum Pecolati, locumtenentem domini vice-dompni, ibidem presentem, et ducatur ad carceres Insule pro justicia de eo ministranda, requirentes idem domini sindici eundem locumtenentem, quem fortem facient si opus. Qui locumtenens paratum se obtulit id facere.

*Die Jovis v aprilis in claustro Sancti Petri.* — Quatuor sindici; — Maliardi, H. de Nanto, P. Navis, Jo. de Fernay, Guigo Prepositi, Paqueti, Hugoninus de Ponte, Jo. de Planis, Jo. Grossi, Hug. de Bolo, Braseti, Jo. Galiarti, Baud. Barberii, P. Versonay, Bez. Dorerii, Glaud. de Castronovo, Peyrolerii, Bueti, de Borjali, A. Picolat, G. Baleti, Jo. Nergaz, Jo. Marlii, Odeto Paqueti, Jo. Blonay, Vuydat tonsor.

Retulit preco quod nobilis Petrus de Versonay sibi dixit ut clamaret gabellas ad *iiij<sup>m</sup>* et *v<sup>c</sup>* ff. et ad tantum illas clamavit; qui si non dixisset, non clamasset. Interrogavitque ipsum ad quod clamabat gabellas. Qui respondit: *à iiij<sup>m</sup> et ij<sup>c</sup>*. Cui idem nobilis Petrus dixit quod clamaret ad *iiij<sup>m</sup>* et *v<sup>c</sup>*, quod et fecit.

Et per prius quadam die sibi dixerat idem Petrus quod oportebat esse in pecuniis paratis. Qui nobilis Petrus respondit in premissis ita non esse.

*(Versonay.)* — Proclamatibus relatis per dictum preconem, gabellam ad *iiij<sup>m</sup>* et *v<sup>c</sup>*, *iiij<sup>m</sup>* et *iiij<sup>c</sup>* in numeratis et promptu, residuum terminis solitis. Quia nullus compertus est qui quicquam ultra dictos *iiij<sup>m</sup>* et *v<sup>c</sup>* daturum se obtulerit nec reperitur, (illas) hiidem domini sindici paratos se obtulerunt illas pro *iiij<sup>m</sup>* et *v<sup>c</sup>*: *iiij<sup>m</sup>* et *iiij<sup>c</sup>* in pecuniis promptis et residuum terminis solitis, nobili Petro de Versonay, ibidem presenti, tradere et expedire. Qui illas acceptare noluit nec recipere, sed totaliter renuit.

*(113) Veneris vj aprilis.* — Quatuor sindici; — Planis, Castronovo, Grossi, Nergaz, Paqueti, Maliardi, Vaudo, Charbonerii, d. Fran. de

<sup>1</sup> Nóm en blanc.

Veyriaco, Bez. Dorerii, A. Pecolat, de Quarro, B. de Sancto Michaeli, Peyrolerii, H. de Nanto, Jo. de Fernay, Versonay.

*(Burgensis.)* — Franciscus Perrussin, de Magno Bornando, grinaterius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*(Burgensis.)* — Raymondus Thoreni, de Dovenno, nauta, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*(Cabaretus.)* — Cabaretus subtus Alam fuit accensatus Colete, uxori Jacobi Sadoz, presenti, etc., per tres annos inceptos die<sup>1</sup> sub firma cujuslibet anni xxviiij g. solvendorum ut moris est.

Tradantur Anthonio Rolandi et Richardo Bienvenu, cuilibet duo ff., pro visitacione Georgii morti dati per Anz Meteler.

*(Subsidiorum.)* — Re. dominus Amblardus Goieti et Johannes de Planis retulerunt que per eos gesta sunt in camera' computorum super facto subsidiorum illuc missorum parte civitatis.

Cui domino Amblardo ob hoc solvantur *xxii* ff. p. p.

|| *(Juramentum.)* — In causa Peroneti Joly contra fiscum, comparuit Ste. Pecolat, locumtenens, responderi articulis, et idem Joly respondet admissis negatis pu... et asserit. ||

*(Gabella.)* — Fuit conclusum, absente dicto Versonay, quod compellatur ad acceptandum gabellam et solvendum *iiij<sup>m</sup>* et *v<sup>c</sup>* ff.: incontinenti *iiij<sup>m</sup>* et *iiij<sup>c</sup>*, residuum terminis.

Solvantur vigilibus *ij* ff., unus pro uno adventu domini et alius pro Carnisprivio.

*Eadem die Veneris vj aprilis.* — Quatuor sindici; — de Planis, d. Fran. de Veyriaco, P. de Versonay, Girardus de Vaudo, Jo. de Fernay, Henricus de Nanto, Jo. de Pemes, Jo. Nergaz, Jo. Colombi, Jo. Gotrosii, Andreas Jordani, Jo. Bocardi, Colinus Everbaux, B. de Sancto Michaeli, Jo. Maliardi, de Quarro, Percivallus Peyrolerii, Paquet, Jo. Lupi, P. Falqueti, Jo. Quarterii, Johannes Turci, Andreas Chabodi, Ste. Arnaudi, Mar. Belloti, Hugon. de Bolo, P. Franczonis, A. Milanessii, Hud. Ferrati, Fran. de Leamont, Jo. de Palude, Do. Salati, Guichardus Bienvenu, Jo. Amyaux, P. Bovardi, Jo. Alexii, Arnaudus de Gousie,

<sup>1</sup> En blanc.



Jo. Veluti, Hen. de Fontaneis, Jo. Bufflet, Pensabin, Jo. Quoqueti, Ja. Nepotis, Michael de Cabulo, Perrinus de Mara, Jo. Migardi, Tho. Toreni, Lud. de Becio, Baud. Barberii, Mar. Balli, Jo. Marchiandi, Jo. Grasserii.

Fuit hic coram quibus supra alloquutum de gabella, videlicet preconem retulisse nobilem P. de Versonay sibi dixisse quod clamaret gabellam ad  $iii^m$  et  $v^c$ , quod et fecit.

Idem nobilis Petrus dicit quod non clamavit in numeratis seu incontinenti, non habens ad presens unde solvere  $iii^m$  et  $v^c$  ff. incontinenti nisi  $m$  et  $v^c$  ff, paratum se offerens stare summarie ordinacioni domini vicarii, nec sibi videtur fefelisse, auditis audiendis et informato de rei veritate.

Et idem preco reffert ut alias et Jo. Amyaux, quarterium, sibi dixisse ut clamaret  $iii^m$   $ij^c$ , mille incontinenti.

Quia opus est sine dilacione et mora tradere illustri domino bastardo de Sabaudia  $ii^m$  ff. et domino Lausannensi  $ii^c$  ff., ut, ejusdem domini Bastardi auxillio et favori, finis apponatur in subsidiis quibus impetitur civitas, incluso in ipsis  $ii^m$  ff. dono jocundi adventus illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis, quod donum, ut dicitur, eidem domino Bastardo donavit, — proclamatur ad  $iii^m$  et plus offerenti expediantur, residuum, videlicet  $v^c$  ff., suppleat nobilis Petrus de Versonay.

(114) (*Gabelle.*) — Deinde, absente dicto Versonay qui ante conclusum se retraxit, fuit conclusum per quos supra, nemine discrepante, ne deterius contingat, quod iterum proclametur gabella ad  $iii^m$  ff. Et si quid ultra ipsos desit de  $v^c$  ff., compellatur Versonay ad supplendum et solvendum id quod deerit. Puta si quis se offerat daturum in numeratis infra biduum sive triduum  $iii^m$  ff. et  $ij^c$ , videlicet  $ii^m$  et  $ii^c$  incontinenti et residuum terminis solitis, solvat residuum idem Versonay, videlicet  $ii^c$  ff., ut fiat satisfacio omni mora postposita domino Bastardo  $ii^m$  ff.

*Sabbati vij aprilis.* — (*Expedicio gabelle.*) — Quatuor sindici; — P. de Versonay, Percivallus Peyrolerii, Maliardi, A. Pecolat, Ste. Pecolat, Bez. Dorerii, Jo. de Fernay, P. Navis, P. Charbonerii, Girardus de Vaudo, H. de Nanto, P. Boconis, Jo. Amiaux quarterius, Ja. Paqueti, Hugoninus de Bolo, Jo. Petri alias Veluti, Andreas Mugnerii.

(*Protestacio.*) — Nobilis Petrus de Versonay protestatur.

(*Alibi est.*) — Anno Domini  $m^o$   $iiij^c$   $lxxxxviii$ , indicione prima et die Sabbati vij aprilis, presentibus quibus supra, in claustro Sancti Petri, ad sonum grosse campane ut moris est, honorabiles viri Glaudius Gavid, Hugoninus Consilii, Andreas Guati et Anthonius Lyonardi, sindici civitatis Gebenn. et sindicario nomine, factis debitis cridis, expediverunt honorabili viro Johanni Maliardi, burgensi et mercatori Gebenn., presenti etc., pro se et suis stipulanti etc., videlicet gabellam vini et salis marini, ad rationem duorum grossorum monete pro singulo sextario seu unius denarii pro singulo quarterono vini quod venale exponetur, et duorum quartorum monete pro singulo lanerio salis et sale quod introibit franchisesias hujus civitatis. Ita et taliter quod duo quarti pro singulo lanerio salis, eciam sale impresenciarum in hac civitate et franchisesiis ejusdem existente, exigi possint et eidem Johanni exigere licitum sit ad rationem qua supra. Nec exigere debeat idem Johannes de vino adducendo in portu Lacus ibidem, nisi post venale exponatur, quo casu exigere possit de eo ad rationem qua supra. Et hoc per duos annos proximos die finiendi termini moderne gabelle tradite Anthonio Pecolat  $xxv$  aprilis anni nuper lapsi, instrumento per me recepto, et  $xxvij$  hujus incohandos, et simili die ipsis annis prius revolutis finiendos, sub firma quater millium et ducentum florenorum p. p., per eum solvendorum: die crastina tres mille et tercentum florenos p. p., residuum vero terminis solitis, quatuor terminis, in proximis nundenis augusti incohandis dictorum duorum annorum proporcionando et subsequenter in quibuslibet nundenis dictorum duorum annorum in hac civitate tenendarum, usque ad plenam solucionem dicte reste, unacum dampnis etc. Submictentes se dicte partes etc.; promictentes, videlicet idem Maliardi pro se et suis etc., solvere in manibus receptoris presentis et qui pro tempore fuerit presentis civitatis, et dicti sindici sindicario nomine manutenere tempore predicto etc. Et ita fuit dicta gabella expedita dicto Maliardi, presenti et stipulanti, meque notario stipulante ad opus quorum interest et intererit; renunciantes etc. Actum ubi supra, presentibus Michaele Lyonardi, Hugonino de Bolo, civibus Gebenn., et qui supra.

(115) *Die Martis x aprilis.* — Gavid, Guat, Lyonardi; — d. Fran.



de Veyriaco, Levrierii, Braseti, Peyrolerii, de Quarro, de Castronovo, Bueti, Pecolati, Grossi, Planis, Nergaz, Sancto Michaele, Maliardi, H. de Nanto, Girardus de Vaudo, Ponte, Bez. Dorerii, Jo. de Fernay, de Borjali.

De dyamante de quo petit sibi satisfieri Anthonius de Versonay, donato domino per d. de Saxo in adventu i. domini, nichil esse solvendum per communitatem ordinatur.

De veste alba quam tulit nobilis uxor nobilis Andree Guati in mormeria facta coram domino, solvat Petrus de Versonay, cui incumbit.

(Mandatum.) — Fiat mandatum magistro Stephano Chapuisii super rotulo. — (L. est.)

Anno Domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxxviiij, indicione prima et die decima aprilis, nobilis Johannes Turci, receptor generalis communis civitatis Gebenn., confitetur habuisse ab honorabilibus viris Johanne Maliardi, burgense et mercatore Gebenn., presente, et Martino Belloti, apothecario, burgense Gebenn., absente, etc., videlicet tres mille et tercentum florenos p. p., in deducionem quater mille et ducentum florenorum p. p., occasione et ad causam gabellarum salis et vini noviter impositarum et dicto Maliardi expeditarum die Sabbati novissime lapsa vij hujus per duos annos proximis mediantibus dictis iiij<sup>m</sup> et ducentum florenis. — De quibus tribus milibus et tercentum florenis dictos Maliardi et Belloti quictat, cum promissionibus, renunciacionibus et ceteris clausulis opportunis. Actum in aula consilii, presentibus quibus supra sindicis et consiliariis. — (Alibi est.) De Crosa.

(Pro thesaurario.) — Intrentur dicto receptori Johanni Turci dicti iiij<sup>m</sup> et iiij<sup>c</sup> floreni per eum libratos: illustri domino bastardo de Sabaudia iiij<sup>m</sup>, et iiij<sup>c</sup> domino Lausannensi solvendi, et quos iiij<sup>m</sup> libravit in presencia ipsorum sindicorum.

(Versonay.) — Et compellatur nobilis Petrus de Versonay ad solvendum iiij<sup>c</sup> ff. restantes etc.

Nichil solvatur officiariis super bonis Anz Metaller donec venerint ejus heredes, et restituant barbitonsori quatuor ff. quos habuit.

Taxatur per egregios Anthonium Lyonardi, Petrum Levrierii et Guillelmum de Quarro inventarium bonorum Anz Meteller ad tres florenos p. p.

Solvatur unus testonus d. F. de Veyriaco pro duobus consiliis contra Anz Meteller.

Fuit expositum sicut bona omnia existencia in domo habitacionis Anz Meteller, ultimo supplicio die Sabbati novissime lapsa dati<sup>1</sup>, fuerunt inventarizata, extimata et per dominos syndicos Hugoninum Consilii et Anthonium Lyonardi in custodiam tradita Petro Magnini, burgensi Sancti Gervasii et hospiti Cacabi; quod prefati domini syndici et consiliarii tanquam bene gestum ratum habuerunt.

(Burgensis.) — Georgius Burdeti, de Sancto Martino de Fraxino, mirolerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

Anneli Ris que erat concubina Anz Meteller, ultimo supplicio dati, proposuit sicut bona existencia in domo quam inhabitabat inventarizata ad eam pertinent, ut confessus est in presencia fide dignorum, que petit sibi expediri. Super quo fuit ordinatum ut examinentur testes etc.

(116) Martis xvij aprilis. — Hugoninus Consilii, Lyonardi; — de Quarro, Paqueti, de Vaudo, H. de Nanto, Nergaz, Bueti, de Borjali, de Planis, Maliardi, B. de Sancto Michaele, Grossi, Bezansonus, Jo. de Fernay, (Nergaz,) de Liga, de Castronovo, A. Pecolat.

(Predicator.) — Intrentur in librata thesaurarii xx testoni quos tradidit predicatori Kadragesime.

Item, unus testonus quem tradidit dicte Aquine.

(Subsidia.) — Super facto subsidiorum, domini syndici instent erga dominum et ubi videbitur ut res suum sorciatur effectum, refferentes alloquutos fuisse d. ducem et Bastardum. Et eliguntur parte civitatis domini Andreas de Malvanda et Amblardus Goieti.

De quoquinis et infectis gorre fiat crida.

(Mandatum.) — Solvantur egregio Johanni de Planis contenta in rotulo. — (L. est.)

Die Veneris xx aprilis. — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, G. de Quarro, A. Pecolat, Girardus de Vaudo, Jo. Maliardi, Jo. Nergaz, P. Versonay, Planis, B. de Sancto Michaele, Glaud. de Castronovo.

(Burgensis.) — Robertus Juvenis, de Insula in Flandria, mercator joellerius, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(Subsidia.) — Solvatur unus ff. du tret Machardi, secretario, pro certis

<sup>1</sup> Arch. de Genève, Procès criminels, II<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 68.



licteris subsidia concernentibus<sup>1</sup> quas tulit magistris computorum Johannes de Torna, cui traditi fuerunt tres ff. p. p. — (*Per thesaurarium intrentur.*)

Solvantur v g. A. de Versonay, quos libravit in adventu domini : pro foliis stantibus x quartos, et residuum affanatoribus.

Fiant demonstrationes domino vicedompno Gebenn. ut non admittatur ad ejus locumtenentem Humbertus Boverii.

Domini sindici conqueruntur et faciunt instanciam contra illum qui fecit terrale citra et prope Arerim in prejudicium communis.

*Martis xxiii<sup>ta</sup> aprilis.* — Quatuor sindici; — d. Fran. de Veyriaco, de Planis, de Quarro, Vaudo, Charbonerii, Nergaz, Maliardi, Ponte, de Liga, Bezansonus, de Borjali, Bueti, Grossi, Pecolati, Sancto Michaelae, Versonay, H. de Nanto, Fernay, de Castronovo.

|| (*Juramentum P. Charbonerii.*) — Honorabilis vir Petrus Charbonerii, locumtenens vicedompni Gebenn., solitum prestitit juramentum. ||

(117) Fiant demonstrationes illustri domino bastardo de Sabaudia super victualibus ne leventur. Eciam de macellariis etc.

Fiat banchus prout decet ante hospitale Festi Dei.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Johanni Nergaz...

De doya de qua conqueri velle videtur Jeronimus Chamois, provideatur.

Venerabiles patres custodie et gardianus Fratrum Minorum obtulerunt supplicacionem. Remittitur ad Martis proximam.

(*Subsidia.*) — Refferunt domini sindici presentasse domino bastardo Sabaudie licteram delatam per Johannetum de Torna parte dominorum presidentis et magistrorum computorum ducalium, qui Chamberiaci ob hoc missus fuit.

(*Mandatum.*) — Ut egregius d. Conrardus colla[tera]lis faciat condecentem relacionem, tam racione juridicionis quam nundenarum, pro licteris opportunis obtinendis, dantur ei xx ff. qui mandantur solvi per thesaurarium. — (*Expeditum.*)

*Die Veneris xxvij aprilis.* — Quatuor sindici; — Quarro, Paqueti,

<sup>1</sup> Voir les lettres d'exemption du duc Philibert II, du 10 mars 1498, Arch. de Genève, P. H., n° 804.

Castronovo, Jo. Grossi, A. Pecolat, H. de Nanto, Maliardi, (H. de Nanto,) Girardus de Vaudo, de Planis, B. de Sancto Michaelae.

(*Juramentum P. Charbonerii.*) — Honorabilis vir Petrus Charbonerii, constitutus locumtenens d. vicedompni, juramentum solitum prestitit.

(*Meteller.*) — Fuit interrogata Annelit Ris, Alamana de Lucerna, an fuerit uxor Anz Meteller ultimo supplicio dati. Que respondit quod non, sed concubina.

(*Meteller.*) — Per eam fuerunt presentate certe lictere apperte per dominum vicarium, emanantes a dominis Lucerne, quibus visis et lectis illisque restitutis, fuit remissa ad dominum vicarium, super tradendis bonis dicti Meteller que petit eadem Anneli, qui provideat.

(*Mandatum Fratrum Minorum.*) — Herogantur Fratribus Minoribus in helemosinam, qui eorum capitulum provinciale celebrare de proximo ut eorum supplicacio tangit deliberaverunt, viginti floreni p. p. qui mandantur per thesaurarium persolvi.

De Stephano Chenevalis pretextu ejus domus, allocantur in ejus favorem domini sindici illustrem dominum Bastardum.

(*Subsidia.*) — De subsidiis eliguntur d. Ansermetus Velluti et Jo. Ludovici ad proponendum coram dominis eligendis jura civitatis, qui conferre habeant dominis Andree de Malvanda et A. Goieti electis.

Dantur taxatoribus bonorum An[z] Mateller cuilibet ij g.

De Hugonino de Bolo, nichil providetur.

Domini sindici instant contra illos qui ceperunt lapides meniorum diruptorum a parte Sancti Victoris.

Solvantur P. de Comba pro circulis x quarti.

Visitetur terrale prope Arerim.

*Martis prima maii.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — Levryer, Quarro, Castronovo, Bueti, Maliardi, Pecolat, de Vaudo, Ponte, Bezansonus, Jo. de Fernay, Versonay, Grossi, Planis, Paqueti, Prepositi, Sancto Michaelae.

De archeriiis, balisteriis et colovrinis requirentibus exempcionem, fiat matura deliberatio cum domino administratore episcopo Lausannense.

De Jeronimo Chamoex pro doya, committitur Paqueti et Johanni Nergaz qui loquantur eidem Chamoex pro pecuniis habendis.

(118) De passagio domus Regum et aliorum locorum, doyarum et

platearum, visitentur et fiant que incumbunt sumptibus unde exeunt imundicies et aque que causant querelam imundicie.

(*Fratrum Minorum.*) — Observetur conclusio ultimo facta de xx ff. herogandis ad subvencionem expensarum Fratrum Minorum in capitulo proximo provinciali. — Vide Veneris nuper lapsam.

*Veneris quarta maii.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — de Quarro, Nergaz, Maliardi, Vaudo, Planis, Jo. de Fernay, Tacon.

Egregius dominus Guilliodi fecit certas demonstrationes tangentes parvam carreriam sitam juxta domum ejusdem et Monytier, ibidem presentis, et innovaciones que, ut ad ejus devenit noticiam, parantur. Remictitur ad Martis proximam, paratum se offerens quod debebit; produxit instrumentum locati (?).

|| (*Fisci.*) — In causa fisci contra Peronetum Joly, comparuit nobilis Petrus Charbonerii, locumtenens; produxit processum et jus. Et delatus cum Novelli comparet et admicti ad deffensionem, et provideatur de advocatis et procuratoribus et constituat coram commissario, prefigendo terminum triginta dierum. ||

De oratorio seu parvo loco de Champel ut confiteantur forefactores quam nobilis Andreas Guati pro intuhitu facere disposuit, videtur esse bonum, actamen hoc proponatur coram domino episcopo Lausannensi, administratori.

Deoccupetur portus de magno nemore.

(*Balisterii.*) — Archerii, balisterii petentes se eximi, fiant demonstrationes illu. dominis Bastardo et episcopo Lausannensi ne eximantur ab omnibus, modo per eos petito.

*Dominico vjta maii.* — Gavid, Guat, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, de Castronovo, A. Pecolati, Bezansonus, P. Tacon, Orsieres, P. Corne, de Vaudo, Maliardi, Fernay, H. Nanto, Grossi, Pecolati, Quarro, Jo. de Planis, P. Levrierii.

(*Subsidia.*) — Super subsidiis, eligantur parte episcopali et civitatis duo aut tres, et parte domini ducis pariter, qui omnimodam habeant potestatem; alioquin procedatur via juridica. Parte civitatis, d. cantor et Goieti.

(*Festi.*) — De n. Ludovico Festi, qui petit dampnum in dirupcione

sue grangie et occasione sui verberis, civitas in nullo teneatur; cui si opus sit de justicia respondeatur.

(*Subsidia.*) — Nobilis Andreas Guati interrogatus dicit et confitetur alias dixisse se tantum scire a domino Bastardo quod super decisione subsidiorum eligentur duo parte civitatis et duo parte domini ducis. Item, quod licet teneretur civitas eo casu, ipsa non impeteretur civitas vita ipsius ducis durante.

*Lune viij [vij] maii.*

(*Subsidia.*) — In hospicio illustris domini bastardi de Sabaudia, domus n. Andree Festi, in camera aderant: idem dominus necnon re. dominus episcopus Lausannensis administrator, eciam re. domini Andreas de Malvanda cantor, Amblardus Goieti, dominus Dyvone presidens consilii ducalis, Bovardi presidens camere computorum, P. Mistralis ex magistris<sup>1</sup> [computorum,] de Chales senior, Jo. Vulliodi thesaurarius, domini P. de Capris advocatus fiscalis, Gladius Gavid syndicus, parte ducali organo d. presidentis computorum<sup>1</sup> de Capris advocati fiscalis.

(119) (Viennesi.)

(*Subsidia.*) — Die predicta hora vesperorum, in aula domus domini Mermeti Penneti, super subsidiis fuit tentum consilium in quo aderant: d. episcopus Lausannensis, presidentes domini(s) Dyvone et Bovardi, cantor, Goyeti, dominus de Chales, de Capris advocatus, Conrado collateralis, P. Mistralis ex magistris computorum, Gavid et Lyonardi consindicis. Parte episcopali exhibita fuerunt originalia jurium hujus civitatis manu d. Andree de Croseto, canonici, et dictum, ore domini cantoris, quod bonum est et equitati consonum videtur esse eligendos duos aut tres parte ducali et tantumdem parte episcopali et civitatis in loco eligendo.

*Die Martis viij maii.* — Gavid, Guat, Lyonardi, consindicis; — Planis, Sancto Michaeli, Versonay, Quarro, d. F. de Veyriaco, de Castronovo, Nergaz, Maliardi, Vaudo, de Ponte, Paqueti, Bezansonus, Tacon, Bueti, Grossi, Pecolat, H. Nanto, de Liga, Prepositi.

(*Mandatum.*) — Herogantur dominabus Sancte Clare, ut preces fun-

<sup>1</sup> Ici un blanc.



dant ad Dominum, sex cupe frumenti aut vinum usque ad xij ff. — (*Expeditum est.*)

De macellariis, non molestari videntur.

(*Subsidia.*) — De subsidiis, fiat instancia possibilis ut eligantur duo aut tres parte domini et tantumdem parte domini episcopi et civitatis, qui decisionem faciant.

*Veneris xj maii.* — Gavid, Guat, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Planis, de Quarro, de Castronovo, Paqueti, Grossi, H. Nanto, Nergaz, Sancto Michaelae, Maliardi, Vaudo, Ponte, Bez. Dorerii, Jo. de Fernay.

(*Admodiatio platee Molaris.*) — Platea Molaris traditur Jeronimo Chamoez, presenti, etc., mediantibus vij ff. iij g. solvendis secundum bonos usus etc.

(*Subsidia.*) — Super subsidiis non obtineantur alie lictere nisi decisionis.

De Fratibus Minoribus, non fiat aliud mandatum nisi de xx<sup>ti</sup> ff. prima vice ordinatum.

Nichil donandum ordinatum est trompetis et alequetis.

*Martis xv maii.* — Gavid, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, de Planis, Quarro, Nergaz, Maliardi, Sancto Michaelae, de Vaudo, de Ponte, Bezansonus, de Castronovo, M. Lingot, Bueti, A. Pecolat, Grossi, H. de Nanto.

(120) (*Burgensis.*) — Amedeus Arpollet, de Bassie, mercerius, parochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

Fiant cride de macellariis vigilia Ascensionis.

Fiat mandatum Ja. Quiblerii super rotulo.

Nobilis Petrus de Versonay detulit licteras nundenarum et Braseti jurisdictionis sigillandas.

(*Veneris.*) — In causa fisci contra Peronetum Joly comparuit Joly cum Novelli, publicari testes et jurisperitum sibi defferri. Charbonerii non consentit et copiam publicacionis.

*Die Mercuri xvj maii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Braseti,

Quarro, Castronovo, Bueti, Grossi, Pecollat, Planis, de Liga, H. de Nanto, (M. de Liga,) Maliardi, Vaudo, Versonay.

(*Levrerii.*) — Super capcione egregii Petri Levrerii hodie facta per [Gabrielem] Burgie, castellanum Gaii, et per eum intrusi in castro Insule contra auctoritatem domini nostri episcopi et franchisesias hujus civitatis.

Vadant domini sindici ad r. dominum nostrum episcopum Lausanensem, administratorem, qui provideat et actenta pristino statui reduci faciat.

*Veneris xviii maii.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Quarro, Castronovo, Paqueti, Planis, Sancto Michaelae, de Liga, Maliardi, Bezansonus, Grossi.

(*Burgensis.*) — Michael Gay, de Mornay, filius quondam Jacobi Gay, mercerius, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Anthonius Pellicerie, Casellensis, gener Jacobi de Mura, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*Lune xxj maii.* — Guat, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Peyrolerii, Quarro, Grossi, Nergaz, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Bezansonus, Bueti, Castronovo, H. Nanto, de Borjali, B. de Sancto Michaelae, de Ponte.

Super petitis et jatancia per n. Lud. Festi, fiat supplicacio super qua obtineatur eum evocari coram domino vicario facturum ejus petitionem, super quibus procedatur via juris.

*Martis xxij maii.* — Consilii, Lyonardi; — Sancto Michaelae, Nergaz, Paqueti, Quarro, (Sancto Michaelae,) H. Nanto, B. Dorerii, Planis, Grossi.

Fuit lecta supplicacio contra Lud. Festi super qua obtineatur provisio.

(121) *Mercuri xxiiij maii.* — Gavid, Guat, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Peyrolerii, Paqueti, de Quarro, Orsieres, de Vaudo, Maliardi, Bueti, (de Vaudo,) (Bueti,) H. Nanto, Pecolat, Castronovo, Nergaz, Versonay, Cornaz, Bezansonus.

Super reparacione capcionis egregii Petri Levrierii, vadant domini syndici ad dominum vicarium associati dictis consiliariis.

Qui illuc accesserunt, quem dominum de Malvanda reperierunt in ejus domo et aula, cui exposuerunt reparacionem fiendam. Qui consilium dedit ut loquantur dominum Bastardum.

(*De macellariis.*) — De macellariis fiant cride solite : vj d. libra muthonis et porci ; iij d. cum obolo bovinales.

(*Mandatum.*) — Solvantur Machardi, secretario, pro licteris nundenarum et juridicionis, ix ff. iij g.

*Veneris xxv maii.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi ; — d. F. de Veyriaco, de Quarro, Castronovo, Paqueti, Maliardi, Nergaz, de Vaudo, A. Pecolat, Jo. Grossi, H. de Nanto.

Herogantur Aquine duo ff. p. p.

Sumatur informacio de exactis per Versonay.

Quo ad nobilem Petrum de Versonay, sumatur informacio de exactis per eum.

(*Burgensis.*) — Gladius Parpillionis, de Albenco, barbitonsor, filius quondam Johannis, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*Martis vicesima nona maii.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi ; — d. F. de Veyriaco, Paqueti, Quarro, Castronovo, Planis, Nergaz, Sancto Michaeli, Maliardi, de Vaudo, de Ponte, Bez. Dorerii, de Borjali, Bueti, Pecolat, Grossi, H. de Nanto, Braseti.

|| (*Sentencia.*) — In causa fisci contra Pernetum Joly, comparuit n. Petrus Charbonerii, locumtenens ; petit jus, et idem Pernetus cum Novelli. Jus fertur. Sentencia in scriptis. ||

(*Monetarii.*) — De monetariis pro quibus Andreas Gervasii et Petrus Blondelli intercedunt super exempcione etc., fuit deliberatum si exequantur lictere quod fiat demonstracio domino episcopo Lausannensi, cui offeratur supplicacio pro obtinendo licteras ut revocentur lictere per eum concessa, et fiat appellacio in forma.

(*Mandatum.*) — De domino presidente Dyvone, cui dantur suis exigentibus obsequiis xxv ff.

Solvantur Ray. de Platea pro qualibet magna lictera nundenarum iij g., et parva j g.

Solvantur v g. Tho. Salterii qui applanavit terras in platea Porte Nove existentes.

(*Versonay.*) — Requiretur Versonay ut solvat iij<sup>c</sup> ff. occasione gabelle etc., deinde compellatur si solvere distulerit.

Evocetur Ja. de Verulphis fidejussor.

Solvatur j ff. Michaeli Lyonardi pro candelis faciendo excubias.

(122) *Veneris prima junii.* — Gavid, Guat, Lyonardi ; — Braseti, Quarro, Castronovo, de Planis, Nergaz, A. Pecolat, Jo. Grossi, Maliardi, de Vaudo, Paqueti.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Colleti de Nanto, de Sancto Jorio, parrochie Sancte Crucis, sutor, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Humbertus filius quondam Ludovici Humberti, de Lausanna, sutor, parrochie Sancti Leodegarii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff.

Solvatur unus ff. G. de Crosa pro instrumento reparacionis capture egregii Petri Levrierii<sup>1</sup>.

Nobilis Anthonius Monytier et Jeronimus Chamoex, super eorum differentia, remictuntur ad Martis.

Dentur duo alabastra dragie ambaxiatori imperatoris ij librarum cujuslibet, et j quarteronus malvatici et j quarteronus ypocratis.

Super licteris juridicionis sigillandis, instetur erga consilium episcopale.

De dono domini presidentis, remictitur ad Martis proximam.

De Versonay, ad Martis.

(*Areris.*) — Fiat reparacio Areris et defensa sumptibus civitatis, notificacione prius facta Johanni Navete et Francisco Patri. Que paulo post fuit facta per n. Jo. Turci, ut retulit, Johanni Navete ante ejus operatorium, presentibus Ste. Bonijohannis et Petro Losserii, testibus, etc.

(*Carroneria.*) — De carroneria, consentit Jacobus de Verulphis, fidejussor Gaspardi de Insula, quod alteri tradatur. Et si quid desit in carro-

<sup>1</sup> Acte du 25 mai, Arch. de Genève, P. H., n° 807.



neria, paratus est refficere et reparari facere ejus sumptibus, de quibus actiones suas contra dictum fidejussorem diriget, necnon solvere carnos in quibus comperietur teneri.

*Martis v junii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — de Planis, de Quarro, Maliardi, de Vaudo, Bezansonus, Paqueti, Grossi.

Pro Johanne de Cresto pretextu ejus domus, videant qui alias deputati et refferant.

De carroneria tradenda, remictitur ad Veneris.

*Veneris viij junii.* — Gavid, Lyonardi; — Quarro, Maliardi, Vaudo, Nergaz.

(*Meteller.*) — Fuerunt lecte lictere destinande apud Churit pro bonis Anz Meteller, et latori tradatur inventarium cum licteris missivis.

(123) *Martis xij junii.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, de Quarro, Castronovo, de Planis, Sancto Michaeli, Maliardi, de Vaudo, Grossi, Bueti, Nergaz, Orsieres, Ponte, de Liga, Bezansonus, Pecolat, H. de Nanto.

(*Versonay.*) — Fuit idem interpellatus nobilis Petrus de Versonay et requisitus ut solvat iij<sup>c</sup> ff. de gabella, prout obtulit relacione preconis Johannis Fontanelli, videlicet iij<sup>m</sup> et v<sup>c</sup> ff., nec reperti fuerunt nisi iij<sup>m</sup> et ij<sup>c</sup>; ideo observet oblacionem suam. Qui respondit ad hoc non teneri, paratum se offerens super hoc de justicia respondere.

(*Areris.*) — Domini sindici requisierunt Johannem Navetaz ut adimpleat que promisit cum Francisco Patri circa diversionem Areris, protestantes etc., videlicet quod civitas fieri facit deffensum dicti Navetaz sumptibus et Patri.

(*Carroneria.*) — Anno Domini m<sup>o</sup> iij<sup>c</sup> lxxxvij, indicione prima et die xij junii, nobiles Glaudius Gavid, Hugoninus Consilii et Andreas Guati, consindici et consindicario nomine hujus civitatis Gebenn., tradunt ad firmam Roleto de Chamosy, presenti, etc., videlicet carroneriam ipsius civitatis, ad et per tres annos proximos die festi proximi sancti Johannis Baptiste incohandos, sub firma cujuslibet anni duorum milium carronorum per eum in manibus receptoris emolumentorum dicte

civitatis in fine anni cujuslibet persolvendorum, ita et taliter pacto deducto quod illis hujus civitatis et franchesiarum milliare tradere debeat pro quatuor florenis et novem g., et centum pro sex g., nec excedere. Et cavet de premissis implendis per Johannem Bargini, burgensem Gebenn., quem indempnem etc.; promictentes etc., videlicet dicti sindici manutenere, et dicti principalis et fidejussor premissa implere; renunciantes etc., juridicenti principalem etc. Actum in aula consilii hujus civitatis Gebenn., presentibus quibus supra necnon Michaeli Lyonardi et Mernieto Gringaudi, testibus, etc. Ad instar forme sibi exhibite. De Crosa.

(*Fontis Sancti Leodegarii.*) — Facta relacione per egregium Anthonium Lyonardi, consindicum, et Guillelmum de Crosa super immundiciis que emergunt in fonte propter latrinas Johannis Novelli et aliorum circumvicinorum desuper existentium, fuit ordinatum ut dominus castellanus et alii officarii illas dirrui faciant et curari de infra tres dies, ne deterius morbus contingat, emissa querela circumvicinorum.

*Martis xix junii.* — Gavid, Lyonardi; — Versonay, Quarro, Nergaz, Maliardi, Vaudo, Fernay, Paqueti, H. Nanto, Castronovo, Bueti, Pecollati, Orsieres, Tacon, Grossi, Planis, Sancto Michaeli, Ponte, Braseti, de Liga.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Francisco de Leamont et duobus vigilibus de stipendiis eorum a toto tempore preterito usque nunc etc.

(*Capellanus hospitalis.*) — Venerabilis d. Petrus de Cabana, parrochie de Vovrey prope Crusilias, fuit retentus in capellanum hospitalis pestilentialis dum benefecerit etc.

Requirantur d. procurator fiscalis et castellanus super dirupcione et amocione latrinarum constructarum super doya per heredes n. G. de Bosco.

Sumantur informaciones contra detentum qui percussit Petrum Arbalesterji. Eciam super levacione victualium.

(*Nundenarum.*) — Mictatur Johannes de Torna, serviens, pro exequendis licteris nundenarum, cui tradantur...

(124) (*Desinerius.*) — Johannes Berlioz fuit creatus desinerius desinerie Turris de Buel.

Johannes Navetaz super barra promictit juri stare etc.

*Die Veneris xxij junii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Nergaz, Quarro, Vaudo, Bezansonus, Castronovo, Grossi, Paqueti, Pecolat, H. Nanto, Planis.

(*Monytier.*) — Domini syndici requisierunt nobilem Anthonium de Monytier, presentem, et aliis ejus consortibus in ejus personam, quatenus amovere et tollere debeat latrinas et lautoria per eos constructa in parva carreria a parte domus Eschaquerii super ipsam carreriam; aliter procedetur juxta formam franchesiarum. Eciam Glaudius Chamoex fuit requisitus etc.

Qui Monytier exhibuit licteras domini vicarii tradita copia exequite. Prosequatur causa et ulterius instetur dirrui turres etc. Et prosequatur causam dominus syndicus Lyonardi, presenti et onus suscipienti.

Intrentur tres faces ij librarum cum dimidio qualibet.

(*Burgensis.*) — Johannes Goudan, filius quondam Petri, de Galiardo, chapelarius, Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Macellarii.*) — Injungat dominus castellanus macellariis ut deinceps exponant carnes bovinales et muthonales diebus quibus edicatur, bonas et receptibiles, sub pena lx s. pro vice qualibet et privacionis pro prima trium, 2<sup>da</sup> sex mensium et 3 unius anni, precii et pondere pridem ordinatis.

Amblardus Comitis conqueritur de aqua que labitur per tectum heredum quondam Petri Jaqueti.

(*Cresto.*) — Super domo Johannis de Cresto, commissarii retulerunt etc. Et prout retulerunt scripto, fuit pronunciatum citra prejudicium alterius pronunciacionis.

*Martis xxvij [xxvj] junii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — de Quarro, de Castronovo, Maliardi, de Vaudo, Fernay, (Castronovo,) Bueti, Pecolati, Paqueti, Grossi, Ponte, Bezansonus, Planis, Versonay, Nergaz, B. de Sancto Michaeli, Prepositi, Braseti, de Liga.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum magistro Jacobo Quiblerii de xxxj g. ix d.

Commictitur visitacio putei Pontis Areris cum dependenciis.

Conqueritur dominus de Brandil de latrinis nobilis Petri de Verso-

nay, quarum fiat visitacio; et nobilis Petrus de Versonay se obtulit facere que debebit.

De platea Burgiforis, commictitur || visitacio || thesaurario.

(*Burgensis.*) — Johannes Suffise, filius quondam Glaudii Suffise, de Seysello, cirurgicus, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis gratis.

(*Bocardi, vigil.*) — Guillelmus Bocardi fuit restitutus in vigilem.

(125) De capcione Johannis Girardi sciatur causa et dominus syndicus Lyonardi scrutetur a castellano Gaii de causa quare processit ad capcionem illius.

Donatur Petro Arbalesterii, vigili, unus ff., qui fuit percussus et infirmitate detentus.

Conqueruntur circumvicini Anthonii Philipini propter vite inhonestatem que in ejus domo practica inhonesta lubrica, lenonio inibi existente, per mulierem dicti Anthonii, organo r. Ja. Coti, Monete Balli et uxoris Jo. Balli, ac plurium aliarum. Sumantur informaciones.

(*Dominus Dyvone.*) — De dono domini Dyvone presidentis xxv ff. p. p., fuit conclusum ut sibi tradantur et expediantur ipsi xxv ff.

*Veneris penultima jugnii.* — Gavid, Guat, Lyonardi; — Maliardi, Bezansonus, Fernay, Grossi, Paqueti, Nergaz, H. de Nanto, Versonay, (Fernay,) de Castronovo, Quarro, de Liga.

Solvantur domino Ludovico de Ponte Yndi xl g., pro xl missis per eum celebratis, vel intrentur thesaurario.

Bonifacius Galvoin remictitur ad Martis.

(*Domus de Sancto Martino.*) — Retulerunt Jacobus Paqueti et Guillelmus de Crosa quod domus de Sancto Martino indiget reparacione. Pro qua fienda, vocentur egregii Johannes de Planis, Petrus Angellini, Petrus Petralis.

(*Brandil.*) — Retulit Jacobus Paqueti quod latrine domus de Versonay, de quibus conqueritur d. de Brandil, non bene stant. Et ita fuit notificatum nobili Petro de Versonay ut infra Martis proximam reparet decenter.

Super diversione Areris, commictitur Lyonardi et Grossi.

De mictendis pro nundenis, remictitur ad Martis.

Nobilis Petrus de Versonay dicit quod Mauricie, procurator fiscalis Sabaudie, sibi dixit egregios Johannem de Planis et Bonifacium de



Sancto Michaeli pridem deposuisse in ejus manibus, in banca Viennesii, contra Johannem Girardi, mercatorem et burgensem Gebenn.

*Martis tercia jullii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Versonay, de Planis, de Quarro, de Sancto Michaeli, Maliardi, Vaudo, Ponte, Bezansonus, Bueti, de Borjali, Grossi, Fernay, Anth. Pecollat, de Castromovo, Paquet.

(*De loco Trium Regum.*) — De loco subtus domum Trium Regum de Versonay, teneatur mundus paviaturque. Deinde visitetur locus si commode fieri possint latrine et committitur thesaurario. Et ulterius traditur platea ipsius loci mundanda Laurencio Neyrodi, suo commodo fimi, si quis e venerit.

(*Girardi.*) — Nobilis Bo. de Sancto Michaeli dixit, super hoc per dictos dominos syndicos interrogatus, quod testificatus est ante capcionem Johannis Girardi in manibus Mauricie, qui sibi dixit esse parte domini episcopi, contra Johannem Girardi, de veritate quam noverat.

Et egregius Johannes de Planis dixit quod testificatus est ultra crucem de Cornavin.

Tradantur vidimus licentiarum dominii et seignorie episcopalis, et immunitatum hujus civitatis, per Lyonardi, consindicum, et de Crosa, secretarium, visitandas, domino Divone presidenti.

(126) *Eadem die tercia jullii, vespere.* — Gavid, Lyonardi; — Versonay, Quarro, Castromovo, Bueti, Prepositi, Grossi, H. Nanto, (Grossi,) Nergaz, Sancto Michaeli, Bezansonus, Maliardi, Orsieres, (Sancto Michaeli,) Paqueti, Fernay.

(*Girardi.*) — Expositum fuit sicut nobilis Bonifacius de Sancto Michaeli fuit causa capcionis persone honorabilis viri Johannis Girardi, mercatoris et civis Gebenn., per n. Gabrielem Burgie, vicecastellanum Gaii, qui detinetur Gaii. Quiquidem Bonifacius deposuit et testificatus est in manibus Mauricie, procuratoris fiscalis Sabaudie, in banca scribanie vicariatus quam tenet Viennesii, contra dictum Girardi, in enervacionem totalem jurisdictionis episcopalis franchesiarumque et immunitatum hujus civitatis, penas a jure comprehensas incurrere non verendo, cum delictum pretensum, si quod sit, fuerit patratum in hac civitate. Protestatifuerunt contra dictum Bonifacium, presentem, etc.,

requirentes eum ut hec reparari faciat et pristino ac debito statui reduci infra octo dies proximos suis sumptibus, sic quod possit dici domino nostro episcopo et principi ac toti civitati satisfactum. Hec intimantes egregio Johanni de Planis qui horum fuit causa, ut dicitur, in personam dicti Bonifacii. Et idem Bonifacius respondit et dixit quod idem Mauricie, tanquam, ut dicebat, procurator domini nostri episcopi, sibi imposita pena injunxit quod testificetur in ejus manibus. Qui, credens esse ut dicebat parte domini episcopi, testificatus est contra dictum Johannem Girardi quam noverat veritatem, in banca dicti Viennesii, et hoc ante capcionem ipsius Girardi, negans esse causa capcionis ipsius Girardi.

Retulit Guillelmus Bocardi, vigil, reperisse hodie egregium Johannem de Planis in carreria Perroni, presente Bez. Dorerii, cui dixit quod petebatur in consilio.

(*Nundenis.*) — Eliguntur mictendi ad passagia pro nundenis et executione licentiarum dominicalium Franciscus de Leamont, Colinus Everbaux, Johannes Bufflet et P. Vengeron, Hugoninus de Bolo, Jacobus Lyonet.

*Veneris vij jullii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Versonay, de Castromovo, Nergaz, Vaudo, Ponte, Bezansonus, Maliardi, Quarro, H. Nanto, Paqueti, Fernay.

Solvantur iiij g. Michaeli Lyonardi, vigili, pro custodia Magni Jacobi in ecclesia Fratrum Minorum.

(*Jo. Girardi.*) — Super capcione Johannis Girardi, cujus causa sunt Johannes de Planis et Bo. de Sancto Michaeli, qui deposuerunt contra eum in manibus Mauricie, procuratoris fiscalis Sabaudie, fuit ordinatum ut consilium [teneatur] post prandium vocatis pluribus aliis.

De latrinis quas fieri petit Bonifacius Galvoyn, retro ejus domum prope menia, fuit ordinatum non esse fiendas. Quo ad latrinas domini Andree de Croseto, mente fideli visitentur. Super quo secularibus non incumbit.

Retulit <sup>1</sup> missus ad domum egregii Johannis de Planis ut venire debeat ad consilium, quem non reperit.

<sup>1</sup> Le nom est en blanc.

(127) *Post prandium, eadem die.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Versonay, Quarro, de Castronovo, Prepositi, H. Nanto, Novelli, Jo. Grossi, Braseti, P. Porraris, Jo. Nergaz, M. Lingot, Maliardi, Girardus de Vaudo, de Ponte, Ja. de Fernay, Bezansonus, Paqueti, Jo. et P. de Fernay, Chapellerii, P. de Genesta, Jo. Molaris, Girardus Vuchardi, Crispinus Tombeti, Jo. de Palude, F. de Leamont, Ja. de Muro, Bernardus Varamberti, Lud. Pertemps, Richardus Bienvenu, Glaudius Cadodi, Henricus Emonini, (Crispinus Tombeti,) Jeronimus Chamoyis, Jo. Lupi, Ay. Chapellerii.

(*Nundenarum.*) — De mictendis commissariis ducalibus ad loca opportuna pro exequendis licteris pretextu nundenarum.

Eliguntur Anthonius Picolat, Franciscus de Leamont, Johannes Grossi, Ny. Everbaux et Jo. Bufflet, si opus sit, quibus si constat de aliquo salvoconductu, redeant incontinenti.

(*Girardi.*) — De et super capcione honorabilis viri Johannis Girardi, burgensis et mercatoris Gebenn., detenti in castro Gaii, fiat instancia concedens super ejus relaxacione. Quo vero ad Johannem de Planis et Bo. de Sancto Michaele abstineant.

*Martis x jullii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, A. Pecolat, Quarro, Grossi, Versonay, Paqueti, Bueti, Nanto, Glaud. de Castronovo, Prepositi, Maliardi, Vaudo, de Borjali, B. Dorerii, Jo. de Fernay, de Liga, Nergaz, H. de Ponte.

Committitur visitacio regularie Maliardi, Lyonardi et Paqueti.

(*Jo. de Planis.*) — Retulit P. Arbalesterii fecisse diligenciam de reperiendo Jo. de Planis, quem non reperit.

(*Girardi.*) — Fiat exacta diligencia super relaxacione Jo. Girardi apud dominum Bastardum.

Super edificio Johannis Balli juxta Alam, consilium episcopale pro domino et domini sindici visitent; eciam conductus super platea Molaris.

(128) *Veneris xiiij jullii.* — Gavid, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, de Quarro, de Castronovo, Grossi, Pecolat, Maliardi, Fernay, H. de Nanto.

(*Girardi.*) — Vadant domini sindici, associati consiliariis prescriptis, expositum super relaxacione Johannis Girardi domino de Malvanda, vi-

cario, quoniam enervantur juridicio auctoritasque domini, et franchesiis ac imunitatibus non modicum derogatur. Super quo providere habeat omnibus viis et modis que sibi videbuntur apud i. dominum Bastardum et alias juridice; sicque justicie sit satisfactum, nec habeat idem Girardi justam causam querelandi. Et ulterius provideat contra de Planis et Bo. de Sancto Michaele, qui sunt rei causa.

Ad quem dominum vicarium paulopost accesserunt, cui hec narra-verunt. Qui se obtulit providere decenter et ire ad i. dominum Bastardum, si opus sit, pro reparacione fienda.

De clamide Jacobi de Gressinay, retineatur et fiat castellano satisfacio.

De Petro Charbonerii, qui asserit se vacasse in piscium vendicione cum duobus aliis. Quibus tribus dantur unus burgensis vj ff.

Mictatur Bernardinus Meyne ad locum opportunum pro nundenis.

Solvantur Guillelmo de Crosa, pro quinque vidimus licterarum nundenarum, iij<sup>or</sup> ff. p. p.

Dictum fuit Bonifacio de Sancto Michaele ut discedat.

*Die Martis xvij jullii.* — Quatuor sindici; — d. F. de Veyriaco, Versonay, de Quarro, de Castronovo, Prepositi, Bueti, A. Pecolat, Nergaz, M. de Liga, Maliardi, de Vaudo, de Ponte, Bezansonus, Jo. de Fernay, Paqueti.

(*Girardi.*) — De Johanne Girardi, fiat sui parte supplicacio eciam instante procuratore fiscali pro juridicione domini nostri episcopi servanda. Eciam hec fieri instent domini sindici.

D. castellanus Petrus Charbonerii habeat clamidem Jacobi pro bampno domini et aliis incumbentibus expensis, ita quod solvere debeat expensas vigilium, sequente promissione de servando indempnes dominos sindicos erga dictum Jacobum occasione dicte clamidis, ubi pro ea contigerit eos impeti.

(*Mandatum.*) — Solvantur calvacatori domini Bastardi pro tribus exequutionibus licterarum nundenarum factis Nycie, Barcellonae et Pugeti, tres ff. p. p.

Committitur restauracio carronerie d. sindico Lyonardi et Paqueti.

Capitula nundenarum ostendenda i. d. Bastardo lecta fuerunt.

(*Mandatum.*) — Tradantur F. de Leamont, Ja. de Alamanis, Jo.



Buffleti, Colino Everbax et Hugonino de Bolo, mictendis pro exequendis licteris dominicalibus ad loca opportuna, cuilibet xxi ff. — (*Expeditum est.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur Jo. de Torna contenta in rotulo.

Tradantur P. Perrodi, pro copia capitulorum nundenarum, ij g.

(129) *Martis xxiiij jullii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Versonay, Quarro, Nergaz, Orsieres, Maliardi, de Vaudo, de Ponte, Bezansonus, Jo. de Fernay, Bueti, Pecollat, Paquet, Nanto, de Borjali.

(*Mandatum.*) — Solvantur P. Charbonerii duo ff. pro visitacione piscium anni nuper lapsi.

Tollantur impedimenta et terralia existencia inter pratum Francisci Patry et Ja. Debit et alios; et committitur egregio A. Lyonardi.

Reparentur per quos intererit que posita fuerunt in terralibus Aque Viridis.

Expositum fuit nonnullos ultramontes venisse ad derogandum licteris nundenarum. Ex qua re, destinari ordinatum est Gladium de Castronovo esse mictendum ad dominum Bastardum cum licteris credencie.

*Dominico xxix jullii.* — Gavid, Lyonardi; — Planis, Sancto Michaele, H. Nanto, A. Pecolat, Quarro, Castronovo, Perrinus de Mara, Tacon, Grossi, de Muro, G. Baleti, (Tacon,) M. de Liga, Maliardi, Orsieres, Girardus de Vaudo, Jo. Balli, de Ponte, Bezansonus, Dominico Salati, Hugonino de Bolo, Jo. de Fernay, Bernardino Varamberti.

(*Festi.*) — Organo re. domini Amblardi Goieti, officialis Gebenn., exposita fuit querela n. Ludovici Festi asserentis habere licteras marche a se. rege Romanorum, et quod pretendit hinc a presenti civitate.

*Martis ultima jullii.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Quarro, Castronovo, Prepositi, Bueti, A. Pecolat, Paqueti, Grossi, Nergaz, de Liga, Maliardi, Vaudo, de Borjali, Bezansonus.

Tradatur tachium reparacionis domus de Sancto Martino sumptibus cujus intererit.

*Veneris tercia augusti.* — Gavid, Lyonardi; — Quarro, Pecolat, Maliardi, Nergaz, Vaudo, Fernay, Paqueti, H. Nanto, Tacon, M. de Liga.

(*Meteller.*) — Exhibite fuerunt certe lictere emanantes a magistro civium et consulibus Turiciensibus, per Conrardum Aridmer, cum procuracione ad recipiendum bona plessi; que eidem tradi ordinatum est.

(*Mandatum.*) — Solvantur sex ff. Daguini (sex ff.), pro stipendiis suis anni nuper lapsi. — (*L.*)

(*Mandatum.*) — Item de Vinea, forrerio, unus scutus regis. — (*L.*)

(130) *Dominico v augusti.* — Gavid, Lyonardi, consindici; — Versonay, Quarro, Bezansonus, A. Picolat; — Jo. Donnex, Glaud. Jaqueti, Ay. Bona, Girardus Quercus, Francisodi alias Albi, P. Realis, Jo. Boconis, Ste. Bruneti, Glaud. Theobaldi, P. Chenevalis, Glaud. Chenevalis, Jo. Novelli, de Piro patisserius, P. Perrussodi, Mermetus Clavelli, P. Flory, P. Gotrosii, Ay. Bessonnet, Pe. de Marvallo, Jo. Perreti, Jo. de Gerdilli, Colino Everbax, Jo. de Bames.

(*Festi.*) — Fuit evocatus major numerus ut exponatur finis querele nobilis Lud. Festi. Nec intersunt nisi prenominati parvo numero. Ideo celebretur consilium generale seu L iterum.

Et ordinatum celebrari consilium generale seu L iterum.

*Martis vij augusti.* — Gavid, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Levrierii, Quarro, Bueti, Ste. Pecolat, H. Nanto, Jo. Nergaz, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Ponte, Bezansonus, Fernay, Paquet.

(*Custos vinearum.*) — Hugon[in]us Mistralis fuit creatus custos vinearum de Gotarro etc.

Exposita fuit expedicio bonorum Anz. Meteller facta heri tutori librorum et procuratori.

(*Magister.*) — Nycolaus de Mossu rector scholarum.

Honorabilis vir Johannes Girardi exposuit detencionem suam.

(*Bulitini.*) — Committitur tradicio bulitinarum magistro Glaudio de Castronovo et Johanni Nergaz.

(*Nundene.*) — Mictatur apud Chamberiacum pro licteris nundenarum exequendis Michael de Cabulo.

(*Mandatum.*) — Pro serviciis per egregium Franciscum Richardi, secretarium, circa confectionem licterarum nundenarum et aliarum in favorem civitatis et pro eadem et serviciis impensis, xxi ff. p. p.

Fiant cride de finis prope menia et fedis.

Intrentur receptori contenta in rotulo.

De bancho Domus communis, intrentur super salario, pro portis et scannis constructis per eum, xvij g., et remaneant domui et custodire alias portas sibi traditas per Jacobum Liveti.

(*Richardi.*) — Conquestusest egregius Anthonius Richardi de tecto constructo per Roletum Chicant, qui Roletus paratus est reparare.

(*Burgensis.*) — Nycodus Ducis, tissotus, parrochie Magdalenes; fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*Martis xiiij augusti.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Quarro, Paquet, Bueti, Tacon, Nergaz, Orsieres, Maliardi, Vaudo, de Ponte, Bezansonus, Jo. de Fernay, Prepositi, Pecolat, Nanto, Versonay, Castronovo.

(*Festi.*) — De nobili Ludovico Festi, exequantur lictere.

Intrentur que data fuerunt baillivo Dyvone, duo quarteroni malvatici, j quarteronus ypocratis, vj quarteroni vini albi, vj quarteroni rubei.

Solvantur vigilibus xiiij g. cum dimidio, causa laboris.

(131) *Veneris xvij augusti.* — Consilii, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Nergaz, Maliardi, de Liga, Bezansonus.

(*Burgensis.*) — Monetis Fabri, de Marignie, nauta, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Mandatum.*) — Solvantur magistris Jacobo Quiblerii et Berthodo Gaux xvij ff. j g.

(*Platea Sancti Gervasii.*) — Traditur platea Sancti Gervasii et ante Dominam Nostram Rodani Ny. Everbaux pro xvij g.; et pro lapso deducantur sex d. Et traditur per annum hodie incohandum.

*Dominico xix augusti.* — Gavid, Lyonardi; — Veyriaco, Versonay, Castronovo, Nergaz, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Tacon, Fernay, Quarro.

Eligitur magister Glaudius de Castronovo mictendus ad regem pro nundenis.

*Lune xxj [xx] augusti.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. vicedominus episcopatus; — Veyriaco, Castronovo, Versonay, Ponte, de Liga,

Orsieres, P. et Jo. de Fernay, Maliardi, Bardini, de Muro, Bezansonus, Varamberti, Prepositi, H. de Nanto, Nergaz.

Fuit electus magister Glaudius jam heri electus mictendus ad regem pro nundenis.

*Eadem die in Ala.* — Gavid, Lyonardi; — d. vicedominus episcopatus; — d. F. de Veyriaco, Versonay, de Liga, Bezansonus, Nerga, Jo. de Fernay, Maliardi, Castronovo, Baleti, de Ponte, Orsieres, Peyrolerii, Corne, Perrinus de Mara.

Quia fertur nonnullas mercancias florentinas, luquenses et mediolanenses transitum fecisse per Secusiam et loca adjacencia, euntes ad nundenas Lugduni, mictatur Petrus Veugerii parte ducali cum licteris se informaturus de rei veritate.

(132) *Martis xxij [xxj] augusti.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Peyrolerii, Quarro, Bueti, A. Pecolat, Jo. Nergaz, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Ponte, Bezansonus, H. de Nanto, Versonay, de Castronovo, Jo. de Fernay, Prepositi.

(*Burgensis.*) — Ansermetus filius Glaudii Vuarrerii, de Neydens, parrochie Magdalenes, mercator pannorum, fuit creatus burgensis mediantibus duodecim ff. p. p.

*Mercuri xxiiij [xxij] augusti in Ala.* — Gavid, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Nergaz, Orsieres, de Liga, Pecolat, H. Nanto, Peyrolerii, Glaudius de Castronovo.

Hugoninus de Bolo misit unam licteram cum rotulo que ostendantur domino Bastardo.

Salarium dandum hiis qui destinantur ad regem remittitur ad consilium ordinarium.

*Jovis xxiiij [xxiiij] augusti in Ala.* — Gavid, Lyonardi; — Versonay, Peyrolerii, Maliardi, de Liga, Bezansonus, Jo. Nergaz, Castronovo, H. Nanto.

(*Mandatum.*) — Dentur d. Fran. Vincencii et Vinea suis exigentibus serviciis cuilibet vj ff. p. p.

Mandetur d. Francisco Vincencii ut, omnibus obmissis, veniat destinandus ad regem pro nundenis.



*Martis xxix [xxviiij] augusti.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, de Quarro, de Castronovo, Bueti, H. Nanto, Nergaz, Maliardi, Vaudo, Jo. Fernay, de Borjali, Bezansonus, Ponte, Orsieres, de Liga, Versonay, Levrierii, Pecolat; — Jo. Donzelli, Dominico Varamberti, Jo. Channei.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Bessonnet de iij ff.

(*Festi.*) — Refferunt domini syndici Consilii et Lyonardi sicut, conquerente Ludovico Festi, dominus Jellerie habebat in mandatis dicendi parte i. principis domini nostri Sabaudie ducis ut videatur si communitas eidem in aliquo teneatur, et si non teneatur, fiat contemplatione ejusdem domini aliquod donum gratuitum.

Fiant demonstraciones per dominos syndicos.

(133) (*Burgensis.*) — Philibertus Jornalis, de Colungiis supra Belamripam, nauta, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Custos vinearum.*) — Henricus Fornerii fuit ordinatus custos vinearum de Secheron.

Videtur ut mercatores tentis nundenis accedere possint Breansonum.

Ut d. Fran. Vincencii veniat, scribatur eidem et re. d. archiepiscopo Tarenthasiensi.

*Veneris ultima augusti.* — Gavid, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, de Quarro, de Castronovo, P. Tacon, de Liga, Maliardi, de Vaudo, Bezansonus, Pecolat.

Super diferencia nobilis Lud. Festi cum civitate pro demonstracione illu. d. nostro duci fienda boni juris civitatis et quod non habet justam causam querelandi, eligitur parte hujus civitatis d. Johannes Ludovici, associato d. F. de Veyriaco.

(*Burgensis.*) — Petrus filius Johannis Mejant, parrochie Sancti Germani Jurensis, habitator parrochie Sancti Gervasii, epinglerius, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes de <sup>1</sup>[Biaune,] tissotus, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff.

*Dominico 2 septembris.* — Gavid, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco,

<sup>1</sup> Le nom est en blanc. Voir Covelle, *Le Livre des bourgeois*, p. 135.

Versonay, Quarro, Peyrolerii, de Castronovo, Bueti, H. Nanto, Pecolat, Orsieres, Maliardi, de Vaudo, Corne, de Liga.

Commictitur visitacio mercanciarum nobili Petro de Versonay, presenti.

Eliguntur pro commissariis destinandis pro nundenis Gabriel de Borjali et A. Pecolat, et defectu Goyffonis.

Commictitur Amedeo Manaz ne transitus fiat per mulione[s] sine bulitino.

(*Caucio.*) — De mandato egregii Anthonii Lyonardi, consindici, ibidem presentis, Petrus Barrodi, habitator Gebenn., promittit tenere personale arrestum per hanc civitatem et non discedere sine licencia justicie, necnon se representare in bancha curie vicedompni coram domino castellano, tociens quociens fuerit in ejus personam seu ejus subnominati fidejussoris requisitus, et sub pena xxv l. ac juri stare etc. Et cavet ad ejus requisicionem per honorabilem virum Johannem Maliardi, burgensem Gebenn.; quem indempnem etc.; in ejus domo eligit. Renunciantes etc. juridicenti principalem etc.

Actum Gebenn. ante Domum communis de mane, presentibus d. Fran. de Veyriaco doctore, Girardo de Vaudo, Michaelie Lyonardi vigile.

Idem Barralis peciit bona sua sibi restitui, que restituantur.

(134) *Martis quarta septembris.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — Quarro, Castronovo, Prepositi, Bueti, H. Nanto, Nergaz, de Liga, Maliardi, de Vaudo, Ponte, Bezansonus, de Borjali, Fernay, P. Corne, Pecolat, Versonay.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Petro Corne de vj ff. iijj g. per eum concessis in manibus P. Veugerii qui Chamberiaci accessit ad dominum. — (*Expeditum.* — *Inibi uno alio mandato xx ff.*)

(*Mandatum.*) — Solvantur Guillelmo Bocardi v ff., pridem destinato Secusiam. — (*L.*)

(*Mandatum.*) — Item, Johanni de Passie iij ff., destinato ad d. Franciscum Vincencii. — (*L.*)

Scribatur rectori scholarum Burgi ut venire velit.

(*Carronerie.*) — Compellatur de Verulphis. Idem Jacobus super refecione carronerie et que sibi incumbunt eligit Mermetum Albergatoris

et <sup>1</sup> et domini sindici Spatule et Copet, promictentes etc., lapsis xv diebus refferendum.

(*Burgensis.*) — Petrus de Cruce, de Servent, sutor, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus de Furno, d'Avuson, parrochie de Poulie, parrochie nunc Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Platea Fusterie.*) — Traditur platea Fusterie Glaudio Chamoex ita quod mundam eam tenere debeat. Promictens idem Glaudius etc., per duos annos hodie incohandos.

*Veneris vij septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Versonay, Quarro, Pecolati, Maliardi, Vaudo, Bezansonus, Castronovo.

Mictatur Johannes Cergat Secusiam et loca opportuna exequuturus licteras dominicales nundenarum.

Capiantur Mermetus Regis et Michael de Cabulo ac alii culpabiles verberis n. Lud. Festi, requirentes nobilem P. Charbonerii, castellanum, ut eos capiat, quem sindicario nomine indempnem servare promiserunt, ubi contingerit eum impeti hujusmodi capcionis pretextu, asserentes habere in mandatis a domino Bastardo ut capiantur.

Protestantur domini sindici contra d. doctores Ansermetum Velluti et Johannem Vincencii, qui differunt refferre domino duci super facto Lud. Festi; eciam absentes consiliarios vocatos.

Jacobus de Ducibus, mercator, gaudeat franchisesis et libertatibus hujus civitatis eciam in pondere, prout ceteri burgenses gaudere soliti sunt.

(135) *Martis xj septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Quarro, Nergaz, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Bezansonus, Jo. de Fernay, Picollat, Bueti, H. Nanto, Ponte, Castronovo.

Solvantur Johanni Magnini ij g. pro exequutione contra Festi.

(*Intrentur.*) — Intrentur rectori xx ff. p. p. per eum traditi Johanni Cergat misso Secusiam pro exequendis licteris dominicalibus super facto nundenarum. — (*Expeditum.*)

<sup>1</sup> En blanc.

Tradantur vigilibus tres g. pro levacione cathenarum et scalarum.

Differencia vigens inter de Quarro et Bandiere commictitur operariis, partibus presentibus.

Retulit Amedeus Manaz arrestasse Veneris vij septembris certas mercancias in Ponte Areris, citra.

Johannes Bufflet reversus a Montelupello suam fecit relacionem.

(*Intrentur.*) — Intrentur rectori vij ff. iij g. ij d. ut in rotulo.

De domino Johanne Ludovici, qui noluit interesse super facto Lud. Festi coram domino, licet super hoc fuerit electus, privetur commoditatibus franchisesiarum.

Eligitur d. F. de Veyriaco cum domino Velluti pro bono jure super facto Lud. Festi illu. domino nostro duci demonstrando.

Conquesitifuerunt certi mercatores Burgundienses.

Tubicena reperiat unum burgensem super quo satisfacionem sequatur.

*Veneris xiiij septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Quarro, Versonay, Castronovo, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Bezansonus, Fernay, Nergaz.

(*Burgensis.*) — Amedeus filius Petri Bernardi, de Bellomonte in Semina, carpentator, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Tollantur fassine existentes in furnis.

*Martis xviiij septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Versonay, Peyrolerii, Quarro, Castronovo, Bueti, Pecolat, H. Nanto, Nergaz, M. de Liga, Orsieres, de Vaudo, Bezansonus, de Borjali.

(*Mandatum.*) — Solvantur vigilibus pro pulsacione grossi cimbali x ff. anni presentis. — (*L. est.*)

Commictitur visitacio rotulorum de Quarro.

(136) Destinetur ad se. regem dominus Fran. Vincencii, cui tradatur pro singulo die quo vacabit, eundo, stando et redeundo, unus scutus regis.

Super facto nemorum existencium in furnis, visitentur et limitetur quantitas nemoris.

Solvat Glaudius Thoreni introgium vini per Guillelmum Curt solvi petitum.



De Bufflet qui petit expensas sui equi, nichil.

De deffensione Areris, compellantur ad deffendendum.

Quidam de Avignione preparans sericeas venturus est, cui prebeantur favores opportuni.

*Veneris xxj septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Peyrolerii, Quarro, Castronovo, Nergaz, Orsieres, Maliardi, Vaudo.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Francisco de Leamont xxij ff. ij g. vj d. — (*L.*)

(*Mandatum.*) — Item Hugonino de Bolo xix ff. ut in rotulo. — (*L.*)

Destinetur d. Fran. Vincencii ad regem pro nundenis, cui dentur pro singulo die, eundo, stando et redeundo, unus scutus regis; cui tradantur xxx scuti regis.

(*Vinum.*) — Fiant cride ne vinum novum ultra iiiijor d. vendatur.

*Martis xxv septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — de Veyriaco, Peyrolerii, de Quarro, Castronovo, A. Pecolat, Nergaz, de Liga, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Ponte, Bezansonus, de Borjali, P. Levrerii.

Fiat lictera testimonialis pro Dominico de Poys etc.

Capiatur lathomus carronerie.

(*Quoquinorum.*) — Revocantur eicientes quoquinos et solvantur cui-libet duorum vigilium iij ff. ij g. pro tempore lapso a die xvij junii usque in hujusmodi die. — (*L. est.*)

Edicatur et ordinatur quod ille qui exercebit artem rutiserie non sit macellarius, nec macellarius rutiseries, nec de duobus se imiscat.

Solvantur Jacobo de Alamanis xvij g.

(*Festi.*) — De nobili Ludovico Festi, eligitur d. Fran. Vincencii pro demonstracione fienda cum dominis sindicis, quem super hoc rogaverunt, qui onus sumpsit.

*Mercuri xxvj septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Peyrolerii, Castronovo, Nergaz, Orsieres, Maliardi, Bezansonus.

(*Festi.*) — Super petitione Ludovici Festi pro demonstracionibus fiendis civitatem non teneri, eliguntur domini Franciscus Vincencii et Ansermetus Velluti.

(137) *Jovis xxvij septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Castronovo, A. Pecolat, Jo. Nergaz, Orsieres, Jo. de Fernay, Maliardi, G. de Quarro, A. Milanessii, H. Grueti, P. de Fernay, Varamberti junior, Jo. de Palude, Ja. Belli, Girardus de Vaudo, Hugoninus de Ponte, Ja. Nepotis, Ste. Folioux, Bezansonus, Girardus Veluti, Jo. Rosset, Ja. de Verulphis, Parcivalus Peyrolerii, Jo. Alesii, Jo. Veluti, Bocardi macellarius, Jo. Novelli, P. Masuerii, Ny. Gentilis, Jo. Migardi, Jo. de Boges, Perot pelliparius, Quoquet chapel-lerius, Jo. Lupi, Petremendus de Malodumo, P. Navis, Fran. Porterii.

(*Festi.*) — De nobili Ludovico Festi, organo nobilis Glaudii Gavid narrata sunt que hactenus gesta fuere et quamquam demonstratum fuerit vicibus repetitis illu. domino bastardo de Sabaudia civitatem non teneri ad ea que parte dicti Ludovici petuntur, videlicet reffici ejus grangiam, que dirupta fuit de precepto i. et re. domini Jo. Ludovici de Sabaudia tempore guerre, et ulterius sibi solvi que concessa sint pro compositione cum Alamanis generaliter facta super bonis etc., et satisfieri occasione certi verberis sibi illati per aliquos socios. Ad que premissa parte civitatis obviabatur eam non teneri, pluribus racionibus et causis. Nichilominus prefatus dominus Bastardus instat et instare non cessat eidem Ludovico compensacionem et satisfacionem fieri, plerasque comminaciones faciendo, puta quod decernit annexam super marcha per dictum Ludovicum, ut asserit, obtenta contra incolas dicte civitatis et alios etc.

Tandem ne incurrere videatur civitas disgraciam illu. principis domini nostri ducis et domini Bastardi, qui super hoc affectu singulari intercesserunt pro dicto Ludovico, eciam ne deterius contingat, fuit conclusum ut tradantur centum scuti auri eidem domino Bastardo (*non ad opus dicti Ludovici*) proviso quod civitas sit et remaneat quicta a dicta petitione dicti Ludovici, qui jura sua asserta remictere debeat cancellata, et pronuncietur civitatem non teneri. Nec tradantur ad opus sui ipsius Ludovici.

Protestati fuerunt insuper prefati domini sindici contra nominatos in duobus rotulis, qui, licet vocati, non comparent, facta relacione per Michaellem Lyonardi et G. Bocardi, vigiles.

*Veneris xxvij septembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. F. de

Veyriaco, de Quarro, de Castronovo, Nergaz, Orsieres, Maliardi, de Vaudo, Versonay.

Narraverunt domini syndici que gesta sunt super facto Ludovici Festi.

*Martis secunda octobris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Versonay, Peyrolerii, Quarro, Castronovo, Levrierii, Nergaz, Braseti, Orsieres, Maliardi, de Vaudo, de Ponte, Bezansonus.

(*Burgensis.*) — Jacobus Sermodi, de Veyriaco, macellarius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Festi.*) — Arbitralis sententia contra Lud. Festi in minuta scripta fuit perfecta, que recte stat.

(*Festi.*) — Intrentur receptori c scuti regis, valent iijc viij ff. p. p. iij g., traditi in manibus domini Bastardi pro sedanda differencia contra Lud. Festi, ut constat sententia arbitrali pronunciata per eundem d. Bastardum.

Committitur salarium magistri scholarum et modus tenendi egregiis Ja. Ysodi, P. Levrierii, Braseti, de Quarro, de Crosa.

De pena et labore dominorum Andree de Malvanda, vicarii, et spectabilis Jo. Orioli, dentur cuilibet satinus unius disploydis, valet xxx ff.

(138) (*Magister scolarum.*) — Receptus est egregius magister Johannes<sup>1</sup> in magistrum et rectorem scholarum hujus civitatis, interveniente consensu re. domini cantoris.

Cujus salarium et modus tenendi in operatione salarii sui [committitur] egregiis d. Jacobo Ysodi, Petro Braseti, P. Levrierii, G. de Quarro et Guillelmo de Crosa.

*Veneris v octobris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Peyrolerii, Quarro, Castronovo, Orsieres, de Vaudo.

(*Burgensis.*) — Johannes Gerdilis, filius quondam Johannis, macellarius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff.

*Martis vj [viiij] octobris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Quarro, de Ponte, Braseti, Nergaz, Vaudo.

<sup>1</sup> Nom en blanc.

Super domo empta per de Fogia.

Requiritur d. castellanus Charbonerii super latrinis.

(*Mandatum.*) — Solvantur Jo. Buffleti ut in rotulo xv ff. vij g. —

(*Expeditum.*)

Item, Michaeli Lyonardi et Mermeto Billiardi, vigilibus.

(*Burgensis.*) — Andreas Michallon, de Gracianopoli, olerius, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus Barraudi, de Monterraux, mercator, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Vinum novum.*) — Non vendatur vinum novum ultra iiiij<sup>or</sup> d.

(*Mandatum.*) — Solvantur nobili P. Charbonerii, castellano, vj ff. cum dimidio<sup>1</sup>, pro expensis Mermeti Regis xxxij dierum in castro Insule.

*Jovis xj octobris.* — Gavid, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Peyrolerii, Quarro, Nergaz, Bezansonus, Orsieres, Pecolat, Planis, de Castronovo.

I. d. bastardus de Sabaudia se misisse asserit ad partes Alamanie unum heraldum in favorem nundenarum, qui ob hoc petit xxi scutos auri per eum concessos, cui persolvi ordinatum est vel intrentur in liciis.

De liciis.

- Baleti, hinc ad xv dies.

(139) *Martis xvj octobris.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — de Quarro, Planis, Nergaz, Maliardi, de Vaudo, de Castronovo, Bueti, Prepositi, Ponte, Bezansonus, de Borjali, Peyrolerii, Pecolat, Braseti.

Committitur visitacio carronerie Spatule et Copet, vocato thesaurario.

|| De vino tornato vendito ad quatuor d., solvatur gabella. ||

(*Fassine.*) — Vendantur fassine ad taxam Hugonini de Ponte et Bez. Dorerii, qui promictunt juste taxare.

De vino tornato, non tenetur solvere gabellam.

<sup>1</sup> Au-dessus : viij g.



(*Mandatum.*) — De magistro scholarum, pro ejus expensis hac vice duntaxat, tradantur eidem xx ff. p. p. — (*L. est.*)

De instrumento transaccionis Festi, taxetur et id quod taxatum fuerit solvatur Marescalli.

De conventu Augustinorum, habito precepto a domino vicario, eliguntur nobiles Andreas Guati et Michael Lingoti, qui habeant unam clavem.

*Veneris xix octobris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Versonay, Peyrolerii, Quarro, Castronovo, A. Pecolat, P. Taconis, Planis, Jo. Nergaz, de Vaudo, Bezansonus.

(*Mandatum.*) — Audita relatione Jo. Spatule, Mermeti Albergatoris, Amedei de Sirie et Andree Copet, lathomorum, super visitacione carronerie, debentur pro resta ut in rotulo vj<sup>xx</sup> xxxxiij ff. Francisco Mistralis. Mandatur thesaurario quod solvat. — (*Levatum est.*)

Et eisdem visitoribus vj g.

(*Thesaurarius.*) — Exigentibus serviciis per nobilem Jo. Turci, thesaurarium, circa constructionem scole et alias extraordinarie impensis, sibi donantur xx ff. qui sibi in ejus computo intrentur. — (*L. est.*)

*Martis xxiiij octobris.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Peyrolerii, de Quarro, Castronovo, Bueti, A. Pecollat, P. Taconis, Planis, Nergaz, P. Orsieres, Maliardi, de Vaudo, Ponte, Bezansonus, Jo. de Fernay, H. Nanto, de Liga.

(*Burgensis.*) — Egregius Amedeus Macardi, secretarius ducalis, fuit creatus burgensis gratis.

(*Intrentur.*) — Intrentur receptori sex floreni p. p. quos solvit Claudio Marescalli, secretario, pro instrumento transaccionis cum Lud. Festi.

|| Donantur balisteriis. ||

(140) Fiat pavementum in carreria Templi et cogantur ad faciendum pavementum.

(*Burgensis.*) — Henricus Per, condurerius, parrochie Sancti Germani, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Vinum.*) — Servetur crida super vendicione vini novi.

(*Sco[riatori]a.*) — Fiat scoria[tor]a, precavendo ne dampnum inferius contingat.

*Veneris xxvj octobris.* — Gavid, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Quarro, Planis, Vaudo, H. Nanto, de Liga, Pecolat, Braseti.

(*Mandatum.*) — Solvantur P. Maruglerii xlv g. videlicet ut in rotulo.

Traditur Aymoni de Bosco locus terralium porte Sancti Anthonii mediante uno testono, per annum hodie incohandum.

(*Areris.*) — Domini sindici requisierunt Johannem Navete, borallerium, ut impleat implenda circa deffensionem Areris. — Protestatur etc.

(*Mandatum.*) — Solvantur Roletto de Chamusy, carronerio, ut in rotulo, xxij ff. ix d.

Alarum. — Vigilia Sanctorum Symonis et Jude.

Anno Domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxxviiij, indicione prima et die vicesima septima octobris, in claustro Sancti Petri Gebenn., factis debitis et solitis cridis per Romanetum Carpini, preconem hujus civitatis, candela cere primitus incensa loco solito deinde extinta, honorabiles viri Glaudius Gavid et Anthonius Lyonardi, consindici dicte civitatis Gebenn., admodiaverunt tituloque admodiacionis et firme tradiderunt et expediverunt honesto viro Stephano Bonijohannis, civi Gebenn., presenti etc., tanquam plus offerenti, jus alarum veterum, grossi ponderis et rivagii, cum pertinenciis solitis omnibus et singulis spectantibus communi dicte civitatis, ad et per unum annum proxima die crastina incohandum et simili die anno prius revoluto finiendum, sub firma quatercentum et quindecim florenorum p. p. solvendorum terminis solitis, videlicet terciam partem in proximis nundenis Epiphanie Domini, terciam partem in sequentibus nundenis proxime Pasche et residuum in sequentibus nundenis augusti, cum honore et onere etc., unacum dampnis etc.; promictentes ipse partes etc., ut infra, videlicet dicti domini consindici sindicario nomine manutenere et dictus Stephanus solvere prout supra exprimitur etc., in manibus receptoris etc., et cavere ydonee Martis proxima etc. Actum ubi supra, presentibus honorabilibus viris d. Fran. de Veyriaco, Guillelmo de Quarro, Bez. Dorerii, Anthonio de Versonay, Johanne Novelli, Nycodo Janini, Glaudio Taconis, Petro Braseti, Anthonio Pecollat, Percivallo Peyrolerii, Johanne de Fernay, Henrico de Nanto, Baudichono Barberii, testibus, etc.

De Crosa.



<sup>1</sup>Anno Domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxviiij, indicione prima et die secunda mensis novembris, in aula consilii hujus civitatis, presentibus domino Francisco de Veyriaco, doctore, et Francisco de Leamont, notario, Stephanus Bonijohannis cavit de solvendo firmam alarum in hujusmodi instrumento mencionatam, iiij<sup>c</sup> et xv ff. p. p., per Nycodum Janini alias Colonye, quem indempnem etc., juridicenti principalem etc., et promittit per alios, si opus sit, iterum cavere etc.; presentibus dominis sindicis Gavid, Consilii et A. Lyonardi, (consindicis).

Gribelli.

Ibidem, anno, indicione et presentibus quibus supra, prenominati domini consindici admodiaverunt gribellum pertinens communi dicte civitatis Claudio Taconis, civi Gebenn., presenti, etc., pro decem octo florenis p. p. solvendis terminis solitis, per unum annum die crastina incohandum etc.

(141) *Martis penultima octobris.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Planis, de Quarro, Nergaz, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Bezansonus, Ponte, Bueti, Pecolat, Nanto, Peyrolerii.

(*Burgensis.*) — Petrus Ritalion alias Falconet, de Colonye, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Franciscus Mistralis, d'Etaux, lathomus, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Scoriatoria.*) — Committitur thesaurario, Bueti et Anthonio Pecolat scoriatorie constructio et tachii dacio etc., presentibus etc.

(*Domus scole.*) — Presentibus quibus supra, Johannes Martini, civis Gebenn., locat prefatis dominis sindicis, presentibus, medietatem domus que fuit nobilis Johannis de Marclai, domini Dole, a parte scole, exceptis stabulo et curtili, sub salario novem florenorum cum dimidio solvendum secundum bonos usus hujus civitatis, per unum annum die proximi festi Omnium Sanctorum incohandum; promittentes etc., renunciantes etc.

Intrentur thesaurario contenta in rotulis duobus.

De nundenis, concluditur quod mictantur commissarii ut alias, tres: Secusiam, Aquambellam et Montemplupellum.

<sup>1</sup> En marge de l'acte précédent.

Capiatur borrelerius pro Areri(ti).

Cogantur n. Petrus de Versonay et Guillelmus Balleti ad solvendum id in quo quilibet eorum civitati tenetur.

*Die Veneris secunda novembris.* — Gavid, Lyonardi, Consilii; — d. F. de Veyriaco, G. de Quarro.

(*Burgensis.*) — Johannes Ruffi alias Barbocti, de Sancto Jorio, piscator, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes Fabri, notarius, de Bona, incola hujus civitatis parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus decem florenis p. p.

Fiant cride contra vagabundos etc.

Admodiatio seu firma scannorum macelli Longuemale.

Anno Domini m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxviiij, indicione prima et die secunda novembris, in aula consilii hujus civitatis, presentibus egregiis domino Francisco de Veyriaco, legum doctore, et Francisco de Leamont et Michaele Lyonardi, civibus Gebenn., testibus, honorabiles viri Claudius Gavid et Anthonius Lyonardi, consindici hujus civitatis, sindicario nomine admodiant et titulo admodiacionis tradunt honestis viris Ludovico Durandi, Roletto de Gerdili, etiam eidem Roletto pro Jacobo Veyron et nomine ipsius absentis eidem Roletto pro eo, Claudio Chambet, Claudio Balme, Petro Jacobi, Amedeo Thome et Petro Pastoris, macellariis, presentibus etc., et cuilibet eorundem pro sua rata, unus pro alio non suscipiente onus, videlicet octo banchos macelli Longemale, ad et per tres annos proximos incohatos die xxj nuper lapsi mensis octobris, sub firma cujuslibet anni quatuorviginti florenorum p. p. per eosdem firmarios et eorum quemlibet pro sua quota quantum quemlibet concernit, videlicet, in principio termini seu anni medietatem, et residuum in fine anni cujuslibet annorum trium pretactorum, in manibus receptoris episcopalis et hujus civitatis, cujuslibet pro semisse, unacum dampnis, etc., prefatis sindicis pro civitate, et me notario pro eadem et domino episcopo stipulantibus etc.; (142) promittentes etc., videlicet dicti domini sindici sindicario nomine manutenere pro civitate etc., et dicti macellarii et eorum quilibet ratam sibi contingentem in manibus receptoris episcopalis et hujus civitatis cuilibet pro semisse



solvere, et ydonee super hoc cavere; renunciantes etc. Actum ubi supra. Adveniente autem die xij hujus novembris, in consilio, presentibus dominis sindicis Claudio Gavid, Hugonino Consilii et Anthonio Lyonardi, necnon Johanne de Planis, Guillelmo de Quarro, Petro Dorsieres, Jo. Maliardi, nobilis Andreas Viennesii, vicethesaurarius, stipulatus est pro domino episcopo et promisit manutenere pro eo etc.

<sup>1</sup>Anno et indicione in hoc instrumento descriptis, ix novembris, in aula consilii, presentibus honorabilibus viris Claudio Gavid et Lyonardi, consindicis stipulantibus, et me notario etc., necnon d. Fran. de Veyriaco, Claud. de Castronovo, P. Dorsieres, G. de Quarro, Johanne Turci, Jo. Nergaz, Roletus de Gerdili cavit per Jacobum Sermodi, de Veyriaco prope Annessiacum, macellarium, burgensem Gebenn. Et idem Jacobus per dictum Roletum. Et unus alium quilibet in premissis principaliter et insolidum indempnem servare etc.; juridicenti principalem etc.

Anno, indicione quibus supra, die xij novembris, in bancha secretarii vicariatus, egregius Andreas Viennesii, vicethesaurarius episcopalis, ratificavit prescriptam admodiacionem quantum concernit dominum episcopum. Deinde, xij novembris, promisit pro domino episcopo manutenere, presentibus honorabilibus Hugonino Consilii, consindico, et <sup>2</sup> teste, notario. Et quo ad manutencionem, in aula consilii, presentibus Gavid, Consilii, Lyonardi, consindicis, de Quarro, Planis, Maliardi, Orsieres.

<sup>3</sup>Anno, indicione quibus supra, die xvj novembris, Glaudius Balme, Amedeus Thome et Petrus Jacobi, macellarii, caverunt unus pro alio et eorum quilibet principaliter et insolidum, et indempnem etc.; juridicenti principalem etc., epistole divi Adriani etc.; in aula consilii, stipulantibus Gavid, Consilii et Lyonardi pro civitate; et Andrea Viennesii, vice thesaurario domini episcopi, stipulantibus etc. Presentibus Percivallo Peyrolerii, Johanne Turci, G. de Quarro, Jo. Maliardi, testibus.

*Die Dominico quarta novembris.* — Gavid, Lyonardi, Consilii; — d.

<sup>1</sup> En marge de l'acte qui précède, fol. 141 v° et 142.

<sup>2</sup> Le nom est en blanc.

<sup>3</sup> En marge de la fin de l'acte d'amodiation, fol. 142.

Fran. de Veyriaco, Girardus de Vaudo, Percivallus Peyrolerii, Jo. Bueti, A. Pecollat, Planis, H. de Ponte.

*(Nundenarum. — Mandatum.)* — Destinatur pro licteris dominicalibus exequendis super facto nundenarum: apud Secusiam Fran. de Leamont, Aquambellam Hugoninum de Bolo, et Montemlupellum Jo. Bufflet, et cuilibet eorum pro expensis tradantur per receptorem xxii ff.

Et, quia certe mercancie non scribuntur in rotulo, scribitur i. domino bastardo de Sabaudia lictera credencie.

*Martis vj novembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Planis, Nergaz, Orsieres, Vaudo, d. Fran. de Veyriaco, Ponte, de Borjali, Pecollat, Bueti, H. Nanto, Peyrolerii, de Quarro.

*(Burgensis.)* — Johannes Chaplet, funditor bocheorum, de Sexales in Forest, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

Visitetur pavementum Ste. Bachodi, deinde compellatur ad solvendum pavisserio.

*(Mandatum.)* — Solvantur Moneto Bessonet ut in rotulo xij ff. xj g. vj d. — *(Levatum est.)*

*(Bossete.)* — Cridentur ad iiiijc ff. bossete et expediantur Sabbati proxima plus offerenti.

Super hiis que petit F. de Leamont, remictantur ad ejus adventum.

Compellatur Raymondus ad solvendum gabellam et capiatur instante gabellatore.

Scribatur i. domino Bastardo lictera recommendacionis.

Item, castellano Aquebelle.

*Veneris ix novembris.* — Gavid, Lyonardi; — d. F. de Veyriaco, Castronovo, Quarro, Orsieres, Nergaz, Maliardi, Vaudo.

*(Mandatum.)* — Solvantur balisteriis vj ff. super uno burgensi per eos reperiendo.

*(Carroneria.)* — Super facto carronerie, Jacobus de Verulphis hinc, et domini sindici Glaudius Gavid et Anthonius Lyonardi [inde], promictunt stare ordinacioni, parte civitatis Mermeti Albergatoris, et dicti Jacobi Mauricii Beguex, lathomorum.

(143) *(Bossetarum.)* — Anno Domini m° iiiijc nonagesimo octavo,

indicione prima et die Sabbati decima novembris, in claustro ecclesie Sancti Petri Gebenn., presentibus honorabilibus viris d. Fran. de Veyriaco doctore, Guillelmo de Quarro, Anthonio Pecolat, Petro Braseti, Baudichono Barberii, Guillelmo Curt, Johanne Turci, Michaele Lyonardi, Jo. Grossi, honorabiles viri Glaudius Gavid, Hugoninus Consilii et Anthonius Lyonardi, consindici et consindicario nomine, factis debitis et solitis cridis per Johannem Fontanelli, preconem, refferentem, admodiaverunt et titulo admodiacionis et firme tradiderunt honorabili viro Girardo de Vaudo, civi Gebenn., presenti et acceptanti, etc., tanquam plus offerenti, videlicet introgium bossetarum vini, ad et per unum annum proximum, die Lune proximo xij hujus novembris in crastinam Sancti Martini incohandum, sub firma quatercentum et quaterviginti florenorum p. p. solvendorum terminis solitis, videlicet : in proximo festo Epiphanie Domini terciam partem, aliam terciam partem in sequenti festo Pasche, et residuum prima mensis augusti sequentis, cum honore et onere quibusvis, unacum dampnis etc.; submictentes etc., promictentes etc., videlicet dicti sindici sindicario nomine manutenere etc., et dictus Girardus de Vaudo solvere in manibus receptoris hujus civitatis qui pro tempore fuerit, et cavere ydonee Martis proxima etc. Actum ut supra. Submictentes se etc., renunciantes etc.

(*Caucio.*) — Anno, indicione quibus supra et die vicesima decembris, in aula consilii, presentibus n. Percivallo Peyrolerii, G. de Quarro, Glaudio de Castronovo, Johanne Nergaz, P. de Orseriis, Johanne Maliardi, Hugonino de Ponte, Gabriele de Borjali, Anthonio Pecolat, dictus Girardus de Vaudo cavit ad ejus requestam de solvendo dictos iiiij<sup>c</sup> et iiiij<sup>xx</sup> ff. terminis suprascriptis in manibus receptoris hujus civitatis qui pro tempore fuerit, per Stephanum Joly et Petrum de Furno, notarios, et quemlibet principalem et insolidum, quos indempnes servare promittit etc.; honorabilibus viris Glaudio Gavid, Hugonino Consilii, Andrea Guati et Anthonio Lyonardi, sindicis, presentibus et stipulantibus, etc., pro civitate. Promictentes dicti principalis et fidejussores et quilibet principaliter et insolidum. Renunciantes etc. juridicenti principalem etc., epistole divi Adriani etc. — (*Registratum est.*)

*Martis xiiij novembris.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — Pla-

nis, Nergaz, Quarro, Orsieres, d. Fran. de Veyriaco, Maliardi, Vaudo, Bezansonus, Fernay, P. Tacon, Peyrolerii, de Castronovo, Prepositi, Bueti, Pecolat, Grossi, H. Nanto, Versonay.

(*Burgensis.*) — Hugoninus Pajoz, de Trefforcio, barbitonsor, parrochie Sancti Victoris, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Petrus de Putheo, sellerius, de Lancye, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Petrus de Prato, lathomus, de Rupe, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Everbaux.*) — Fuit prohibitum Colino Everbaux ne lapides existentes prope Arerim transferat extra locum.

Fuit alloquutum de iij<sup>c</sup> ff. quibus impetitur nobilis Petrus de Versonay occasione gabelle.

*Veneris xvj novembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Peyrolerii, de Quarro, Castronovo, A. Pecolat, Maliardi, Bezansonus, Jo. de Fernay, Versonay, Planis, (Jo. Fernay,) de Borjali, de Ponte, H. Nanto.

(*Burgensis.*) — Johannes Durandi, de Seysello, bonaterius, parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

(*Burgensis.*) — Glaudius Corajoux, de Cletis, borserius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(144) Fuerunt lecte per copiam lictere se. regis Romanorum petentis certos denarios.

De Girardo de Vaudo.

(*Versonay.*) — De Versonay, occasione iij<sup>c</sup> ff. p. p. quibus impetitur, fuit conclusum ut consulant peritos et videatur ante ceptam litem si bonum jus foveat civitas.

(*Adventus domini.*) — De adventu i. domine duchisse, relicte bone memorie domini Philiberti ducis, et domini episcopi, vadant commitati domini sindici oviam.

Fiat donum malvatici, ypocratis et facium, dum advenerit d. episcopus. Si duchissa tantum, vj faces, vj alabastra dragie et due cocacie malvatici et ypocratis. Si vero i. dominus advenerit, duplicetur.

(*Burgensis.*) — Martinus Ravyot, chapellerius, de <sup>1</sup> [Ponchie,] par-

<sup>1</sup> Le nom est en blanc. Voir Covelle, *Le Livre des bourgeois*, p. 136.



rochie beate Marie Nove, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

*Dominico xviii novembris.* — (*Venda vini, vij g.*) — D. Petrus Farodi de Grandivalle, Mononis, cannonici.

Gavid, Consilii, A. Guat, Lyonardi, sindici; — P. Versonay, Jo. Maliardi, Claud. Philippi, Claud. Cadodi, Hugoninus de Ponte, Johannes Bochet, Claud. de Canali, Jo. Chatronis, Jo. de Fontana, Reymondus Marot, Claud. Fabri, Petrus Tabasan, Claud. Conaz, Gervasius Barberii, P. Vilieti, Symondus Brigant, Lud. de Nanto, Henricus Levrati, Michael Lyonardi, Johannes Fontanelli preco, Lud. Brant, Jo. Nergaz, P. Arbalesterii, Petrimandus de Malodumo, Jo. Girardi, Jo. Turci thesaurarius, Oliverius Chapuisii, Jo. Frochet, Guigo de Prato, Jo. Merloz, Aymo Juliardi, Aymo Cugniet, Claud. Hudrici, P. Ducis, G. Bugniet, Jo. Marchiandi, Jo. Bernardi, Dominicus Lamberti, Jo. Varuz, Anthonius Balieti, Ste. Joly, Ste. Lamberti, Jo. Molet, Ste. Arnaudi, Jo. de Tupho, P. Passerati, Anz Cachevallie, Jo. Janini, Jo. Hostellerii, Guigo Prepositi, Jo. de Pileo Rubeo, P. Jo. Bruni, Aymo Chambet.

Gitata fuit venda vini ad septem grossos.

*Martis xx novembris.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — Peyrolerii, Quarro, Pecolat, Orsieres, Maliardi, Ponte, Bezansonus, de Borjali, de Vaudo, Castronovo, Jo. Nergaz, Versonay.

(*Mandatum.*) — Dentur calvacatori defferenti licteras a partibus Alamanie i. domino nostro duci pro nundenis, duo scuti(s) regis.

Scribatur Johanni Bufflet quod non moleste[t] dictum Vallet, de Orgelleto, pretextu certorum pannorum quos frisiri fecit per Guiotum Vuidat, retulit et exposuit venales in nundenis nuper lapsis.

Scribatur i. domino Bastardo etc.

Nobilis Petrus de Versonay faciat bulletos.

(*Burgensis.*) — Johannes Fornerii alias Donques, patissierus, parrochie Sancti Gervasii, de Thoreno, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*Veneris xxiiij novembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi, sindici; — Orsieres, Quarro, Vaudo, Nergaz.

Solvantur sex g. magistro Claudio de Castronovo pro cugno bulitiorum.

(*Tachium banchorum scole.*) — Prenominati domini sindici tradiderunt tachium in scola Claudio Rolandi, presenti etc.; faciet banchos circumcirca cathedram, et ipsam cathedram et panas ponet ad terras pro pueris; item capellam cum altari; item gradus cum pareamento circumcirca; item tornaventum in pede graduum, portas fenestrarum; (145) item antetectum ante scolam; item unum luiserium qui illuminet cameram magistri, ad instar illius Sancti Gervasii ante magnam portam. Nec quicquam ministrare teneatur idem Rolandi nisi manum. Et hoc mediantibus triginta florenis p. p. qui sibi solventur faciendo opus. Promictentes partes etc., renunciantes etc. Actum Gebenn. in aula consilii, presentibus n. P. Dorsieres, Girardo de Vaudo, G. de Quarro et Johanne Turci, testibus, etc.

De Crosa.

(*Burgensis.*) — Petrus Chenevalis alias Garnerii, de Verneyer, patissierus, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis gratis.

(*Tachium scoriatorie.*) — Anno m<sup>o</sup> iiij<sup>c</sup> lxxxviiij, indicione prima, die xxiiij novembris, per dictos dominos syndicos Claudium Gavid, Hugoninum Consilii et Anthonium Lyonardi fuit traditum tachium scoriatorie Longuemale Jacobo Quiblerii, carpentatori, presenti, videlicet ad faciendum edificium dicte scoriatorie prope menia latitudinis xxvj pedum et longitudinis. In qua construet palos, banchos, gietas et colonas, omnes de quercu et grossis lonorum grangie; et fiat ad iiiijor pannos. Item coperire tiola plata; qui sumptuabit idem Jacobus totam materiam cum ferramenta. Et, tam pro materia quam manu et opere, ipsi domini sindici sindicario nomine sibi solvere promiserunt et solvi mandant per nobilem Johannem Turc, thesaurarium, centum florenos p. p., presente eodem Jo. Curt [Turc]; cum promissionibus, renunciationibus et ceteris clausis opportunis. Datum in aula consilii hujus civitatis, presentibus honorabilibus viris Petro Dorsieres, Guillermo de Quarro, Girardo de Vaudo et Johanne Nergaz, civibus Gebenn., testibus etc.

De Crosa. (*Registratum est.*)

*Dominico xxv novembris.* — Quatuor sindici; — Versonay, Quarro,

Nergaz, Vaudo, Planis, Ponte, Maliardi, Bezansonus, Prepositi, H. de Nanto, Fernay, A. Pecolat.

(*De adventu domini et domine.*) — Per nobilem Andream Guati, consindicum, expositus proximus adventus i. domini nostri ducis et i. domine nostre ejus consortis. Quibus impendatur honor prout ordinabitur et statuatur, vocatis expertis in talibus.

*Martis xxvij novembris.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — Veyriaco, Versonay, Planis, Levrierii, Peyrolerii, de Castronovo, Prepositi, Nergaz, Bueti, Jo. Grossi, Pecolat, H. Nanto, Orsieres, Maliardi, Vaudo, Ponte, Bezansonus, de Quarro.

(*Baleti.*) — De Guillelmo Balleti cui petuntur lxxxx ff. Idem Guillelmus paratum se obtulit stare summarie cognitioni domini Amblardi Goieti, utriusque doctoris. Eciam prefati domini sindici sindicario nomine promictunt etc.

(*Mandatum.*) — Solvantur Ja. de Nemoribus et Glaudio Rolandi c et v ff. pro tachio scole ut in instrumento tachii. — (*Expeditum est.*)

(*Burgensis.*) — Bartholomeus Milliet, de Cranves, serralionus, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

(*Burgensis.*) — Johannes Budini alias Artibus, aurifaber, parrochie beate Marie Magdalenes, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Ludovicus Bet, de Aquiano, parrochie Sancte Crucis, fuit creatus burgensis mediantibus decem ff. p. p.

De licteris imperatoris qui petit subsidia, fiat demonstratio opportuna d. Orioli, administratori.

(*Mandatum.*) — Solvantur Johanni Guilliot contenta in rotulo.

Fuit lecta minuta licterarum nundenarum que mictatur Fran... (?) et scribatur domino Bastardo.

(146) *Mercuri xxvij novembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — d. Fran. de Veyriaco, Versonay, Peyrolerii, de Castronovo, Planis, Nergaz, Orsieres, Maliardi, H. de Ponte, Jo. de Fernay, P. Tacon, H. Nanto, Bueti.

(*Mandatum.*) — Quia super licteris imperatoris petentis aliqua subsidia, r. d. Orioli, administrator, missurus est unum nuncium ad i. dominum nostrum ducem, requisivit ut civitas ipsius nuncii solvat expen-

sas. Mandatur thesaurario quod tradat xx<sup>ti</sup> ff. p. p. — (*Expeditum est.*)

*Veneris ultima novembris.* — Gavid, Consilii, Lyonardi; — Nergaz, Maliardi, de Quarro, Prepositi, Ponte, Bueti.

(*Mandatum.*) — Solvantur Michaeli Lyonardi, vigili, juxta solitum, sex flor. p. p. — (*Expeditum est.*)

(*Burgensis.*) — Girardus Berteti, de Frengie, conreator, fuit creatus burgensis mediantibus octo ff. p. p.

*Martis quarta decembris.* — Gavid, Consilii, Guat, Lyonardi; — Planis, Bueti, H. Nanto, de Quarro, Pecolat, Jo. Grossi, Orsieres, de Vaudo, de Borjali, Versonay, P. Levrierii, Nergaz.

(*Burgensis.*) — Guillelmus de Vina, de Orliano, gibassarius, parrochie Magdalenes, fuit creatus burgensis pro octo ff.

Ematur domus que fuit Jaqueti Legras et nunc heredum nobilis Johannis de Marclesio, sita prope scolam<sup>1</sup>.

(*Levryer.*) — Destinatur ad illu. dominum nostrum ducem egregius P. Levrierii, pro licteris imperatoris qui nititur certa subsidia exigere. Defferat eciam licteras illu. domino Bastardo et licteras jurisdictionis sigillandas.

(*Mandatum.*) — Solvantur Jo. Nergaz ut in rotulo lj ff. xj g. ij d. — (*Expeditum est.*)

(*Burgensis.*) — Stephanus Mistralis, de Sorra, nunc parrochie Sancti Germani, tisserandus, fuit creatus burgensis mediantibus octo florenis p. p.

Fuit loquutum de jucundo adventu de proximo i. domine nostre duchisse. Et super hoc fiat deliberatio Jovis mane.

*Jovis vj decembris.* — (*Super adventu duchisse.*) — Gavid, Guat, Lyonardi; — Versonay, Quarro, A. Pecolat, Bar. apothecarius, Bocheti, Planis, Maliardi, H. de Nanto, F. Mi[stra]lis, G. Thoreni, Petrimandus de Malodumo, Brune mercator, de Vaudo, hospes † Albe Ripe, Glaud. Violet, P. Tacon, Perrinus de Mara, Ste. de Ca-

<sup>1</sup> Voir M. D. G., t. VIII, p. 309.



